
ANTIPHONALE MONASTICUM

PRO DIURNIS HORIS

JUXTA VOTA RR. DD. ABBATUM
CONGREGATIONUM CONFŒDERATARUM
ORDINIS SANCTI BENEDICTI
A SOLESMENSIBUS MONACHIS
RESTITUTUM



TYPIS SOCIETATIS S. JOANNIS EVANGELISTÆ
DESCLÉE ET SOCII
S. Sedis Apostolicæ et S. Rituum Congregationis Typographi
PARISIIS, TORNACI, ROMÆ.
1934
Printed in Belgium.

DILECTIS FRATRIBUS NOSTRIS

SANCTISSIMI PATRIS BENEDICTI FILIIS

Salutem in Domino

Infrascriptus Abbas Primas, nomine Reverendissimorum Abbatum Præsidum Congregationum Confœderatarum, anno 1920 Romæ congregatorum, Reverendissimum Abbatem S. Petri Solesmensis rogavit ut novam Antiphonarii Monastici editionem, quæ ad fidem codicum restituta a toto Ordine reciperetur, conficiendam curaret. Quibus votis, iterato anno 1925 et 1931 a conventu Abbatum O. S. B. expressis, Monachi Solesmenses obsecundantes hanc editionem Antiphonarii Monastici, antiquioribus ejusdem documentis conformem, signis quoque rhythmicis pro sacri cantus concentu uniformi instructam, omni studio et diligentia præparaverunt.

Nos ergo opus, modo ad felicem finem perductum, grato animo accipientes, novam hanc editionem Antiphonarii Monastici omnibus Confœderatarum Congregationum Abbatibus atque Monachis ex corde commendamus.

Ex Ædibus Sancti Anselmi de Urbe,
in Sollemnitate S. P. N. Benedicti,
die 11 Julii 1933.

† FIDELIS DE STOTZINGEN
Abbas Primas.

DE RATIONE

NOVÆ HUJUSCE EDITIONIS

ANTIPHONALIS MONASTICI.

Nova hæc Monastici Antiphonalis editio incepta est de voto Reverendissimorum Abbatum Ordinis Sancti Benedicti Romæ coadunatorum annis 1920, 1925, 1931 : quorum consilium fuit, ut proderet editio nova, Ordinis novissimo Kalendario materiarum ordine conformis, musicali vero tenore mentem retinens generalis reformationis quam felicis mem. Pius PP. X indixit.

In hoc Antiphonali reperiuntur, ex integro notis instructæ, omnes Horæ divini Officii, a Laudibus usque ad Completorium, pro singulis anni diebus, haud exceptis tribus ultimis Hebdomadæ Majoris, et Officio Defunctorum : ita ut solæ desint Vigiliæ nocturnæ.



In ordinando opere, præcipua cura fuit ut quam maxime practicum conferret commodum utentibus eo, tum Hebdomadario tum Cantoribus, necnon toto choro : paginarum unica fuit numeratio, unde Sanctorum necessario inseri habuit Commune ante Proprium; lector rarissime de loco ad locum remittitur; in Psalterio, repetuntur Hymni et Responsoria brevia: in feriis Adventus, Septuagesimæ et Quadragesimæ, in Dominicis post Epiphaniam et Pentecosten, Antiphonam quamlibet pro Commemoratione occurrente proprius sequitur Versiculus:

in variis anni Temporibus, Adventus, Quadragesimæ, Passionis, Paschali, provisum est quoddam « Ordinarium », in quo collecta sunt ea omnia quæ sive Dominicis sive Feriis communia sunt; post Commune Sanctorum insertum est Breviculum quod exhibeat Psalmos festivos in Laudibus et Vesperis, Versiculos Horarum Minorum, Antiphonasque pro Commemorationibus una cum Versiculis suis; quotiescumque festum alicujus Sancti Antiphonis propriis in Laudibus instructum est, post eas posita sunt Capitula Minorum Horarum cum Versiculis suis, ita ut necesse jam non sit Commune Sanctorum his diebus adire, etc. Majoris autem commodi gratia, ad calcem remissus est tonus solemnis Responsorii brevis in Vesperis, et Versiculorum in Vesperis et Laudibus de Communi, necnon Responsorium prolixum quod, antiquo de more, pro brevi potest assumi in I Vesperis majorum solemnitatum.

***

Dum novum hoc Antiphonale Solesmensibus monachis præparandum edendumque ad mentem Pii X commiserunt, RRmi. Abbates expresse sanxerunt ejus melodiam non necessario sumendam esse ex Antiphonarii Romani Vaticana editione, sed utendum esse plurimis illis codicibus quorum exemplaria in Solesmensi scriptorio collecta sunt, ratione habita novissimarum explorationum, ita ut melodica versio quam maxime authentica et traditionalis habeatur.

Pius autem Papa X, dum per Motum proprium diei 25 Aprilis 1904, evulgari decernebat Vaticanam editionem cantus Ecclesiæ Romanæ, verbis declarabat expressis « Ecclesiæ melodias, quæ gregorianæ nuncupantur, restituendas esse in integritate genuinitateque sua, juxta fidem antiquiorum codicum, ratione interim peculiari habita legitimæ traditionis, necnon hodiernæ praxis liturgiæ ». Quo significabatur, ut videtur, operandum esse

objectivo modo, fontesque semper adeundos esse, videlicet his normis : *a)* quoties antiquæ cujusdam melodiæ primitiva versio reperiri potest, talis qualis restituenda est, juxta primitivam integritatem et genuinitatem; *b)* recentiores melodiæ, vera pulchritudine et legitima traditione commendatæ, dignæ sunt quæ retineantur in quantum fieri potest; *c)* novissimis textibus licet aptare melodias novas, dummodo decentes sint et gregorianum sapiant.

Has ipsas juxta normas præsenti adlaboratum est editioni, quæ nihil ambit aliud, nisi ut traditionalis sit. In Antiphonis modernis, paucissimis exceptis, correctisque minus recte compositis vel partibus infirmioribus, melodiæ servatæ sunt prioris editionis Monastici Antiphonalis, jamdiu usurpatæ et decoris plerumque non expertes. Item servatæ sunt, quando fieri potuit, simul atque antiquiores, recentiores illæ melodiæ quas diuturna legitimaque traditio commendavit.

Antiquiores Antiphonæ in primitivam formam pro posse restitutæ sunt studio mere objectivo, juxta probatas textualis criticæ leges. Nihil in hunc finem omissum est, neque investigationes, neque, quod fatemur, moræ.

Sicut decebat, præcipuum operis fundamentum electum est Antiphonale B. Hartkeri (cod. 390 et 391 Bibliothecæ S.-Galli), inter cunctos superstites codices longe antiquissimum, sane optimum. Ejus potissimum lectio restituta est, dummodo concordem se exhibebat cum universali traditione, ex qua sola, deficiente quovis primævo documento, primævam licet colligere versionem : ita ut, ubi deflexit Hartkerus ab universali traditione in gratiam peculiaris modulaminis vel localis versionis, universalis incunctanter traditio prælata est.

Quibus satis innuitur, omnium scholarum omniumque temporum codices accurate perlectos et inter se collatos fuisse, alia cum nulla via panderetur qua discrimen fieret inter universale et particulare, inter primigenia et sæculorum decursu corrupta.

Neque tamen majoris semper codicum partis lectio retenta est, cum non numerandi sint, sed ponderandi : siquidem aliquando contingit selectam lectionem in perpaucis inveniri codicibus, imo ad unam scholam pertinentibus, universis fere documentis contra illam conspirantibus, cum perspicuum fuit authenticam vere traditionalemque apud illos pauciores lectionem exstare. Sic, verbi gratia, in omnibus fere Modis, præsertim in Modis III, IV, VII et VIII. semper instauratæ sunt antiquæ modales recitationes, artisticæ simul et religiosæ indolis, ope codicum Aquitanorum et maxime Beneventanorum, qui nobis eas fere soli servaverunt : quas recipientes, authenticam cum gaudio recipimus gregorianam traditionem, imo proprie benedictinam, cum inter sedes scholæ beneventanæ florentissimas emineat Ordinis nostri caput et parens, Cassinense cœnobium. Hujus forsitan antiquæ modalitatis instauratione præcipue signatur novus hic liber Antiphonarius, in hac certe ultra cunctas gregoriani cantus editiones hucusque vulgatas progressus.

Quo strictius tradita teneretur linea melodica, primitivus sæpe textus Antiphonarum resumendus fuit, ipsa duce Romani Antiphonarii Vaticana editione, cujus textus cum expressa competentis auctoritatis venia adhibitus est; ubi autem agebatur de Antiphonis in Antiphonario Romano non exstantibus, mutatus textus a Sacra Rituum Congregatione probatus est, Rescripto 10 Julii 1929.

De Responsoriis brevibus similia dicenda sunt. Servatæ sunt, in quantum fieri licuit, omnes antiquitus traditæ melodiæ : ita, verbi gratia, resumpta sunt quædam Responsoria Beneventanæ vel Cassinensis originis, Quadragesimæ Passionisque Temporibus hic attributa.

Hymni, plerumque recentiores quam Antiphonæ, difficilius restituuntur, deficiente codicum vere optimorum securo fundamento : studium fuit eam tradere lectionem quæ melior, utpote melioribus instituta codicibus, visa est. Hymnorum textus num-

quam mutatus est, ita ut semper concordet cum novissima editione Breviarii Monastici.



Una cum traditionali melodia, in hoc instaurantur Antiphonario libro rhythmicæ et expressivæ notæ. Aliter egisse, ab authentica traditione discindi fuisset : nam rhythmus et expressio, haud secus ac ipsa melodia, pertinent ad integritatem vel genuinitatem cujusvis musicalis documenti, ergo cujusvis gregoriani textus. Melodicam quidêm lineam instaurare, rhythmo autem vitali hanc exuere suo, a quo creata, a quo fuit informata quemadmodum ab anima corpus informatur, haud aliud esset quam mutilam efficere, avulsa indole propria necnon potiori ratione.

De cetero, notationes illæ rhythmicæ vel expressivæ clare conspiciuntur in codicibus. Illis refertus est Sangallensis B. Hartkeri Antiphonarius, quem nemo transcurrens rem non pro certo habebit, cum in illo permulta neumata signis connotentur vel litteris cantilenas collustrantibus et summam earum pulchritudinem ac concinnitatem expromentibus. Nec otiosum erit animadvertere notationes rhythmicas non in unico vel singulari codice obviare, magis autem communem ac traditionalem interpretationem exhibere quæ viguit usque ad sæculum undecimum, sicut luculenter demonstratum est; easque, cum melodia intimo et indissolubili vinculo connexas, monastici patrimonii nostri partem integrantem constituere.

Denique chorum quemlibet unanimi et fervida voce vix canere posse absque rhythmo certo, ipsis in libris notato, perspicue relucet e praxi chororum universorum, iis haud exceptis qui theorice pertinacius asserunt nil juvare suppletiva signa.

In nonnullis quidem locis via pandi potuisset variantibus rhythmicis; sed idem tam sæpe, sæpius immo contingit quoad ipsam melodiam : non enim desunt loca in quibus melodicæ

variantes plures æquo titulo a redactore potuerunt eligi; qui necessario una rejecta aliam recipere debuit, cum editio quæreretur practica, non diplomatica.

Posita sunt infra quædam monita quibus signorum rhythmicorum proba procuretur interpretatio. Hæc enim, accurate et studiose expressa, cantui pietatis sensum et quemdam conferunt affectum, quem per se sola notularum series impar esset ad præstandum.



In formam primævam et traditionalem sic restitutæ, juxta omnem « genuinitatem » et « integritatem », — melodicam dicimus, modalem et rhythmicam, — quales demum a patribus nostris, priorum benedictinorum sæculorum monachis, canebantur, melodiæ gregorianæ videntur idealis religiosæ orationis expressio. Simplices, sobriæ, aliquando forsitan austeriores, decoram certe et firmissimam exhibent lineam, de cetero ducibilem ac per hoc maxime expressivam, omnium susceptibilem temperamentorum, intimos animæ sensus proferendi capacem.

Denique, hic illud in memoriam referre placet quod apud *Instituta Patrum* legitur :

« Hæc de gremio sanctorum Patrum collegimus; quorum quidam hunc modum cantandi ab Angelis didicerunt; alii, Spiritu Sancto rimante in cordibus eorum, per contemplationem perceperunt. Quam formam si diligenti studio imitari conamur, nos quoque subtilem percipiemus dulcedinem intellectus, canentes Deo in cordibus nostris, spiritu et mente ».

DE ALIQUIBUS REGULIS
IN CANTU SERVANDIS

I. — DE FIGURIS MELODICIS, SEU NEUMIS.

1. *De neumarum forma.*


Neumæ in hoc Antiphonali usurpatæ eædem sunt, paucis exceptis, ac neumæ Vaticanæ editionis. Quæ cum ubique in usu quotidiano versentur, nihil hic dicendum est nisi de tribus sequentibus figuris, minus vulgatis, quæ aliqua expositione indigent.

Nam, quo cantoribus notatio clarior evadat, pro quibusdam peculiaribus neumis restituta est, ad fidem codicum, specialis forma, jamdudum in solesmensibus editionibus quæ ante Vaticanam prodierunt usurpata, pro *orisco* scilicet et *apostropha* :

Oriscus ◆ semper neumas claudit, tum in eodem gradu ac ultima præcedentis neumæ notula, tum in acutiori chorda :



Apostropha ◆ numquam sola adhibetur, sed, sicut maxime fit, geminata ◆◆ (*distropha*), vel trigemina ◆◆◆ (*tristropha*). Cum singula hujus figuræ elementa olim nonnulla vocis reparatione discernebantur, ea quæque leniter molliterque repercutere optimum quidem esset; in choro autem canentibus satis erit, si nondum sint exercitatissimi, uno tenore proferre, cum levi *crescendo* vel *decrescendo* prout res postulaverit, dummodo quadam vocis repercussione canenda sit prima quæque nota tum cujusvis strophici, tum sequentis neumæ, si hæc stat in eodem gradu :



Ob formam eis attributam, *oriscus* et *apostropha* sic facile a *presso* discernuntur, qui nunquam repercutendus est.

Adest etiam aliud signum quod in hoc Antiphonali restitui visum est, juxta universalem traditionem manuscriptam, *punctum* scilicet *liquescens* (vel in B. Hartkeri Antiphonario), in antiquis codicibus persæpius inscriptum. Quemadmodum et aliæ neumæ liquescentes, *epiphonus* videlicet, *cephalicus*, *ancus*, etc., reperitur ubi, voce de una syllaba ad alteram transeunte, gemellæ more diphtongi junctim efferendæ vocales aut quædam consonantes occurrunt.

Syllaba quæ *puncto liquescente* afficitur, nedum valore suo partim privetur, aliquantulum protracte, dulcius et quasi rotunde cantari debet, ita ut plenius et distincte pronuntientur diphtongi vel consonantes.

2. *De notarum duratione et momento.*

Omnes simplices gregorianæ notulæ, cujuscumque sint formæ :

Punctum quadratum	*Punctum liquescens*
» *inclinatum*	*Apostropha*
Virga	*Oriscus*
	Quilisma


sive singulæ, sive in neumis agglutinatæ, idem valent ac « tempus primum et indivisibile » (πρῶτος χρόνος, apud Græcos) : ♪ scilicet in recentioris musices notatione. Hæc notio de « temporis primi » definita duratione maximi refert, cum in ea tamquam in fundamento suo firmetur rhythmus.

Duo sunt vero signa quibus *punctum* et *virga* protrahuntur.

a) *Punctum-mora* (.) eam quam immediate sequitur notulam firme duplicat :



b) *Transversum episema* (–), quod simplicem notulam vel etiam neumam afficere potest, notulam vel singulas hujus neumæ notulas paululum producendas esse indicat, quin duplicentur :



Quando transversum episema ultimam vel ultimas incisi aut membri notulas afficit, protractionis et moræ unice est signum; si vero notulam vel neumam intra incisi aut membri tramitem afficit, plerumque affectus animi aliquantula soni protractione significat.

Ex seipsis, nec punctum-mora nec transversum episema intensitatem soni indicant.

N. B. — *Rectum episema* (ı) nullatenus ad durationem nec ad intensitatem ex seipso attinet, sed est mere signum, typis quidem usurpatum quoties expedit, ad rhythmi divisionem seu rhythmicum ictum, de quo dicitur infra, designandum.

II. — DE RHYTHMO EJUSQUE ELEMENTIS.

1. *De rhythmi partibus.*


Rhythmus est, secundum S. Augustinum, « ars bene movendi », et, secundum Platonem, « ordinatio motus ». Haberi potest ut motus quidam ordinatus quo, velut ex operatione vere synthetica, omnes et singulæ dictionis syllabæ vel musices notulæ connexæ sunt et quasi concatenatæ, aliæ aliis subordinatæ, ita ut unum quid efficiant, quod *periodus* vocatur.

Hæc synthesis partibus constat, magis ac magis amplis velutque comprehensivis, seu motibus in se jam integris, mutua tamen connexione junctis, quos respective vocant « *pedes* », *incisa, membra* et *periodos*. Periodus membris, membrum incisis, incisum pedibus seu minimis partibus constituitur; et illæ ipsæ minimæ partes duobus vel tribus simplicibus componuntur elementis, quæ sunt « tempora prima et indivisibilia », de quibus supra.

Ideo, tamquam fundamentum rhythmicæ syntheseos, subsunt semper minimæ partes, seu minimi motus quoad essentiam constituti, id est, sublatione et remissione, seu juxta Antiquos *arsi* et *thesi* constantes. Unde assimilari potest rhythmus tum hominis incessui qui per continuos passus procedit, tum fluctui maris qui per undas progreditur, quippe cum passus hominis et undæ maris impulsu quodam et depositione constent. Porro rhythmica thesis non est nisi depositio præcedentis impulsus, vel finis parvi motus et passus. Itaque nullo modo hæc ad vim spectat, sed ad merum rhythmum seu motum.

At vero ipsa thesis illa, quæ singulos rhythmicos passus concludit, et secundo aut tertio quoque simplici tempore recurrit, vocatur etiam « rhythmicus ictus »; et *rectum episema* est unice signum distinctivum, subter (vel rarius supra) notulam sæpe additum, ut facilius discerni possit ubi sint in vocali motu illi ictus rhythmici.

Ita omnia et singula interpunctionis signa inter se ordinata sunt, simulque omnes et singuli rhythmi incessus clare distinguuntur [1], a minimo ad majorem :




a)	finem indicat cantilenæ;		
b)	»	»	periodi;
c)	»	»	membri;
d et *e*)	»	»	incisi majoris minorisve momenti;
f)	»	»	incisi minimi (plerumque saltem);
g)	»	»	passus rhythmici vel minimi motus.

Ad hanc scalam decrescentium signorum ordinatim constitutam nulla ex parte pertinet vis vel intensitas soni, haud amplius in ultimo casu, *g*), quam in *a*). Unius enim ejusdemque rationis formalis sunt omnia et singula signa, rationis scilicet motum proprie et adæquate sumptum terminantis et ordinantis : qui motus ea sonorum intima connexione mutuaque appellatione sive mutuo perfectu constat, a quo unusquisque sonus munus proprium sive sublationis sive depositionis sortiatur; omnia proinde et singula non sunt nisi melodicæ interpunctionis signa. Sic eorum munus est varias cantus distinctiones apte designandi, ita ut in mente clarescat ordo numerosus melodici incessus, quo pedes, incisa, membra et periodi ab invicem discernuntur, et de cetero in melodicam simul ac logicam unitatem coalescunt. Notandum quod, excepto transverso episemate, in antiquis codicibus nullum reperitur ex his signis ut sic.

---

[1] Adsunt etiam et duo alia signa in hoc Antiphonali usurpata, quæ non ictum rhythmicum sed tantum minimas disjunctiones vel melodiæ divisiones logicas indicant, scilicet :



2. *De ictu rhythmico.*

Ex his apparet ictum minime melodico accentu vel impulsu constare, nec ejus signum, rectum scilicet episema, majorem validioremque vocem requirere; ut supra dictum est, ictus non ad vim spectat, sed ad merum rhythmum seu motum ordinatum, qui ex ipso carminis cursu notularumque sublatione et depositione proprie constat. Ictus punctum denuntiat temporis quo, post præviam sublationem, motus rhythmicus deponitur et quasi in terram recidit, ad ibi standum vel, e contra, ad ultro progrediendum. Nam, velut in hominis incessu aut in maris fluctibus, ex ipsa motus præcedentis remissione oriuntur jam primordia impulsionis immediate sequentis, ita ut in ea jungantur et coagmententur rhythmi subsequentes. Aliis verbis, ictus est vinculum et quasi compages, qua committuntur implexa omnia rhythmicæ syntheseos elementa.

De ictus respectu ad intensitatem. — Ictus, natura sua, nullam cum intensitate soni connexionem habet; syllabæ cui assignatur colorem participat, cum acuta validior, cum pænultima vero vel finali remissior et dulcior. Cœteroquin intensitas, nedum cum unaquaque rhythmi minima parte renovetur, totius membri ambitum suo afficit complexu, ita ut omnia ejus elementa in unum aptius cohæreant.

De ictus respectu ad tonicum accentum. — Veluti ab intensitate soni, ita et ab accentu tonico prorsus ictus discerni debet; cum acuta syllaba concurrit vel non concurrit, sicut cantilenæ auctori complacuerit : nam, ut omnes norunt, « musica non subjacet regulis Donati ».

Cum autem natura sua nihil aliud sit quam thesis seu depositio rhythmi, et ejus sit unumquemque passum concludere, ictus cum ultima dictionis syllaba facilius convenit. E contra tonicus accentus, qui in latina lingua nunquam in ultima syllaba invenitur, juxta Antiquos potius ad arsim pertinet. Et hoc maxime naturam suam decet, cum sit per se quoad tempus brevis, quoad melodiam acutus, quoad intensitatem potius moderatus et spiritualis : « Accentus, anima vocis »; unde accentus non debet violenter proferri, sed cum suavitate quadam ac temperamento, more avium suspensis alis ad ima volitantium.

De ictus loco. — Juxta leges rhythmi naturales, quæ apud Antiquos tam in poesi quam in musica servabantur, ictus secundo aut

tertio quoque simplici tempore semper recurrit. Dum autem in mensurata musica, quæ sæculis hodiernis prævaluit, ictus certo et statuto intervallo recurrit, e contra in « rhythmo libero », qui est gregorianæ cantilenæ proprius rhythmus, incertis intervallis post secundum aliquando, nonnunquam post tertium tempus inveniri potest, ita ut binaria ternariis temporibus libere succedant, auctoris cantilenæ arbitrio.

Ictu rhythmico gaudent :

I. Omnes notulæ *recto episemate* instructæ :

II. Omnes notulæ quæ soni distinctam *productionem* [1] requirunt :

a) notulæ *puncto-mora* instructæ :

b) prima nota cujuscumque *pressus* :

c) nota quæ *quilisma* præcedit :

III. *Prima* nota cujuscumque neumæ :

nisi tamen aliquem ictum, aliunde determinatum, immediate præcedat vel sequatur, cum ictus ictum continuo numquam sequatur.

In Antiphona sequenti, asterisco discerni potest quales notulæ, juxta præcedentem regulam, ictu rhythmico afficiuntur :



Sit no- men Dó- mi- ni be- ne- di- ctum in sǽ- cu- la.

Ictus 2 et 7	recto episemate	indicantur	(I)
Ictus 4 et 9	puncto-mora	»	(II *a*)
Ictus 1, 3, 5, 6, 8	prima neumæ notula	»	(III)

[1] Notandum quod transversum episema (‒) minime *ex seipso* rhythmicum ictum indicat, cum non soni materialem et quasi crassam durationem, sed potius levem motus variationem et quamdam vocis rotunditatem significet, quibus, ut supra dictum est, affectus animi exprimuntur.

Ex quo apparet ictus rhythmicos persæpe sola neumatica notatione indicari, quin recto episemate signari indigeant; rectum episema notulis tantummodo additum est ubi ex notatione ipsa non satis dilucide ictus discerni potest. Unde ex se ictus rhythmici recto episemate signati neque aliis validiores neque majoris momenti sunt, sed simpliciter signo speciali instructi quo facilius discerni possint.

Singuli vero eorum momentum proprium habent, et ad incisi aut membri generalem arsim vel thesim, de quibus agitur infra, pertinent, juxta syllabam ad quam referuntur et locum quem in melodica linea obtinent.

3. *De rhythmica synthesi.*

Omnes rhythmi partes — pedes scilicet, incisa, membra, periodi — concurrere debent in ordine ut rhythmicam synthesim efficiant, ad quam ordinantur et propter quam exstant. Quapropter singulæ earum, ad unum intus redactæ, mutua connexione committi debent.

Incisa enim, membra et periodi, quemadmodum minimi passus, arsi et thesi, majoris quidem momenti, constant, quas *protasim* et *apodosim* vocant. In inciso passibus, in membro incisis, in periodo membris constituuntur protasis et apodosis, et centro quodam determinantur ad quod illa tendit vel ex quo hæc deducitur : quod centrum cum apice melodico plerumque convenit, et de cætero variis lineæ intensivæ crescentis vel decrescentis conversionibus clarius elucet. Quibus autem modis synthesis hæc efficienda sit, apud probatos auctores qui de rhythmo et de cantu gregoriano scripserunt invenitur.

Denique omnes et singulæ rhythmi partes, pro suo quæque momento, signis et pausis quibusdam rite accommodatis distinguuntur. De signis quidem in cantu gregoriano usurpatis, superius dictum est, p. xv. De pausis vero et respirationibus, hæc breviter dicere juvabit :

in ictu rhythmico seu in fine minimi passus (*ibid., g*), nec protractio nec respiratio fieri debet;

in fine incisi, ultima nota aliquandiu protrahitur (*f, e*), vel duplicatur (*d*), sed ibi respirare non licet aut vix conceditur;

in fine membri (*c*), plerumque respirationi indulgendum est, quod fit sub ultimæ notæ duratione;

in fine periodi (*b*), diutius moratur et interdum necesse est respirare;

in fine tandem cantilenæ (*a*), aliquali remissione motus ultima pausa præparatur.

Ut exemplo illustrentur monita superius data, proponuntur duæ sequentes Antiphonæ cum variis suæ rhythmicæ syntheseos elementis distincte distributis. Solius periodi protasis et apodosis hic expresse delineatæ sunt; in membris vero et incisis, crescentis vel decrescentis intensitatis signis implicite exprimuntur.

Periodus

Protasis — Apodosis

Incisum — Incisum

Sit no- men Dó- mi- ni be- ne- di- ctum in sǽ- cu- la.

Periodus

Protasis — Apodosis

Membrum — *Membrum*

Incisum — *Incisum* — *Incisum*

Bene ómni- a fe-cit : surdos fe-cit audi-re, et mu-tos loqui.

N. B. — *Servandæ sunt præcedentes regulæ in omnibus gregorianis Ecclesiæ cantilenis : Antiphonis, Responsoriis, Hymnis, etc.*

TABELLA TEMPORARIA

Anno Domini	Litt. Domin.	Aur. num.	Epacta	Septuagesima	Dies Cinerum	Pascha
1934	g	16	xiv	28 Januarii	14 Februarii	1 Aprilis
1935	f	17	25	17 Februarii	6 Martii	21 Aprilis
1936	e d	18	vj	9 Februarii	26 Februarii	12 Aprilis
1937	c	19	xvij	24 Januarii	10 Februarii	28 Martii
1938	b	1	xxix	13 Februarii	2 Martii	17 Aprilis
1939	A	2	x	5 Februarii	22 Februarii	9 Aprilis
1940	g f	3	xxj	21 Januarii	7 Februarii	24 Martii
1941	e	4	ij	9 Februarii	26 Februarii	13 Aprilis
1942	d	5	xiij	1 Februarii	18 Februarii	5 Aprilis
1943	c	6	xxiv	21 Februarii	10 Martii	25 Aprilis
1944	b A	7	v	6 Februarii	23 Februarii	9 Aprilis
1945	g	8	xvj	28 Januarii	14 Februarii	1 Aprilis
1946	f	9	xxvij	17 Februarii	6 Martii	21 Aprilis
1947	e	10	viij	2 Februarii	19 Februarii	6 Aprilis
1948	d c	11	xix	25 Januarii	11 Februarii	28 Martii
1949	b	12	*	13 Februarii	2 Martii	17 Aprilis
1950	A	13	xj	5 Februarii	22 Februarii	9 Aprilis
1951	g	14	xxij	21 Januarii	7 Februarii	25 Martii
1952	f e	15	iij	10 Februarii	27 Februarii	13 Aprilis
1953	d	16	xiv	1 Februarii	18 Februarii	5 Aprilis
1954	c	17	25	14 Februarii	3 Martii	18 Aprilis
1955	b	18	vj	6 Februarii	23 Februarii	10 Aprilis
1956	A g	19	xvij	29 Januarii	15 Februarii	1 Aprilis
1957	f	1	xxix	17 Februarii	6 Martii	21 Aprilis
1958	e	2	x	2 Februarii	19 Februarii	6 Aprilis
1959	d	3	xxj	25 Januarii	11 Februarii	29 Martii
1960	c b	4	ij	14 Februarii	2 Martii	17 Aprilis
1961	A	5	xiij	29 Januarii	15 Februarii	2 Aprilis
1962	g	6	xxiv	18 Februarii	7 Martii	22 Aprilis
1963	f	7	v	10 Februarii	27 Februarii	14 Aprilis
1964	e d	8	xvj	26 Januarii	12 Februarii	29 Martii
1965	c	9	xxvij	14 Februarii	3 Martii	18 Aprilis
1966	b	10	viij	6 Februarii	23 Februarii	10 Aprilis
1967	A	11	xix	22 Januarii	8 Februarii	26 Martii
1968	g f	12	*	11 Februarii	28 Februarii	14 Aprilis

FESTORUM MOBILIUM

Anno Domini	Ascensio	Pentecostes	Corpus Christi	Indictiones	Dom. post Pentec.	Dominica prima Adventus	Litt. Mart.
1934	10 Maii	20 Maii	31 Maii	2	27	2 Decembris	p
1935	30 Maii	9 Junii	20 Junii	3	24	1 Decembris	*F*
1936	21 Maii	31 Maii	11 Junii	4	25	29 Novembris	f
1937	6 Maii	16 Maii	27 Maii	5	27	28 Novembris	s
1938	26 Maii	5 Junii	16 Junii	6	24	27 Novembris	N
1939	18 Maii	28 Maii	8 Junii	7	26	3 Decembris	k
1940	2 Maii	12 Maii	23 Maii	8	28	1 Decembris	B
1941	22 Maii	1 Junii	12 Junii	9	25	30 Novembris	b
1942	14 Maii	24 Maii	4 Junii	10	26	29 Novembris	n
1943	3 Junii	13 Junii	24 Junii	11	23	28 Novembris	E
1944	18 Maii	28 Maii	8 Junii	12	26	3 Decembris	e
1945	10 Maii	20 Maii	31 Maii	13	27	2 Decembris	r
1946	30 Maii	9 Junii	20 Junii	14	24	1 Decembris	H
1947	15 Maii	25 Maii	5 Junii	15	26	30 Novembris	h
1948	6 Maii	16 Maii	27 Maii	1	27	28 Novembris	u
1949	26 Maii	5 Junii	16 Junii	2	24	27 Novembris	P
1950	18 Maii	28 Maii	8 Junii	3	26	3 Decembris	l
1951	3 Maii	13 Maii	24 Maii	4	28	2 Decembris	C
1952	22 Maii	1 Junii	12 Junii	5	25	30 Novembris	c
1953	14 Maii	24 Maii	4 Junii	6	26	29 Novembris	p
1954	27 Maii	6 Junii	17 Junii	7	24	28 Novembris	*F*
1955	19 Maii	29 Maii	9 Junii	8	25	27 Novembris	f
1956	10 Maii	20 Maii	31 Maii	9	27	2 Decembris	s
1957	30 Maii	9 Junii	20 Junii	10	24	1 Decembris	N
1958	15 Maii	25 Maii	5 Junii	11	26	30 Novembris	k
1959	7 Maii	17 Maii	28 Maii	12	27	29 Novembris	B
1960	26 Maii	5 Junii	16 Junii	13	24	27 Novembris	b
1961	11 Maii	21 Maii	1 Junii	14	27	3 Decembris	n
1962	31 Maii	10 Junii	21 Junii	15	24	2 Decembris	E
1963	23 Maii	2 Junii	13 Junii	1	25	1 Decembris	e
1964	7 Maii	17 Maii	28 Maii	2	27	29 Novembris	r
1965	27 Maii	6 Junii	17 Junii	3	24	28 Novembris	H
1966	19 Maii	29 Maii	9 Junii	4	25	27 Novembris	h
1967	4 Maii	14 Maii	25 Maii	5	28	3 Decembris	u
1968	23 Maii	2 Junii	13 Junii	6	25	1 Decembris	P

KALENDARIUM.

Cyclus Epact.	Lit. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
				Januarius.
*	A	Kal.	1	CIRCUMCISIO DOMINI et Octava Nativitatis, *Duplex II Classis.*
				Dominica inter Circumcisionem et Epiphaniam : SSMI NOMINIS JESU, *Duplex II Classis.*
xxix	b	iv	2	Octava S. Stephani Protomart., *Simplex.*
xxviij	c	iij	3	Octava S. Joannis Ap. et Ev., *Simplex.*
xxvij	d	Prid.	4	Octava Ss. Innocentium Mart., *Simplex.* S.Titi Ep. et Conf., *Memoria.*
xxvj	e	Non.	5	Vigilia Epiphaniæ, *Semiduplex.* S. Telesphori Papæ et Mart., *Memoria.*
25. xxv	f	viij	6	EPIPHANIA DOMINI, *Duplex I Classis cum Octava privilegiata II Ordinis.*
xxiv	g	vij	7	De Octava, *Semiduplex.*
xxiij	A	vj	8	De Octava, *Semiduplex.*
xxij	b	v	9	De Octava, *Semiduplex.*
xxj	c	iv	10	De Octava, *Semiduplex.* S. Pauli primi Eremitæ Conf., *Memoria.*
xx	d	iij	11	De Octava, *Semiduplex.*
xix	e	Prid.	12	De Octava, *Semiduplex.*
xviij	f	Idib.	13	Octava Epiphaniæ, *Duplex majus.*
xvij	g	xix	14	S. Hilarii Ep., Conf. et Eccl. Doct., *Duplex.* S. Felicis Presb. et Mart., *Memoria.*
xvj	A	xviij	15	S. MAURI Abb. O. N., *Duplex II Classis.*
xv	b	xvij	16	S. Marcelli I Papæ et Mart., *Memoria.*
xiv	c	xvj	17	S. Antonii Abbatis, *Duplex.*
xiij	d	xv	18	S. Priscæ Virg. et Mart., *Memoria.*
xij	e	xiv	19	Ss. Marii, Marthæ, Audifacis et Abachum Mm., *Memoria.*
xj	f	xiij	20	Ss. Fabiani Papæ et Sebastiani Mart., *Duplex.*
x	g	xij	21	S. Agnetis Virg. et Mart., *Duplex majus.*
ix	A	xj	22	S. Vincentii Mart., *Memoria.*
viij	b	x	23	S. Emerentianæ Virg. et Mart., *Memoria.*
vij	c	ix	24	S. Timothei Ep. et Mart., *Memoria.*
vj	d	viij	25	Conversio S. Pauli Apost., *Duplex majus.*
v	e	vij	26	S. Polycarpi Ep. et Mart., *Memoria.*

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
iv	f	vj	27	S. Joannis Chrysostomi Ep., Cf. et Eccl. Doct., *Dupl.*
iij	g	v	28	S. Cyrilli Ep. Alexandrini Cf. et Eccl. Doct., *Dupl.* S. Agnetis Virg. et Mart. secundo, *Memoria.*
ij	A	iv	29	S. Francisci Salesii Ep., Cf. et Eccl. Doct., *Dupl.*
i	b	iij	30	
*	c	Prid.	31	Ss. Petri Nolasci et Raymundi de Peñafort Cc., *Memoria.*

Februarius.

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
xxix	d	Kal.	1	S. Ignatii Ep. et Mart., *Duplex.*
xxviij	e	iv	2	PURIFICATIO B. MARIÆ VIRG., *Duplex II Classis.*
xxvij	f	iij	3	S. Blasii Ep. et Mart., *Memoria.*
25. xxvj	g	Prid.	4	
xxv-xxiv	A	Non.	5	S. Agathæ Virg. et Mart., *Duplex majus.*
xxiij	b	viij	6	
xxij	c	vij	7	S. Romualdi Abb. O. N., *Duplex.*
xxj	d	vj	8	Ss. Joannis de Matha et Felicis de Valois Cc., *Memoria.*
xx	e	v	9	
xix	f	iv	10	S. SCHOLASTICÆ VIRG., SORORIS SS. P. N. BENEDICTI, *Duplex II Classis.*
xviij	g	iij	11	S. Gregorii II Papæ et Conf., *Memoria.*
xvij	A	Prid.	12	Ss. Septem Fundatorum Ord. Servorum B. M. V. Conf., *Memoria.*
xvj	b	Idib.	13	
xv	c	xvj	14	S. Valentini Presb. et Mart., *Memoria.*
xiv	d	xv	15	
xiij	e	xiv	16	
xij	f	xiij	17	
xj	g	xij	18	
x	A	xj	19	
ix	b	x	20	
viij	c	ix	21	
vij	d	viij	22	Cathedra S. Petri, *Duplex majus.*
vj	e	vij	23	S. Petri Damiani Ep., Cf. et Eccl. Doct. O. N., *Dupl.* Vigilia S. Matthiæ, de qua nihil in Officio. *In anno bissextili :* 23 *S. Petri Damiani Ep., Conf. et Eccl. Doct., O. N., Duplex.* 24 *Vigilia, de qua nihil in Officio.* 25 *S. Matthiæ Apost., Duplex II Classis.*

Kalendarium.

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
v	f	vj	24	S. MATTHIÆ APOST., *Duplex II Classis.*
iv	g	v	25	
iij	A	iv	26	
ij	b	iij	27	
j	c	Prid.	28	

Martius.

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
*	d	Kal.	1	
xxix	e	vj	2	
xxviij	f	v	3	
xxvij	g	iv	4	S. Lucii I Papæ et Mart., *Memoria.*
xxvj	A	iij	5	
xxv	b	Prid.	6	Ss. Perpetuæ et Felicitatis Mart., *Duplex.*
xxiv	c	Non.	7	S. Thomæ de Aquino Conf. et Eccl. Doct., *Dupl.*
xxiij	d	viij	8	Ss. Joannis de Deo et Camilli de Lellis Cc., *Memoria.*
xxij	e	vij	9	S. Franciscæ Romanæ Viduæ O. N., *Memoria.*
xxj	f	vj	10	Ss. Quadraginta Martyrum, *Memoria.*
xx	g	v	11	
xix	A	iv	12	S. GREGORII I Papæ, Conf. et Eccl. Doct. O. N., *Duplex II Classis.*
xviij	b	iij	13	
xvij	c	Prid.	14	
xvj	d	Idib.	15	
xv	e	xvij	16	
xiv	f	xvj	17	
xiij	g	xv	18	S. Cyrilli Ep. Hierosolymitani Conf. et Eccl. Doct., *Duplex in perpetuum simplificatum.*
xij	A	xiv	19	S. JOSEPH SPONSI B. M. V., Conf., *Duplex I Classis.*
xj	b	xiij	20	
x	c	xij	21	TRANSITUS SS. P. N. BENEDICTI ABBATIS., *Duplex I Classis.*
ix	d	xj	22	
viij	e	x	23	
vij	f	ix	24	
vi	g	viij	25	ANNUNTIATIO B. MARIÆ VIRG., *Duplex I Classis.*
v	A	vij	26	
iv	b	vj	27	S. Joannis Damasceni Conf. et Eccl. Doct., *Duplex in perpetuum simplificatum.*
iij	c	v	28	

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
ij	d	iv	29	
j	e	iij	30	
*	f	Prid.	31	
				Feria VI post Dom. Passionis : Septem Dolorum B. Mariæ Virg., *Memoria.*

Aprilis.

xxix	g	Kal.	1	
xxviij	A	iv	2	S. Francisci de Paula Conf., *Memoria.*
xxvij	b	iij	3	
25. xxvi	c	Prid.	4	S. Isidori Ep., Conf. et Eccl. Doct., *Duplex.*
xxv-xxiv	d	Non.	5	
xxiij	e	viij	6	
xxij	f	vij	7	
xxj	g	vj	8	
xx	A	v	9	
xix	b	iv	10	
xviij	c	iij	11	S. Leonis I Papæ, Conf. et Eccl. Doct., *Duplex.*
xvij	d	Prid.	12	
xvj	e	Idib.	13	S. Justini Mart., *Memoria.*
xv	f	xviij	14	Ss. Tiburtii, Valeriani et Maximi Mart., *Memoria.*
xiv	g	xvij	15	
xiij	A	xvj	16	
xij	b	xv	17	
xj	c	xiv	18	
x	d	xiij	19	
ix	e	xij	20	
viij	f	xj	21	S. Anselmi Episc., Conf. et Eccl. Doct. O. N., *Duplex majus.*
vij	g	x	22	
vi	A	ix	23	S. Georgii Mart., *Memoria.*
v	b	viij	24	
iv	c	vij	25	S. MARCI EVANGELISTÆ, *Duplex II Classis.*
iij	d	vj	26	S. Cleti Papæ et Mart., *Memoria.*
ij	e	v	27	S. Petri Canisii Conf. et Eccl. Doct., *Duplex.*
j	f	iv	28	S. Vitalis Mart., *Memoria.*
*	g	iij	29	Ss. Odonis, Majoli, Odilonis et Hugonis Abb. O. N., *Duplex.*
				S. Roberti Abb. O. N., *Memoria.*
xxix	A	Prid.	30	S. Catharinæ Senensis Virg., *Memoria.*

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
				Feria IV infra Hebd. II post Oct. Paschæ : SOLEMNITAS S. JOSEPH SPONSI B. M. V., Conf. et Eccl. universalis Patroni, *Duplex I Classis cum Octava communi.* *Feria IV infra Hebd. III post Oct. Paschæ* : Octava S. Joseph, *Duplex majus.*
				Majus.
xxviij	b	Kal.	1	Ss. PHILIPPI ET JACOBI APOST., *Duplex II Classis.*
xxvij	c	vj	2	S. Athanasii Ep., Conf. et Eccl. Doct., *Duplex.*
xxvj	d	v	3	INVENTIO S. CRUCIS, *Duplex II Classis.* Ss. Alexandri I Papæ, Eventii et Theoduli Mm., ac Juvenalis Ep. et Conf., *Memoria.*
25. xxv	e	iv	4	S. Monicæ Viduæ, *Memoria.*
xxiv	f	iij	5	S. Pii V Papæ et Conf., *Duplex.*
xxiij	g	Prid.	6	S. Joannis Apost. et Ev. ante Portam Latinam, *Duplex majus.*
xxij	A	Non.	7	
xxj	b	viij	8	
xx	c	vij	9	S. Gregorii Nazianzeni Ep., Conf. et Eccl. Doct., *Duplex.*
xix	d	vj	10	Ss. Gordiani et Epimachi Mart., *Memoria.*
xviij	e	v	11	
xvij	f	iv	12	Ss. Nerei, Achillei et Pancratii Mart., *Memoria.*
xvj	g	iij	13	Commemoratio Ss. Martyrum et aliorum Sanctorum, quorum Reliquiæ in Ecclesiis O. N. asservantur, *Duplex majus.* S. Roberti Bellarmino Episc., Conf. et Eccl. Doct., *Duplex in perpetuum simplificatum.*
xv	A	Prid.	14	
xiv	b	Idib.	15	
xiij	c	xvij	16	
xij	d	xvj	17	S. Paschalis Baylon Conf., *Memoria.*
xj	e	xv	18	
x	f	xiv	19	S. Petri Cælestini Papæ et Conf. O. N., *Duplex.* S. Pudentianæ Virg., *Memoria.*
ix	g	xiij	20	
viij	A	xij	21	
vij	b	xj	22	
vj	c	x	23	

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
v	d	ix	24	
iv	c	viij	25	S. Gregorii VII Papæ et Conf. O. N., *Duplex.* S. Urbani I Papæ et Mart., *Memoria.*
iij	f	vij	26	S. Augustini Cantuar. Ep. et Conf. O. N., *Duplex.*
ij	g	vj	27	S. Bedæ Venerabilis Conf. et Eccl. Doct. O. N., *Duplex.*
j	A	v	28	
*	b	iv	29	
xxix	c	iij	30	
xxviij	d	Prid.	31	S. Petronillæ Virg., *Memoria.*

Junius.

xxvij	e	Kal.	1	
25. xxvi	f	iv	2	Ss. Marcellini et Petri Mart., *Memoria.*
xxv-xxiv	g	iij	3	
xxiij	A	Prid.	4	
xxij	b	Non.	5	S. Bonifatii Ep. et Mart. O. N., *Duplex.*
xxj	c	viij	6	S. Norberti Ep. et Conf., *Duplex.*
xx	d	vij	7	
xix	e	vj	8	
xviij	f	v	9	Ss. Primi et Feliciani Mart., *Memoria.*
xvij	g	iv	10	
xvj	A	iij	11	S. Barnabæ Apostoli, *Duplex majus.*
xv	b	Prid.	12	Ss. Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii Mart., *Memoria.*
xiv	c	Idib.	13	S. Antonii de Padua Conf., *Memoria.*
xiij	d	xviij	14	S. Basilii Magni Ep., Cf. et Eccl. Doct., *Dupl. maj.*
xij	e	xvij	15	Ss. Viti, Modesti atque Crescentiæ Mart., *Memoria.*
xj	f	xvj	16	
x	g	xv	17	
ix	A	xiv	18	S. Ephræm Syri Diac., Conf. et Eccl. Doct., *Duplex.* Ss. Marci et Marcelliani Mart., *Memoria.*
viij	b	xiij	19	Ss. Gervasii et Protasii Mart., *Memoria.*
vij	c	xij	20	
vj	d	xj	21	S. Aloysii Gonzagæ Conf., *Memoria.*
v	e	x	22	S. Paulini Ep. et Conf., *Memoria.*
iv	f	ix	23	Vigilia S. Joannis Baptistæ.
iij	g	viij	24	NATIVITAS S. JOANNIS BAPTISTÆ, *Dupl. I Classis cum Octava communi.*
ij	A	vij	25	De Octava, *Semiduplex.*

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
j	b	vj	26	De Octava, *Semiduplex.* Ss. Joannis et Pauli Mart., *Memoria.*
*	c	v	27	De Octava, *Semiduplex.*
xxix	d	iv	28	De Octava, *Semiduplex.* Comm. Vigiliæ.
xxviij	e	iij	29	SS. PETRI ET PAULI Apost., *Duplex I Classis cum Octava communi.*
xxvij	f	Prid.	30	Commemoratio S. Pauli Ap., *Dupl. maj.* Comm. Octavæ S. Joannis.

Julius.

xxvj	g	Kal.	1	Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C., *Duplex II Classis.* Comm. diei Octavæ S. Joannis.
25. xxv	A	vj	2	Visitatio Beatæ Mariæ Virg., *Dupl. II Classis.* Ss. Processi et Martiniani Mart., *Memoria.*
xxiv	b	v	3	De Octava Ss. Petri et Pauli Apost., *Semiduplex.*
xxiij	c	iv	4	De Octava, *Semiduplex.*
xxij	d	iij	5	De Octava, *Semiduplex.*
xxj	e	Prid.	6	Octava Ss. Petri et Pauli Apost., *Duplex majus.*
xx	f	Non.	7	
xix	g	viij	8	
xviij	A	vij	9	
xvij	b	vj	10	Ss. Septem Fratrum Martyrum ac Ss. Rufinæ et Secundæ Virg. et Mart., *Memoria.*
xvj	c	v	11	SOLEMNITAS SS. P. N. BENEDICTI Abb., *Duplex I Classis cum Octava communi.*
xv	d	iv	12	S. Joannis Gualberti Abb. O. N., *Dupl.* Comm. Oct.
xiv	e	iij	13	De Octava, *Semiduplex.*
xiij	f	Prid.	14	S. Bonaventuræ Episc., Conf. et Eccl. Doct., *Duplex.* Comm. Octavæ.
xij	g	Idib.	15	De Octava, *Semiduplex.*
xj	A	xvij	16	Commemoratio B. Mariæ Virg. de Monte Carmelo, *Dupl. maj.* Comm. Octavæ.
x	b	xvj	17	De Octava, *Semiduplex.* S. Leonis IV Papæ et Conf. O. N., *Memoria.*
ix	c	xv	18	Octava SS. P. N. Benedicti Abb., *Duplex majus.* Ss. Symphorosæ et Septem Filiorum ejus Mart., *Memoria.*
viij	d	xiv	19	S. Vincentii a Paulo Conf., *Memoria.*
vij	e	xiij	20	S. Hieronymi Æmiliani, Josephi Calasanctii et Joannis Baptistæ de la Salle Conf., *Memoria.*

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
vj	f	xij	21	S. Praxedis Virg., *Memoria.*
v	g	xj	22	S. Mariæ Magdalenæ, *Duplex majus.*
iv	A	x	23	S. Apollinaris Ep. et Mart., *Memoria.*
iij	b	ix	24	Vigilia S. Jacobi.
ij	c	viij	25	S. Jacobi Apost., *Duplex II Classis.*
j	d	vij	26	Ss. Joachim et Annæ Parentum B. M. V., *Duplex II Classis.*
*	e	vj	27	
xxix	f	v	28	
xxviij	g	iv	29	Ss. Felicis II Papæ, Simplicii, Faustini et Beatricis Mart., *Memoria.*
xxvij	A	iij	30	Ss. Abdon et Sennen Mart., *Memoria.*
25. xxvi	b	Prid.	31	S. Ignatii Conf., *Duplex.*

Augustus.

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
xxv-xxiv	c	Kal.	1	S. Petri Apost. ad Vincula, *Duplex majus.* Ss. Machabæorum Mart., *Memoria.*
xxiij	d	iv	2	S. Alphonsi Mariæ de Ligorio Ep., Conf. et Eccl. Doct., *Duplex.* S. Stephani I Papæ et Mart., *Memoria.*
xxij	e	iii	3	
xxj	f	Prid.	4	S. Dominici Conf., *Duplex majus.*
xx	g	Non.	5	Dedicatio S. Mariæ, *Duplex majus.*
xix	A	viij	6	Transfiguratio D. N. J. C., *Duplex II Classis.* Ss. Xysti II Papæ, Felicissimi et Agapiti Mm., *Memoria.*
xviij	b	vij	7	S. Cajetani Conf., *Duplex.* S. Donati Ep. et Mart., *Memoria.*
xvij	c	vj	8	S. Cyriaci, Mart., *Memoria.*
xvj	d	v	9	Vigilia S. Laurentii.
xv	e	iv	10	S. Laurentii Mart., *Duplex II Classis cum Octava simplici.*
xiv	f	iij	11	Ss. Tiburtii et Susannæ Virg. et Mart. *Memoria.*
xiij	g	Prid.	12	S. Claræ Virg., *Memoria.*
xij	A	Idib.	13	Ss. Hippolyti et Cassiani Mart., *Memoria.*
xj	b	xix	14	Vigilia Assumptionis B. M. V. S. Eusebii Conf., *Memoria.*
x	c	xviij	15	ASSUMPTIO B. MARIÆ VIRGINIS, *Duplex I Classis cum Octava communi.*
ix	d	xvij	16	De Octava, *Semiduplex.*

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
viij	e	xvj	17	De Octava, *Semiduplex.* Comm. diei Octavæ S. Laurentii Mart.
vij	f	xv	18	De Octava, *Semiduplex.* S. Agapiti Mart., *Memoria.*
vj	g	xiv	19	De Octava, *Semiduplex.*
v	A	xiij	20	S. Bernardi Abb., Conf. et Eccl. Doct. O. N., *Duplex majus.* Comm. Octavæ.
iv	b	xij	21	De Octava, *Semiduplex.* B. Bernardi Ptolomæi Abb. O. N., *Memoria.*
iij	c	xj	22	Octava Assumptionis B. M. V. *Duplex majus.* Ss. Timothei et Symphoriani Mm., *Memoria.*
ij	d	x	23	Vigilia S. Bartholomæi.
j	e	ix	24	S. BARTHOLOMÆI APOST., *Duplex II Classis.*
*	f	viij	25	
xxix	g	vij	26	
xxviij	A	vj	27	
xxvij	b	v	28	S. Augustini Ep., Cf. et Eccl. Doct., *Dupl. maj.* S. Hermetis Mart., *Memoria.*
xxvi	c	iv	29	Decollatio S. Joannis Baptistæ, *Duplex majus.* S. Sabinæ Mart., *Memoria.*
25. xxv	d	iij	30	Ss. Felicis et Adaucti Mart., *Memoria.*
xxiv	e	Prid.	31	

September.

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
xxiij	f	Kal.	1	
xxij	g	iv	2	
xxj	A	iij	3	
xx	b	Prid.	4	
xix	c	Non.	5	
xviij	d	viij	6	
xvij	e	vij	7	
xvj	f	vj	8	NATIVITAS B. MARIÆ VIRGINIS, *Duplex II Classis cum Octava simplici.* S. Hadriani Mart., *Memoria.*
xv	g	v	9	S. Gorgonii Mart., *Memoria.*
xiv	A	iv	10	
xiij	b	iij	11	Ss. Proti et Hyacinthi Mart., *Memoria.*
xij	c	Prid.	12	Ssmi Nominis Mariæ, *Duplex majus.*
xj	d	Idib.	13	
x	e	xviij	14	Exaltatio S. Crucis, *Duplex majus.* Ss. Cornelii Papæ et Cypriani Episc. et Mart., *Memoria.*

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
ix	f	xvij	15	SEPTEM DOLORUM B. MARIÆ VIRGINIS, *Duplex II Classis.* S. Nicomedis Mart., *Memoria.*
viij	g	xvj	16	Ss. Euphemiæ Virg., Luciæ et Geminiani Mart., *Memoria.*
vij	A	xv	17	S. Hildegardis Virg., *Memoria.*
vj	b	xiv	18	
v	c	xiij	19	
iv	d	xij	20	Vigilia S. Matthæi.
iij	e	xj	21	S. MATTHÆI APOST. ET EV., *Duplex II Classis.*
ij	f	x	22	Ss. Mauritii et Sociorum Mart., *Memoria.*
j	g	ix	23	S. Lini Papæ et Mart., *Memoria.* S. Theclæ Virg. et Mart., *Memoria.*
*	A	viij	24	
xxix	b	vij	25	
xxviij	c	vj	26	Ss. Cypriani et Justinæ Virg., Mart., *Memoria.*
xxvij	d	v	27	Ss. Cosmæ et Damiani Mart., *Memoria.*
25. xxvj	e	iv	28	
xxv-xxiv	f	iij	29	DEDICATIO S. MICHAELIS ARCHANG., *Duplex I Classis.*
xxiij	g	Prid.	30	S. Hieronymi Presb., Conf. et Eccl. Doct., *Duplex majus.*

October.

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
xxij	A	Kal.	1	
xxj	b	vj	2	Ss. Angelorum Custodum, *Duplex majus.*
xx	c	v	3	
xix	d	iv	4	S. Francisci Conf., *Duplex majus.*
xviij	e	iij	5	Ss. PLACIDI ET SOCIORUM Mart. O. N., *Duplex II Classis.*
xvij	f	Prid.	6	S. Brunonis Conf., *Duplex.*
xvj	g	Non.	7	SSMI ROSARII B. MARIÆ VIRG., *Duplex II Classis.* Ss. Sergii, Bacchi, Marcelli et Apuleji Mm., *Memoria.* S. Marci Papæ et Conf., *Memoria.*
xv	A	viij	8	
xiv	b	vij	9	
xiij	c	vj	10	
xij	d	v	11	MATERNITATIS B. MARIÆ VIRG., *Dupl. II Classis.*
xj	e	iv	12	
x	f	iij	13	

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
ix	g	Prid.	14	S. Callisti I Papæ et Mart., *Duplex.*
viij	A	Idib.	15	S. Teresiæ Virg., *Duplex.*
vij	b	xvij	16	
vj	c	xvj	17	
v	d	xv	18	S. Lucæ Evangelistæ, *Duplex II Classis.*
iv	e	xiv	19	
iij	f	xiij	20	
ij	g	xij	21	S. Hilarionis Abb., *Memoria.*
j	A	xj	22	
*	b	x	23	
xxix	c	ix	24	
				Dominica ultima Octobris : FESTUM D. N. JESU CHRISTI REGIS, *Duplex I Classis.*
xxviij	d	viij	25	Ss. Chrysanthi et Dariæ Mart., *Memoria.*
xxvij	e	vij	26	
xxvj	f	vj	27	Vigilia SS. Simonis et Judæ.
25. xxv	g	v	28	Ss. Simonis et Judæ Apost., *Duplex II Classis.*
xxiv	A	iv	29	
xxiij	b	iij	30	
xxij	c	Prid.	31	Vigilia Omnium Sanctorum.

November.

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
xxj	d	Kal.	1	OMNIUM SANCTORUM, *Duplex I Classis cum Octava communi.*
xx	e	iv	2	De Octava, *Semiduplex.*
				Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum, *Duplex.*
xix	f	iij	3	De Octava, *Semiduplex.*
xviij	g	Prid.	4	De Octava, *Semiduplex.*
				S. Caroli Ep. et Conf., *Memoria.*
xvij	A	Non.	5	De Octava, *Semiduplex.*
xvj	b	viij	6	De Octava, *Semiduplex.*
xv	c	vij	7	De Octava, *Semiduplex.*
xiv	d	vj	8	Octava Omnium Sanctorum, *Duplex majus.*
				Ss. Quatuor Coronatorum Mart., *Memoria.*
xiij	e	v	9	Dedicatio Archibasilicæ Sanctissimi Salvatoris, *Duplex II Classis.*
				S. Theodori Mart., *Memoria.*
xij	f	iv	10	
xj	g	iij	11	S. Martini Ep. et Conf., *Duplex majus.*
				S. Mennæ Mart., *Memoria.*

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
x	A	Prid.	12	
ix	b	Idib.	13	OMNIUM SANCTORUM ORDINIS NOSTRI, *Duplex II Classis.*
viij	c	xviij	14	(Commemoratio Omnium Defunctorum Ordinis nostri, *Duplex.*)
vij	d	xvij	15	S. Alberti Magni Ep., Conf. et Eccl. Doct., *Dupl.*
vj	e	xvj	16	
v	f	xv	17	S. GERTRUDIS MAGNÆ Virg. O. N., *Dupl. II Cl.*
iv	g	xiv	18	Dedicatio Basilicarum Ss. Petri et Pauli Apost., *Duplex majus.*
iij	A	xiij	19	S. Pontiani Papæ et Mart., *Memoria.*
ij	b	xij	20	
j	c	xj	21	Præsentatio B. Mariæ Virg., *Duplex majus.* S. Columbani Abb., *Memoria.*
*	d	x	22	S. Cæciliæ Virg. et Mart., *Duplex majus.*
xxix	e	ix	23	S. Clementis I Papæ et Mart., *Duplex.* S. Felicitatis Mart., *Memoria.*
xxviij	f	viij	24	S. Joannis a Cruce Conf. et Eccl. Doct., *Duplex.* S. Chrysogoni Mart., *Memoria.*
xxvij	g	vij	25	S. Catharinæ Virg. et Mart., *Memoria.*
25. xxvj	A	vj	26	S. Silvestri Abb. O. N., *Duplex.*
xxv-xxiv	b	v	27	
xxiij	c	iv	28	
xxij	d	iij	29	Vigilia S. Andreæ. S. Saturnini Mart., *Memoria.*
xxj	e	Prid.	30	S. ANDREÆ APOST., *Duplex II Classis.*

December.

xx	f	Kal.	1	
xix	g	iv	2	S. Petri Chrysologi Ep., Conf. et Eccl. Doct., *Dupl.*
xviij	A	iij	3	S. Francisci Xaverii Conf., *Memoria.*
xvij	b	Prid.	4	
xvj	c	Non.	5	
xv	d	viij	6	S. Nicolai Ep. et Conf., *Memoria.*
xiv	e	vij	7	S. Ambrosii Ep., Conf. et Eccl. Doct., *Dupl. maj.* Vigilia Immac. Concept., de qua nihil in Officio.
xiij	f	vj	8	CONCEPTIO IMMACULATA B. MARIÆ V., *Duplex I Classis cum Octava communi.*
xij	g	v	9	De Octava, *Semiduplex.*

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	MENSIS
xj	A	iv	10	De Octava, *Semiduplex.* S. Melchiadis Papæ et Mart., *Memoria.*
x	b	iij	11	De Octava, *Semiduplex.* S. Damasi I Papæ et Conf., *Memoria.*
ix	c	Prid.	12	De Octava, *Semiduplex.*
viij	d	Idib.	13	S. Luciæ Virg. et Mart., *Dupl. maj.* Comm. Oct.
vij	e	xix	14	De Octava, *Semiduplex.*
vj	f	xviij	15	Octava Conceptionis Immaculatæ B. Mariæ. V., *Duplex majus.*
v	g	xvij	16	
iv	A	xvj	17	
iij	b	xv	18	
ij	c	xiv	19	
j	d	xiij	20	Vigilia S. Thomæ, de qua nihil in Officio.
*	e	xij	21	S. THOMÆ APOST., *Duplex II Classis.*
xxix	f	xi	22	
xxviij	g	x	23	
xxvij	A	ix	24	Vigilia Nativitatis Domini.
xxvj	b	viij	25	NATIVITAS D. N. J. C., *Duplex I Classis cum Octava privilegiata III Ordinis.*
25. xxv	c	vij	26	S. STEPHANI PROTOMARTYRIS, *Duplex II Classis cum Octava simplici.* Comm. Octavæ.
xxiv	d	vi	27	S. JOANNIS APOST. ET EV., *Duplex II Classis cum Octava simplici.* Comm. Octavæ.
xxiij	e	v	28	Ss. INNOCENTIUM MART., *Duplex II Classis cum Octava simplici.* Comm. Octavæ.
xxij	f	iv	29	De Dominica infra Octavam Nativitatis (*vel* de Octava), *Semiduplex.* S. Thomæ Ep. et Mart., *Memoria.*
xxj	g	iij	30	De VI die infra Octavam, *Semiduplex.*
19. xx	A	Prid.	31	S. Silvestri I Papæ et Conf., *Duplex.* Comm. Octavæ.

Oratio ante divinum Officium.

Antequam inchoetur Officium, laudabiliter dicitur, sub singulari semper numero, sequens Oratio; pro qua Summus Pontifex Pius X Indulgentiam centum dierum concessit.

APeri Dómine os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, pervérsis et aliénis cogitatiónibus: intelléctum illúmina, afféctum inflámma; ut digne, atténte ac devóte hoc Officium recitáre váleam, et exaudíri mérear ante conspéctum divínæ Majestátis tuæ. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Dómine, in unióne illíus divínæ intentiónis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas (*vel* hanc tibi Horam) persólvo.

Oratio post divinum Officium.

Orationem sequentem devote post Officium recitantibus Leo Papa X defectus et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas indulsit; et dicitur flexis genibus.

SAcrosánctæ et indivíduæ Trinitáti, crucifíxi Dómini nostri Jesu Christi humanitáti, beatíssimæ et gloriosíssimæ sempérque Vírginis Maríæ fœcúndæ integritáti, et ómnium Sanctórum universitáti sit sempitérna laus, honor, virtus et glória ab omni creatúra, nobísque remíssio ómnium peccatórum, per infiníta sǽcula sæculórum. Amen.

℣. Beáta víscera Maríæ Vírginis, quæ portavérunt ætérni Patris Fílium.

℟. Et beáta úbera, quæ lactavérunt Christum Dóminum.

Pater noster. Ave María.

PATER, AVE, CREDO.

Ante Primam et omnes Horas, præterquam ad Completorium, dicitur secreto Pater noster, Ave Maria. *In principio Primæ ac in fine Completorii dicitur etiam* Credo in Deum.

PAter noster, qui es in cælis : sanctificétur nomen tuum : advéniat regnum tuum : fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie : et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris : et ne nos indúcas in tentatiónem : sed líbera nos a malo. Amen.

AVE María, grátia plena, Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

CRedo in Deum, Patrem omnipoténtem, creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum : qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine : passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus : descéndit ad ínferos : tértia die resurréxit a mórtuis : ascéndit ad cælos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis : inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam ætérnam. Amen.

INCIPIT
ORDINARIUM
OFFICII DE TEMPORE

FERIA SECUNDA
AD PRIMAM

Pater noster. Ave María. Credo in Deum.

℣. Deus, in adjutórium meum inténde.
℟. Dómine, ad adjuvándum me festína.
Glória Patri. etc.


Hymnus.

Tonus in Feriis et Officiis Simplicibus per Annum. VI

JAM lu-cis orto sí-de-re, De-um pre-cémur súppli-ces, Ut in di- úrnis ácti-bus Nos servet a no-cénti-bus.

Tonus in Festis Minoribus per annum.

VIII





Tonus in Festis Majoribus.

VIII






Tonus in Solemnitatibus.

VIII







Linguam refrǽnans témperet,
Ne litis horror ínsonet :
Visum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátes háuriat.

Sint pura cordis íntima,
Absístat et vecórdia :
Carnis terat supérbiam
Potus cibíque párcitas.

Ut cum dies abscésserit,
Noctémque sors redúxerit,
Mundi per abstinéntiam
Ipsi canámus glóriam.


¶ Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum. Amen.

In Feriali Officio per Annum, Antiphona.




Tempore Adventus, *Antiphona e Laudibus Dominicæ præcedentis, vel ex propriis Laudibus, si adsint.*


Tempore Quadragesimæ, Antiphona.



Tempore Passionis, Antiphona.



Tempore Paschali, Antiphona.



Prædictæ Antiphonæ dicuntur per omnes Ferias ad Primam.

Psalmus 1.

BEátus vir qui non ábiit in consílio impiórum, * et in via peccatórum non stetit, * et in cáthedra pestiléntiæ non sedit :

Sed in lege Dómini volúntas ejus, * et in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum quod plantátum est secus decúrsus aquárum, * quod fructum suum dabit in témpore suo :

Et fólium ejus non défluet : * et ómnia quæcúmque fáciet prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic : * sed tamquam pulvis, quem prójicit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgent ímpii in judício : * neque peccatóres in concílio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum, * et iter impiórum períbit.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in sǽcula sæculórum. Amen.

Hic versus Glória Patri *semper dicitur in fine omnium Psalmorum, nisi aliter notetur.*

Psalmus 2.

QUare fremuérunt gentes, * et pópuli meditáti sunt inánia?

Adstitérunt reges terræ, et príncipes convenérunt in unum * advérsus Dóminum, et advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum : * et projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis irridébit eos : * et Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * et in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prǽdicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me : * Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Póstula a me, et dabo tibi gentes hæreditátem tuam, * et possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * et tamquam vas fíguli confrínges eos.

Et nunc reges intellígite : * erudímini qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre : * et exsultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus, * et pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confídunt in eo.

Psalmus 6.

DOmine ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei Dómine quóniam infírmus sum : * sana me Dómine quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde : * sed tu Dómine úsquequo?

Convértere Dómine, et éripe ánimam meam : * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui : * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, † lavábo per síngulas noctes lectum meum : * lácrimis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus : * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes qui operámini iniquitátem : * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam, * Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubéscant et conturbéntur veheménter omnes inimíci mei : * convertántur et erubéscant valde velóciter.

In Feriali Officio per Annum.

Ant. S Erví- te Dómi- no in timó- re, et exsultá- te e- i cum tremó- re.


Tempore Adventus, *Aña e Laudibus Dominicæ præcedentis, vel ex propriis Laudibus.*

Tempore Quadragesimæ.

Ant. V Ivo ego, di-cit Dó-mi-nus : no-lo mor-tem pecca-tó-ris, sed ut ma-gis convertá-tur et vi- vat.

Tempore Passionis.

Ant.





Tempore Paschali.

Ant.



Prædictæ Antiphonæ dicuntur pro omnibus Feriis ad Primam.

Repetita post ultimum Psalmum integre Aña conveniens, dicitur Capitulum; nimirum :

In omnibus Dominicis, etiam repositis aut anticipatis, in Vigiliis privilegiatis, in Officio cujuslibet Festi vel Octavæ, etiam Simplicis, ac S. Mariæ in Sabb., necnon in Feriis Tempore Paschali :

Capitulum. *1. Tim. 1, 17.*

REgi sæculórum immortáli et invisíbili, † soli Deo honor et glória * in sǽcula sæculórum. Amen. ℟. Deo grátias.

In omnibus autem Feriis et in Vigiliis communibus, extra Tempus Paschale :

Capitulum. *Zach. 8, 19.*

PAcem et veritátem dilígite, * ait Dóminus omnípotens. ℟. Deo grátias.

Dicto Capitulo subjungitur :

℣. Exsúrge Christe, ádjuva nos. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Et líbera nos propter nomen tuum. (*T. P.* Allelúia.)
Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.
Pater noster *secreto usque ad*
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

Preces.

Sequentes Preces non dicuntur in omnibus Duplicibus, nec infra omnes Octavas nec diebus Octavis Simplicibus, nec in Vigiliis Epiphaniæ et Pentecostes nec Feria VI post Octavam Ascensionis, neque diebus in quibus ad Laudes habita sit Commemoratio Duplicis aut cujusvis Octavæ. Aliis diebus semper dicuntur tam per Annum, quam Tempore Paschali.

Credo in Deum *secreto usque ad*

℣. Carnis resurrectiónem. ℟. Vitam ætérnam. Amen.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

Deinde Hebdomadarius facit Confessionem.

CONfíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, beáto Patri nostro Benedícto, ómnibus Sanctis, et vobis fratres : quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, beátum Patrem nostrum Benedíctum, omnes Sanctos, et vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet :

MIsereátur tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

Deinde repetit Confessionem : et ubi dicitur vobis fratres, *et* vos fratres, *dicatur* tibi pater, *et* te pater.

Facta Confessione a Choro, Hebdomadarius dicit :

MIsereátur vestri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

INdulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus. ℟. Amen.

Extra Chorum si unus vel duo tantum recitent Officium, et in Choro Monialium, semel tantum ac simul ab omnibus ista fit Confessio :

COnfíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, beáto Patri nostro Benedícto, et ómnibus

Sanctis, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, beátum Patrem nostrum Benedíctum, et omnes Sanctos, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Deinde dicitur :

MIsereátur nostri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis nostris, perdúcat nos ad vitam ætérnam. Amen.

INdulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus. Amen.

Facta Absolutione, subjungitur :

℣. Dignáre, Dómine, die isto. ℟. Sine peccáto nos custodíre.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.

Absolutis Precibus, vel, si Preces locum non habeant, post Kýrie eléison *et* Pater noster *statim dicitur :*

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

¶ *Hic* ℣. Dóminus vobiscum *non dicitur ab eo qui non est saltem in ordine Diaconatus; sed ejus loco substituitur, etiam in aliis Horis, quoties in antecedentibus Precibus dictus non fuerit :* ℣. Dómine, exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus. *Oratio.*

DOmine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos perveníre fecísti : ✝ tua nos hódie salva virtúte; * ut in hac die ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciéndam nostra procédant elóquia, dirigántur cogitatiónes et ópera. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : ✝ qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus. * per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Deinde in Choro legitur Martyrologium, quod laudabiliter fit etiam extra Chorum.

Postea Hebdomadarius dicit :

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini. ℟. Mors Sanctórum ejus.

Et absolute sine Orémus.

Oratio.

SAncta María et omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum, ✠ ut nos mereámur ab eo adjuvári et salvári, * qui vivit et regnat in sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Deus, in adjutórium meum inténde.
℟. Dómine, ad adjuvándum me festína.

Et dicitur ter : ultimo additur

Glória Patri. Sicut erat.

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Pater noster *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Réspice in servos tuos Dómine, et in ópera tua, * et dírige fílios eórum.

℟. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, † et ópera mánuum nostrárum dírige super nos, * et opus mánuum nostrárum dírige.
℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat.

Orémus.

Oratio.

DIrígere et sanctificáre, régere et gubernáre dignáre, Dómine Deus, Rex cæli et terræ, † hódie corda et córpora nostra, sensus, sermónes et actus nostros in lege tua, et in opéribus mandatórum tuórum : * ut hic, et in ætérnum, te auxiliánte salvi et líberi esse mereámur, Salvátor mundi : Qui vivis et regnas in sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Jube, domne, benedícere.

Benedictio. Dies et actus nostros * in sua pace dispónat Dóminus omnípotens. ℟. Amen.

Extra Chorum, quando ab uno tantum recitatur Officium, et apud Moniales, in Prima et Completorio, ad Lectionem brevem, dicitur : Jube, Dómine, benedicere; *et subjungitur congruens Benedictio.*

Ad Absolutionem Capituli, in Choro legitur caput S. Regulæ, in cujus fine lector dicit : Tu autem, Dómine, * miserére nobis. ℟. Deo grátias.

Extra Chorum dicitur Lectio brevis (vel, ad libit., caput S. Regulæ).

In Officio Dominicali et Feriali per Annum a die 14. Januarii usque ad Sabb. ante Domin. I. Quadrag., a Feria II. usque ad Feria IV. post Festum Ss. Trinitatis, et a Sabbato post Octav. Ss. Cordis Jesu usque ad Sabb. ante Adventum inclusive.

Lectio brevis. *2. Thess. 3, 5.*

DOminus autem dírigat corda et córpora nostra in caritáte Dei, et patiéntia Christi. Tu autem Dómine, miserére nobis.
℟. Deo grátias.

A Dominica I. Adventus usque ad Vigil. Nativitatis Domini exclusive.

Lectio brevis. *Isaiæ 33, 2.*

DOmine, miserére nostri : te enim exspectávimus : esto bráchium nostrum in mane, et salus nostra in témpore tribulatiónis. Tu autem Dómine.

A Dominica I. Quadragesimæ usque ad Dominicam Passionis exclusive.

Lectio brevis. *Isaiæ 55, 6.*

QUǽrite Dóminum, dum inveníri potest : invocáte eum, dum prope est. Tu autem Dómine.

A Dominica Passionis usque ad Feriam V. in Cœna Domini exclusive.

Lectio brevis. *Isaiæ 50, 6-7.*

FAciem meam non avérti ab increpántibus, et conspuéntibus in me. Dóminus Deus auxiliátor meus, et ídeo non sum confúsus. Tu autem Dómine.

A Dominica Resurrectionis usque ad Ascensionem exclusive.

Lectio brevis. *Coloss. 3, 1-2.*

SI consurrexístis cum Christo, quæ sursum sunt quǽrite, ubi Christus est in déxtera Dei sedens : quæ sursum sunt sápite, non quæ super terram. Tu autem Dómine.

In Officio autem cujuslibet Festi vel Octavæ, atque S. Mariæ in Sabb., itemque in Vigiliis Nativ. Domini, Epiph. ac Pentec., in Dominicis, etiam translatis, infra Oct. Nativ., Epiph., Ascens., Ss. Corporis Christi ac Ss. Cordis Jesu, et in Feria VI. post Oct. Ascens., si de eis fiat Officium : pro Lect. br. sumitur Capitulum, quod ad Nonam ponitur ipsius Officii currentis, et in fine dicitur : Tu autem, Dómine, miserére nobis.
℟. Deo grátias.

Ita semper concludantur Lectio S. Regulæ et Lectiones breves ad Primam et ita in earum fine respondetur.

Post Lectionem Sanctæ Regulæ vel Lectionem brevem dicitur :

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Benedícite. ℟. Deus.

Benedictio. Dóminus nos benedícat, † et ab omni malo deféndat, * et ad vitam perdúcat ætérnam. Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

Deinde dicit Lector :

Commemorátio ómnium fratrum, familiárium Ordinis nostri, atque benefactórum nostrórum.

Deinde Superior :

℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine : * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine, * Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est : * et propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum.

℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

DEus, véniæ largítor et humánæ salútis amátor : † quǽsumus cleméntiam tuam; ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos, et benefactóres, qui ex hoc sǽculo transiérunt, * beáta María

semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat eis.
℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

FERIA TERTIA AD PRIMAM.

Per Annum, Antiphona.

VIII G

DEus ju-dex justus. E u o u a e.

Aliis temporibus, ut supra in Feria secunda assignatur.

Psalmus 7.

DOmine Deus meus in te sperávi : * salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me, et líbera me.

Nequándo rápiat ut leo ánimam meam, * dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

Dómine Deus meus, si feci istud, * si est iníquitas in mánibus meis :

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam mérito ab inimícis meis inánis.

Persequátur inimícus ánimam meam, † et comprehéndat, et concúlcet in terra vitam meam : * et glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exsúrge Dómine in ira tua : * et exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

Et exsúrge Dómine Deus meus in præcépto quod mandásti : * et synagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere : * Dóminus júdicat pópulos.

Júdica me Dómine secúndum justítiam meam, * et secúndum innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum, et díriges justum, * scrutans corda et renes Deus.

Justum adjutórium meum a Dómino, * qui salvos facit rectos corde.

Deus judex justus, fortis, et pátiens : * numquid iráscitur per síngulos dies?

Nisi convérsi fuéritis, gládium suum vibrábit : * arcum suum teténdit, et parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis : * sagíttas suas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injustítiam : * concépit dolórem, et péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, et effódit eum : * et íncidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus : * et in vérticem ipsíus iníquitas ejus descéndet.

Confitébor Dómino secúndum justítiam ejus : * et psallam nómini Dómini altíssimi.

Psalmus 8.

Domine Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, * super cælos.

Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum et ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum : * lunam et stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, † glória et honóre coronásti eum : * et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pédibus ejus, † oves et boves univérsas : * ínsuper et pécora campi.

Vólucres cæli, et pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Psalmus 9.

Confitébor tibi Dómine in toto corde meo : * narrábo ómnia mirabília tua.

Lætábor et exsultábo in te : * psallam nómini tuo Altíssime,

In converténdo inimícum meum retrórsum : * infirmabúntur, et períbunt a fácie tua.

Quóniam fecísti judícium meum et causam meam : * sedísti super thronum qui júdicas justítiam.

Increpásti gentes, et périit ímpius : * nomen eórum delésti in ætérnum, et in sǽculum sǽculi.

Inimíci defecérunt frámeæ in finem : * et civitátes eórum destruxísti.

Périit memória eórum cum sónitu : * et Dóminus in ætérnum pérmanet.

Parávit in judício thronum suum : † et ipse judicábit orbem terræ in æquitáte, * judicábit pópulos in justítia.

Et factus est Dóminus refúgium páuperi : * adjútor in opportunitátibus, in tribulatióne.

Et sperent in te qui novérunt nomen tuum : * quóniam non dereliquísti quæréntes te Dómine.

Psállite Dómino, qui hábitat in Sion : * annuntiáte inter gentes stúdia ejus :

Quóniam requírens sánguinem eórum recordátus est : * non est oblítus clamórem páuperum.

Miserére mei Dómine : * vide humilitátem meam de inimícis meis.

Qui exáltas me de portis mortis, * ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis fíliæ Sion.

Exsultábo in salutári tuo : * infíxæ sunt gentes in intéritu quem fecérunt.

In láqueo isto quem abscondérunt, * comprehénsus est pes eórum.

Cognoscétur Dóminus judícia fáciens : * in opéribus mánuum suárum comprehénsus est peccátor.

Convertántur peccatóres in inférnum, * omnes gentes quæ obliviscúntur Deum.


Quóniam non in finem oblívio erit páuperis : * patiéntia páuperum non períbit in finem.

Per Annum, Antiphona.

D E-us judex justus, fortis et longá-nimis : numquid i-rascé-tur per síngu-los di- es?

FERIA QUARTA AD PRIMAM.

Per Annum, Antiphona.



Et non repetitur in Psalmo : quod semper fit, quando Antiphona incipit a primis Psalmi verbis. Et Psalmus tunc incipitur ab eo verbo, ante quod vel inchoata vel integra desinit Antiphona; si tamen eadem sint verba, et continuetur Antiphona cum Psalmo, neque addatur in fine ipsius Antiphonæ Allelúia.

Aliis temporibus, ut supra in Feria secunda assignatur.

Divisio Psalmi 9.

EXsúrge Dómine, non confortétur homo : * judicéntur gentes in conspéctu tuo.

Constítue Dómine legislatórem super eos : * ut sciant gentes quóniam hómines sunt.

Ut quid Dómine recessísti longe, * déspicis in opportunitátibus, in tribulatióne?

Dum supérbit ímpius, incénditur pauper : * comprehendúntur in consíliis quibus cógitant.

Quóniam laudátur peccátor in desidériis ánimæ suæ : * et iníquus benedícitur.

Exacerbávit Dóminum peccátor, * secúndum multitúdinem iræ suæ non quæret.

Non est Deus in conspéctu ejus : * inquinátæ sunt viæ illíus in omni témpore.

Auferúntur judícia tua a fácie ejus : * ómnium inimicórum suórum dominábitur.

Dixit enim in corde suo : * Non movébor a generatióne in generatiónem sine malo.

Cujus maledictióne os plenum est, et amaritúdine et dolo : * sub lingua ejus labor et dolor.

Sedet in insídiis cum divítibus in occúltis, * ut interfíciat innocéntem.

Oculi ejus in páuperem respíciunt : * insidiátur in abscóndito, quasi leo in spelúnca sua.

Insidiátur ut rápiat páuperem : * rápere páuperem, dum áttrahit eum.

In láqueo suo humiliábit eum : * inclinábit se, et cadet, cum dominátus fúerit páuperum.

Dixit enim in corde suo : Oblítus est Deus, * avértit fáciem suam ne vídeat in finem.

Exsúrge Dómine Deus, exaltétur manus tua : * ne obliviscáris páuperum.

Propter quid irritávit ímpius Deum; * dixit enim in corde suo : Non requíret.

Vides quóniam tu labórem et dolórem consíderas : * ut tradas eos in manus tuas :

Tibi derelíctus est pauper : * órphano tu eris adjútor.

Cóntere bráchium peccatóris et maligni : * quærétur peccátum illíus, et non inveniétur.

Dóminus regnábit in ætérnum et in sǽculum sǽculi : * períbitis gentes de terra illíus.

Desidérium páuperum exaudívit Dóminus : * præparatiónem cordis eórum audívit auris tua.

Judicáre pupíllo et húmili, * ut non appónat ultra magnificáre se homo super terram.

Psalmus 10.

IN Dómino confído : † quómodo dícitis ánimæ meæ : * Tránsmigra in montem sicut passer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, † paravérunt sagíttas suas in pháretra, * ut sagíttent in obscúro rectos corde.

Quóniam quæ perfecísti destruxérunt : * justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo, * Dóminus in cælo sedes ejus.

Oculi ejus in páuperem respíciunt : * pálpebræ ejus intérrogant fílios hóminum.

Dóminus intérrogat justum et ímpium : * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam suam.

Pluet super peccatóres láqueos : * ignis, et sulphur, et spíritus procellárum pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dóminus, et justítias diléxit : * æquitátem vidit vultus ejus.

Psalmus 11.

SAlvum me fac Dómine, quóniam defécit sanctus : * quóniam diminútæ sunt veritátes a fíliis hóminum.

Vana locúti sunt unusquísque ad próximum suum : * lábia dolósa, in corde et corde locúti sunt.

Dispérdat Dóminus univérsa lábia dolósa, * et linguam magníloquam.

Qui dixérunt : Linguam nostram magnificábimus, † lábia nostra a nobis sunt : * quis noster Dóminus est?

Propter misériam ínopum et gémitum páuperum, * nunc exsúrgam, dicit Dóminus.

Ponam in salutári : * fiduciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia casta : * argéntum igne examiná-

tum, probátum terræ, purgátum séptuplum.

Tu Dómine servábis nos, et custódies nos * a generatióne hac in ætérnum.


In circúitu ímpii ámbulant : * secúndum altitúdinem tuam multiplicásti fílios hóminum.

Per Annum, Antiphona.



FERIA QUINTA AD PRIMAM.

Per Annum, Antiphona.



Aliis temporibus, ut supra in Feria secunda assignatur.

Psalmus 12.

USquequo Dómine obliviscéris me in finem? * úsquequo avértis fáciem tuam a me?

Quámdiu ponam consília in ánima mea, * dolórem in corde meo per diem?

Usquequo exaltábitur inimícus meus super me? * réspice, et exáudi me Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos, ne umquam obdórmiam in morte : * nequándo dicat inimícus meus : Præválui advérsus eum.

Qui tríbulant me exsultábunt si motus fúero : * ego autem in misericórdia tua sperávi.

Exsultábit cor meum in salutári tuo : † cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi : * et psallam nómini Dómini altíssimi.

Psalmus 13.

DIxit insípiens in corde suo : * Non est Deus.

Corrúpti sunt, et abominábiles facti sunt in stúdiis suis : * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Dóminus de cælo prospéxit super fílios hóminum, * ut

vídeat si est intélligens, aut requírens Deum:

Omnes declinavérunt, simul inútiles facti sunt : * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Sepúlcrum patens est guttur eórum : † linguis suis dolóse agébant, * venénum áspidum sub lábiis eórum.

Quorum os maledictióne et amaritúdine plenum est : * velóces pedes eórum ad effundéndum sánguinem.

Contrítio et infelícitas in viis eórum, † et viam pacis non cognovérunt : * non est timor Dei ante óculos eórum.

Nonne cognóscent omnes qui operántur iniquitátem : * qui dévorant plebem meam sicut escam panis?

Dóminum non invocavérunt, * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Dóminus in generatióne justa est, † consílium ínopis confudístis : * quóniam Dóminus spes ejus est.

Quis dabit ex Sion salutáre Israel? † cum avérterit Dóminus captivitátem plebis suæ, * exsultábit Jacob, et lætábitur Israel.

Psalmus 14.

DOmine quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiéscet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, * et operátur justítiam :

Qui lóquitur veritátem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit próximo suo malum, * et oppróbrium non accépit advérsus próximos suos.

Ad níhilum dedúctus est in conspéctu ejus malígnus : * timéntes autem Dóminum gloríficat :

Qui jurat próximo suo, et non décipit, † qui pecúniam suam non dedit ad usúram, * et múnera super innocéntem non accépit.

Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.

Per Annum, Antiphona.

CAntábo Dómi-no, qui bo-na trí-bu- it mi- hi.

FERIA SEXTA AD PRIMAM.

Per Annum, Antiphona.



Aliis temporibus, ut supra in Feria secunda assignatur.

Psalmus 15.

COnsérva me Dómine, quóniam sperávi in te. † Dixi Dómino : Deus meus es tu, * quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis qui sunt in terra ejus,* mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ sunt infirmitátes eórum : * póstea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de sanguínibus, * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hæreditátis meæ et cálicis mei : * tu es qui restítues hæreditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris : * étenim hæréditas mea præclára est mihi.

Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum : * ínsuper et usque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper : * quóniam a dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc lætátum est cor meum, et exsultávit lingua mea : * ínsuper et caro mea requiéscet in spe.

Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno : * nec dabis sanctum tuum vidére corruptiónem.

Notas mihi fecísti vias vitæ, † adimplébis me lætítia cum vultu tuo : * delectatiónes in déxtera tua usque in finem.

Psalmus 16.

EXáudi Dómine justítiam meam : * inténde deprecatiónem meam.

Auribus pércipe oratiónem meam, * non in lábiis dolósis.

De vultu tuo judícium meum pródeat : * óculi tui vídeant æquitátes.

Probásti cor meum, et visitásti nocte : † igne me examinásti, * et non est invénta in me iníquitas.

Ut non loquátur os meum ópera hóminum : * propter verba labiórum tuórum ego custodívi vias duras.

Pérfice gressus meos in sémitis tuis : * ut non moveántur vestígia mea.

Ego clamávi, quóniam exaudísti me Deus : * inclína aurem tuam mihi, et exáudi verba mea.

Mirífica misericórdias tuas, * qui salvos facis sperántes in te.

A resisténtibus déxteræ tuæ custódi me, * ut pupíllam óculi.

Sub umbra alárum tuárum prótege me : * a fácie impiórum qui me afflixérunt.

Inimíci mei ánimam meam circumdedérunt, † ádipem suum conclusérunt : * os eórum locútum est supérbiam.

Projiciéntes me nunc circumdedérunt me : * óculos suos statuérunt declináre in terram.

Suscepérunt me sicut leo parátus ad prædam : * et sicut cátulus leónis hábitans in ábditis.

Exsúrge Dómine, prævení eum, et supplánta eum : † éripe ánimam meam ab ímpio, * frámeam tuam ab inimícis manus tuæ.

Dómine a paucis de terra dívide eos in vita eórum : * de abscónditis tuis adimplétus est venter eórum.

Saturáti sunt fíliis : * et dimisérunt relíquias suas párvulis suis.

Ego autem in justítia apparébo conspéctui tuo : * satiábor cum apparúerit glória tua.

Psalmus 17.

Dilígam te Dómine fortitúdo mea : † Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, * et liberátor meus.

Deus meus adjútor meus, * et sperábo in eum.

Protéctor meus, et cornu salútis meæ, * et suscéptor meus.

Laudans invocábo Dóminum : * et ab inimícis meis salvus ero.

Circumdedérunt me dolóres mortis : * et torréntes iniquitátis conturbavérunt me.

Dolóres inférni circumdedérunt me : * præoccupavérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum, * et ad Deum meum clamávi :

Et exaudívit de templo sancto suo vocem meam : * et clamor meus in conspéctu ejus introívit in aures ejus.

Commóta est, et contrémuit terra : † fundaménta móntium conturbáta sunt, et commóta sunt, * quóniam irátus est eis.

Ascéndit fumus in ira ejus : † et ignis a fácie ejus exársit : * carbónes succénsi sunt ab eo.

Inclinávit cælos, et descéndit : * et calígo sub pédibus ejus.

Et ascéndit super Chérubim, et volávit : * volávit super pennas ventórum.

Et pósuit ténebras latíbulum suum, † in circúitu ejus tabernáculum ejus : * tenebrósa aqua in núbibus áeris.

Præ fulgóre in conspéctu ejus nubes transiérunt, * grando et carbónes ignis.

Et intónuit de cælo Dóminus, † et Altíssimus dedit vocem suam : * grando et carbónes ignis.

Et misit sagíttas suas, et dissipávit eos : * fúlgura multiplicávit, et conturbávit eos.

Et apparuérunt fontes aquárum, * et reveláta sunt fundaménta orbis terrárum :

Ab increpatióne tua Dómine, * ab inspiratióne spíritus iræ tuæ.

Misit de summo, et accépit me : * et assúmpsit me de aquis multis.

Erípuit me de inimícis meis fortíssimis, † et ab his qui odérunt me : * quóniam confortáti sunt super me.

Prævenérunt me in die afflictiónis meæ : * et factus est Dóminus protéctor meus.

Et edúxit me in latitúdinem : * salvum me fecit, quóniam vóluit me.

Et retríbuet mihi Dóminus secúndum justítiam meam, * et secúndum puritátem mánuum meárum retríbuet mihi :


Quia custodívi vias Dómini, * nec ímpie gessi a Deo meo.

Quóniam ómnia judícia ejus in conspéctu meo : * et justítias ejus non répuli a me.

Et ero immaculátus cum eo : * et observábo me ab iniquitáte mea.

Et retríbuet mihi Dóminus secúndum justítiam meam : * et secúndum puritátem mánuum meárum in conspéctu oculórum ejus.

Per Annum, Antiphona.





SABBATO AD PRIMAM.

Per Annum, Antiphona.



Aliis temporibus, ut supra in Feria secunda assignatur.

Divisio Psalmi 17.

CUM sancto sanctus eris, * et cum viro innocénte ínnocens eris :

Et cum elécto eléctus eris : * et cum pervérso pervertéris.

Quóniam tu pópulum húmilem salvum fácies : * et óculos superbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucérnam meam Dómine : * Deus meus illúmina ténebras meas.

Quóniam in te erípiar a tentatióne, * et in Deo meo transgrédiar murum.

Deus meus, impollúta via ejus : † elóquia Dómini igne examináta : * protéctor est ómnium sperántium in se.

Quóniam quis Deus præter Dóminum? * aut quis Deus præter Deum nostrum?

Deus qui præcínxit me virtúte : * et pósuit immaculátam viam meam.

Qui perfécit pedes meos tamquam cervórum, * et super excélsa státuens me.

Qui docet manus meas ad prælium : * et posuísti ut arcum ǽreum bráchia mea.

Et dedísti mihi protectiónem salútis tuæ : * et déxtera tua suscépit me.

Et disciplína tua corréxit me in finem : * et disciplína tua ipsa me docébit.

Dilatásti gressus meos subtus me : * et non sunt infirmáta vestígia mea.

Pérsequar inimícos meos, et comprehéndam illos : * et non convértar, donec defíciant.

Confríngam illos, nec póterunt stare : * cadent subtus pedes meos.

Et præcinxísti me virtúte ad bellum : * et supplantásti insurgéntes in me subtus me.

Et inimícos meos dedísti mihi dorsum, * et odiéntes me disperdidísti.

Clamavérunt, nec erat qui salvos fáceret, ad Dóminum : * nec exaudívit eos.

Et commínuam eos ut púlverem ante fáciem venti : * ut lutum plateárum delêbo eos.

Erípies me de contradictiónibus pópuli : * constítues me in caput géntium.

Pópulus quem non cognóvi servívit mihi : * in audítu auris obedívit mihi.

Fílii aliéni mentíti sunt mihi, † fílii aliéni inveteráti sunt, * et claudicavérunt a sémitis suis.

Vivit Dóminus, et benedíctus Deus meus, * et exaltétur Deus salútis meæ.

Deus, qui das vindíctas mihi, et subdis pópulos sub me : * liberátor meus de inimícis meis iracúndis.

Et ab insurgéntibus in me exaltábis me : * a viro iníquo erípies me.

Proptérea confitébor tibi in natiónibus Dómine : * et nómini tuo psalmum dicam.

Magníficans salútes regis ejus, † et fáciens misericórdiam Christo suo David, * et sémini ejus usque in sæculum.

Psalmus 18.

CÆli enárrant glóriam Dei, * et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum, * et nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum : * et in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum : * et ipse tamquam sponsus procédens de thálamo suo :

Exsultávit ut gigas ad curréndam viam, * a summo cælo egréssio ejus :

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscóndat a calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas : * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda : * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in sæculum sæculi : * judícia Dómini vera, justificáta in semetípsa.

Desiderabília super aurum et lápidem pretiósum multum : * et dulcióra super mel et favum.

Etenim servus tuus custódit ea : * in custodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? † ab occúltis meis munda me : * et ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero : * et emundábor a delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei : * et meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine adjútor meus : * et redémptor meus.

Psalmus 19.

EXáudiat te Dóminus in die tribulatiónis : * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de sancto : * et de Sion tueátur te.

Memor sit omnis sacrifícii tui : * et holocáustum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi secúndum cor tuum : * et omne consílium tuum confírmet.

Lætábimur in salutári tuo : * et in nómine Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas : * nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus Christum suum.


Exáudiet illum de cælo sancto suo : * in potentátibus salus déxteræ ejus.


Hi in cúrribus, et hi in equis : * nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, et cecidérunt : * nos autem surréximus, et erécti sumus.

Dómine salvum fac regem : * et exáudi nos in die qua invocavérimus te.

Per Annum, Antiphona.





DOMINICA AD LAUDES

℣. Deus in adjutórium meum inténde.
℟. Dómine ad adjuvándum me festína.
Glória Patri. etc.

Deinde dicitur Psalmus sequens :

Psalmus 66.

DEus misereátur nostri, et benedícat nobis : * illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam : * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus : * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exsúltent gentes : † quóniam júdicas pópulos in æquitáte, * et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus : † confiteántur tibi pópuli omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus : * et métuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri.

In Dominicis Adventus et in Dominicis a Septuagesima usque ad Dominicam Palmarum Antiphonæ ut in Proprio de Tempore.

Per Annum, *id est, a Dominica post Octavam Epiphaniæ usque ad Septuagesimam, et a Dominica IV. post Pentecosten usque ad Adventum :*

1 Ant. VI F

ALle- lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 50.

MIserére mei Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea : * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco : * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci : * ut justificéris

in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti : * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor : * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam : * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis : * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua : * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui : * et spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas : * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ : * et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries : * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique : * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus : * cor contrítum et humiliátum Deus non despícies.

Benígne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion : * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes et holocáusta : * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Psalmus 117.

Confitémini Dómino quóniam bonus : * quóniam in sǽculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israel quóniam bonus : * quóniam in sǽculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron : * quóniam in sǽculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum : * quóniam in sǽculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum : * et exaudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor : * non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor : * et ego despíciam inimícos meos.

Bonum est confídere in Dómino, * quam confídere in hómine.

Bonum est speráre in Dómino, * quam speráre in princípibus.

Omnes gentes circuiérunt me : * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me : * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, † et exarsérunt sicut ignis in spinis : * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impúlsus evérsus sum ut cáderem : * et Dóminus suscépit me.

Fortitúdo mea et laus mea Dóminus : * et factus est mihi in salútem.

Vox exsultatiónis et salútis * in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem : † déxtera Dómini exaltávit me, * déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam : * et narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dóminus : * et morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas justítiæ, † ingréssus in eas confitébor Dómino : * hæc porta Dómini, justi intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me : * et factus es mihi in salútem.

Lápidem quem reprobavérunt ædificántes : * hic factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud : * et est mirábile in óculis nostris.

Hæc est dies quam fecit Dóminus : * exsultémus et lætémur in ea.

O Dómine salvum me fac, † o Dómine bene prosperáre : * benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini : * Deus Dóminus, et illúxit nobis.

Constitúite diem solémnem in condénsis, * usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, et confitébor tibi : * Deus meus es tu, et exaltábo te.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me : * et factus es mihi in salútem.

Confitémini Dómino quóniam bonus : * quóniam in sǽculum misericórdia ejus.

Per Annum sequitur Ps. Deus Deus meus.

Sequentes duo Psalmi dicuntur loco duorum prædictorum ad Laudes in Dominicis Tempore Paschali, in Dominicis, etiam translatis, infra Octavam Nativitatis, Epiphaniæ, Ascensionis, Ss. Corporis Christi et Ss. Cordis D. N. J. C., insuper in Vigiliis Nativit., Epiph., et Pentec., in Feria VI post Octavam Ascens., in Duplicibus XII Lectionum, in Duplicibus III Lectionum quæ ad Laudes habent Ant. proprias et in Officio de die infra Octavam.

Tempore Paschali, in Dominicis, 1 Antiphona.



A L-le-lú- ia. E u o u a e.

Psalmus 92.

DOminus regnávit, decórem indútus est : * indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc : * a sǽculo tu es.

Elevavérunt flúmina Dómine : * elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos, * a vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris : * mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis : * domum tuam decet sanctitúdo Dómine in longitúdinem diérum.

Psalmus 99.

JUbiláte Deo omnis terra : * servíte Dómino in lætítia.

Introíte in conspéctu ejus, * in exsultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus : * ipse fecit nos, et non ipsi nos.

Pópulus ejus, et oves páscuæ ejus : † introíte portas ejus in confessióne, * átria ejus in hymnis : confitémini illi.

Laudáte nomen ejus : quóniam suávis est Dóminus, † in ætérnum misericórdia ejus, * et usque in generatiónem et generatiónem véritas ejus.

Psalmus 62.

DEus Deus meus * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta et ínvia et inaquósa : † sic in sancto appárui tibi, * ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas : * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea : * et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea : * et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, † in matutínis meditábor in te : * quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, + adhǽsit ánima mea post te : * me suscépit déxtera tua.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, † introíbunt in inferióra terræ : * tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, † laudabúntur omnes qui jurant in eo : * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Per Annum.

Antiphona.



Alle- lú- ia, alle-lú- ia.

2 Ant. VIII G



TRes pú- e-ri. E u o u a e.

Tempore Paschali.

Antiphona.




Alle- lú- ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia,



alle- lú- ia. alle-lú- ia. alle-lú- ia. alle-lú- ia. alle-lú- ia.

2 Ant. VI F



SUrré-xit Christus. E u o u a e.

Canticum trium puerorum.

Dan. 3, 57-88 et 56.

BEnedícite ómnia ópera Dómini Dómino : * laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino : * benedícite cæli Dómino.

Benedícite aquæ omnes quæ super cælos sunt Dómino : * benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol et luna Dómino : * benedícite stellæ cæli Dómino.

Benedícite omnis imber et ros Dómino : * benedícite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis et æstus Dómino : * benedícite frigus et æstus Dómino.

Benedícite rores et pruína Dómino : * benedícite gelu et frigus Dómino.

Benedícite glácies et nives Dómino : * benedícite noctes et dies Dómino.

Benedícite lux et ténebræ Dómino : * benedícite fúlgura et nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum : * laudet et superexáltet eum in sǽcula.

Benedícite montes et colles Dómino : * benedícite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino : * benedícite mária et flúmina Dómino.

Benedícite cete et ómnia quæ movéntur in aquis Dómino : * benedícite omnes vólucres cæli Dómino.

Benedícite omnes béstiæ et pécora Dómino : * benedícite fílii hóminum Dómino.

Benedícat Israel Dóminum : * laudet et superexáltet eum in sǽcula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dómino : * benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus et ánimæ justórum Dómino : * benedícite sancti et húmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía, Azaría, Mísael Dómino : * laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.


Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu : * laudémus et superexaltémus eum in sǽcula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli : * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sǽcula.

Hic non dicitur Glória Patri, *neque* Amen; *in aliis Canticis dicuntur*.

Per Annum.

Antiphona.





3 Ant. VIII G

ALle-lú-ia. E u o u a e.

Tempore Paschali.

Antiphona.

Surré-xit Christus de sepúlcro, qui li-be-rá- vit tres pú- e- ros de camí-no ignis ardéntis, alle-lú- ia.

3 Ant. VI F

ALle- lú- ia. E u o u a e.

Psalmus 148.

LAudáte Dóminum de cælis: * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus : * laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna : * laudáte eum omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum cæli cælórum : * et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt : * ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum et in sǽculum sǽculi : * præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes et omnes abýssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum, * quæ fáciunt verbum ejus :

Montes, et omnes colles : * ligna fructífera et omnes cedri.

Béstiæ et univérsa pécora : * serpéntes et vólucres pennátæ.

Reges terræ et omnes pópuli : * príncipes et omnes júdices terræ.

Júvenes et vírgines : † senes cum junióribus laudent nomen Dómini : * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cælum et terram : * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus : * filiis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 149.

CAntáte Dómino cánticum novum : * laus ejus in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israel in eo qui fecit eum : * et filii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in týmpano et psaltério psallant ei :

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo : * et exaltábit mansuétos in salútem.

Exsultábunt sancti in glória : * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum : * et gládii ancípites in mánibus eórum :

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus : * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus : * et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judícium conscríptum : * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 150.

LAudáte Dóminum in sanctis ejus : * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ : * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro : * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus, + laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis : * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri.

Per Annum.

Antiphona.



Tempore Paschali.

Antiphona.



Sequens Capitulum dicitur in Dominicis per Annum minoribus, extra Octavas Nativitatis, Epiphaniæ, Ss. Corporis Christi ac Ss. Cordis D. N. J. C.

Capitulum. *Apoc. 7, 12.*

BEnedíctio, et cláritas, et sapiéntia, et gratiárum áctio, † honor, et virtus, et fortitúdo Deo nostro * in sǽcula sæculórum. Amen. ℟. Deo grátias.

Sic respondetur in fine omnium Capitulorum.

Responsorium breve per annum


IV

INclí-na cor me- um De- us * In testimó-ni- a tu- a. Inclí-na. ℣. A-vérte ó-cu-los me- os, ne ví-de- ant va-ni- tá-tem : in vi- a tu- a vi-ví-fi- ca me. * In testimó-ni- a tu- a. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Inclí-na.

Prædictum Resp. breve dicitur ad Laudes in Dominicis a II post Epiphaniam usque ad Dominicam I Quadragesimæ, et a IV post Pentecosten usque ad Adventum.

Hymnus in Hieme.

Sequens Hymnus dicitur in Dominicis post Epiphaniam a die 14 Januarii usque ad Dominicam Quinquagesimæ inclusive, et a Dominica proximiori Kalendis Octobris scilicet a die 28 Septembris usque ad Dominicam ultimam post Pentecosten.



Præco diéi jam sonat,
Noctis profúndæ pérvigil,
Noctúrna lux viántibus
A nocte noctem ségregans.

Hoc excitátus lúcifer
Solvit polum calígine :
Hoc omnis errónum cohors
Viam nocéndi déserit.

Hoc nauta vires cólligit,
Pontíque mitéscunt freta :
Hoc, ipsa Petra Ecclésiæ,
Canénte, culpam díluit.

Surgámus ergo strénue,
Gallus jacéntes éxcitat,
Et somnoléntos íncrepat,
Gallus negántes árguit.

Gallo canénte spes redit,
Ægris salus refúnditur,
Mucro latrónis cónditur,
Lapsis fides revértitur.

Jesu labéntes réspice,
Et nos vidéndo córrige :
Si réspicis, lapsi stabunt,
Fletúque culpa sólvitur.

Tu lux refúlge sénsibus,
Mentísque somnum díscute :
Te nostra vox primum sonet,
Et vota solvámus tibi.

¶ Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum. Amen.

Per annum. ℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

A Septuagesima usque ad Quadragesimam.

℣. Dómine refúgium factus es nobis.
℟. A generatióne et progénie.

Hymnus in Æstate.

Sequens Hymnus dicitur in Dominica IV et reliquis Dominicis post Pentecosten usque ad Dominicam proximiorem Kalendis Octobris id est ad diem 27 Septembris inclusive occurrentibus.

IV

ECce jam noctis tenu-á-tur umbra, Lu- cis auró- ra rú-ti-lans co-rúscat : Ní-si-bus to- tis ro-gi-témus omnes Cuncti-po-téntem.

Ut Deus nostri miserátus omnem
Pellat languórem, tríbuat salútem,
Donet et nobis pietáte Patris
Regna polórum.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
Patris, ac Nati, paritérque Sancti
Spíritus, cujus réboat in omni
Glória mundo.
Amen.

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

Antiphona conveniens, ut in proprio de Tempore.

Canticum Zachariæ.

Lucæ 1, 68-79.

BEnedíctus Dóminus Deus Israel, * quia visitávit, et fecit redemptiónem plebis suæ.

Et eréxit cornu salútis nobis, * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sǽculo sunt, prophetárum ejus :

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium qui odérunt nos :

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris : * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis :

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte et justítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis : * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus :

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus, * in remissiónem peccatórum eórum :

Per víscera misericórdiæ Dei nostri : * in quibus visitávit nos, óriens ex alto :

Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis sedent : * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri.

Deinde dicitur Antiphona conveniens. Postea Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison. Pater noster, *etc., totum clara voce, et in fine respondetur :* Sed líbera nos a malo.

Tum dicitur :

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.


Et dicitur Oratio conveniens.

Postea si occurrat eo die aliquod Festum ad modum Simplicis recolendum, vel dies infra Octavam aut dies Octava Simplex aut Memoria, fit de eis Commemoratio. Deinde fit Suffragium de Omnibus Sanctis vel Commemoratio de Cruce, ut infra.

Suffragium de Omnibus Sanctis.

Extra Tempus Paschale, in Officio Dominicali Semiduplici, præterquam a Dominica I Adventus usque ad diem Octavam Epiphaniæ inclusive, et præter Dominicas Passionis ac Palmarum, ac præter omnes Dominicas in quibus habita sit Commemoratio Duplicis vel cujusvis Octavæ, etiam Simplicis, fit sequens Suffragium :

Ant. 1





℣. Mirificávit Dóminus Sanctos suos.
℟. Et exaudívit eos clamántes ad se.

Orémus. *Oratio.*

A cunctis nos, quǽsumus Dómine, mentis et córporis defénde perículis : * et, intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genitríce María, cum beáto Joseph, beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, beáto *N.* atque beáto Patre nostro Benedícto, et ómnibus Sanctis, salútem nobis tríbue benígnus et pacem ; * ut, destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis, Ecclésia tua secúra tibi sérviat libertáte. Per eúmdem Dóminum.

In apposita mox Oratione, ad litteram N., exprimitur nomen Sancti Titularis propriæ Ecclesiæ; ac nomina Sanctorum Angelorum et Sancti Joannis Baptistæ, si Titulares fuerint, præponuntur nomini Sancti Joseph.

Commemoratio de Cruce.

Tempore autem Paschali a Dominica II usque ad Dominicam V post Pascha, quando in Officio Dominicali facta non fuerit Commemoratio Duplicis vel cujusvis Octavæ etiam Simplicis, loco Suffragii fit sequens Commemoratio :

Ant. vi




℣. Dícite in natiónibus, allelúia.
℟. Quia Dóminus regnávit a ligno, allelúia.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem: * concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Post ultimam Orationem additur

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

Deinde, in publica Officii recitatione, si discedendum sit a Choro, itemque in recitatione privata, si tunc terminetur Officium; alioquin, in fine ultimæ Horæ dicitur Pater noster, *totum secreto; eoque recitato, subjungitur*

℣. Dóminus det nobis suam pacem.

℟. Et vitam ætérnam. Amen.

Et immediate dicitur, cum suis Versu et Oratione, una ex finalibus Beatæ Mariæ Virginis Antiphonis, quæ inferius post Completorium pro diversitate Temporis assignantur.

Postea concluditur:

℣. Divínum auxílium máneat semper nobíscum.

℟. Et cum frátribus nostris absséntibus. Amen.

FERIA SECUNDA AD LAUDES.

Antiphonæ, tam per Annum quam Tempore Paschali, in hac et aliis Feriis appositæ, dicuntur semper in Officio feriali, quando propriæ non assignantur, et in Festis trium vel unius Lectionis, quando juxta Rubricas sumendi sunt Psalmi de Feria; atque Antiphonæ per Annum assignatæ adhibentur etiam in Festis quæ Tempore Adventus celebrantur.

Per Annum.

1 Ant. VI F

M I-se-ré-re * me- i De- us. E u o u a e.

Et non repetitur in Psalmo.

Tempore Paschali, Antiphona. *Sub unica Antiphona* Allelúia *in hac et aliis Feriis dicuntur tres priores Psalmi, a Feria II post Dominicam in Albis, in Officio feriali et Simplici, usque ad Vigiliam Ascensionis; in Festis autem Duplicibus, quando juxta Rubricas sumendi sunt Psalmi de Feria, usque ad Fer. VI post Oct. Ascens. inclusive.*

VI F



A L-le-lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

Ps. 50. Miserére mei Deus, *ut supra,* 25.

2. Ant. VIII a



I N-tél-lige * clamó-rem me-um Dómi-ne. E u o u a e.

Psalmus 5.

VErba mea áuribus pércipe Dómine, * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orábo : * Dómine mane exáudies vocem meam.

Mane adstábo tibi et vidébo : * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus : * neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes qui operántur iniquitátem : * perdes omnes qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum et dolósum abominábitur Dóminus : * ego autem in multitúdine misericórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam : * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in justítia tua : * propter inimícos meos dírige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas : * cor eórum vanum est.

Sepúlcrum patens est guttur eórum, † linguis suis dolóse agébant : * júdica illos Deus.


Décidant a cogitatiónibus suis, † secúndum multitúdinem impietátum eórum expélle eos : * quóniam irritavérunt te Dómine.

Et læténtur omnes qui sperant in te, * in ætérnum exsultábunt : et habitábis in eis.


Et gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum, * quóniam tu benedíces justo.


Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ * coronásti nos.

Anti-phona.



3. Ant. VIII a





Psalmus 35.

DIxit injústus ut delínquat in semetípso : * non est timor Dei ante óculos ejus.

Quóniam dolóse egit in conspéctu ejus : * ut inveniátur iníquitas ejus ad ódium.

Verba oris ejus iníquitas et dolus : * nóluit intellígere ut bene ágeret.

Iniquitátem meditátus est in cubíli suo : † ádstitit omni viæ non bonæ, * malítiam autem non odívit.

Dómine in cælo misericórdia tua : * et véritas tua usque ad nubes.

Justítia tua sicut montes Dei : * judícia tua abýssus multa.

Hómines et juménta salvábis Dómine : * quemádmodum multiplicásti misericórdiam tuam Deus.

Fílii autem hóminum, * in tégmine alárum tuárum sperábunt.

Inebriabúntur ab ubertáte domus tuæ : * et torrénte voluptátis tuæ potábis eos.

Quóniam apud te est fons vitæ : * et in lúmine tuo vidébimus lumen.

Præténde misericórdiam tuam sciéntibus te, * et justítiam tuam his qui recto sunt corde.

Non véniat mihi pes supérbiæ : * et manus peccatóris non móveat me.

Ibi cecidérunt qui operántur iniquitátem : * expúlsi sunt, nec potuérunt stare.

Anti-phona.




T. Pasch. Ant.



Loco Canticorum Ferialium cum suis Antiphonis dicuntur in Festis Sanctorum Duplicibus minoribus, quæ proprias Antiphonas non habent, in Dominicis quoad Officium in Sabbato anticipatis, item diebus Octavis Simplicibus, ac in Officio Sanctæ Mariæ in Sabbato, Cantica festiva cum suis Antiphonis, post ferialia posita, in iis Congregationibus, quæ ex indulto Apostolico illa receperunt.

Canticum Feriale.

4 Ant. VIII G





Canticum Isaiæ Prophetæ.

Cap. 12.

Confitébor tibi Dómine, quóniam irátus es mihi : * convérsus est furor tuus, et consolátus es me.

Ecce Deus salvátor meus, * fiduciáliter agam, et non timébo.

Quia fortitúdo mea et laus mea Dóminus, * et factus est mihi in salútem.

Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris : † et dicétis in die illa : * Confitémini Dómino, et invocáte nomen ejus :

Notas fácite in pópulis adinventiónes ejus : *. mementóte quóniam excélsum est nomen ejus.

Cantáte Dómino quóniam magnífice fecit : * annuntiáte hoc in univérsa terra.

Exsúlta et lauda habitátio Sion : * quia magnus in médio tui sanctus Israel.


Antiphona.






¶ Canticum Festivum.

4 Ant. 1 f





Canticum David.
1. Par. 29, 10-13.

BEnedíctus es, Dómine Deus Israel patris nostri, * ab ætérno in ætérnum.

Tua est, Dómine, magnificéntia et poténtia, * et glória atque victória :

Et tibi laus : * cuncta enim quæ in cælo sunt et in terra, tua sunt.


Tuum, Dómine, regnum, * et tu es super omnes príncipes.


Tuæ divítiæ, et tua est glória : * tu domináris ómnium.

In manu tua virtus et poténtia : * in manu tua magnitúdo, et impérium ómnium.

Nunc ígitur, Deus noster, confitémur tibi, * et laudámus nomen tuum ínclytum.

Antiphona.





5 Ant. 1 a

LAudá-te * Dómi-num de cæ- lis. E u o u a e.

Et non repetitur in Psalmo.

T. Pasch. Ant. 1 a

ALle-lú- ia, * alle- lú-ia, al-le- lú- ia. E u o u a e.

Psalmus Laudáte Dóminum de cælis *cum reliquis,* 31.

In Feriis per Annum Capitulum, ℟. *br., Hymnus, Versus et Antiphona ad* Benedíctus *dicuntur quotidie de Feria currenti, ut in Psalterio apponuntur. Tempore vero Adventus, Quadragesimæ a Feria II post Dominicam I, Temp. Passionis usque ad Fer. IV Majoris Hebdomadæ inclusive, et Temp. Pasch. a Fer. II post Dominicam in Albis usque ad Vigil. Ascens., Capitulum,* ℟. *br., Hymnus, Versus et Antiphona ad* Benedictus *dicuntur ut in Proprio de Tempore. In Feriis post Dom. Septuag. usque ad Sabb. post Cineres Capitulum,* ℟. *br., Hymnus et Versus dicuntur ut in Feriis per Annum de Psalt. Antiphona vero ad* Benedictus *a Fer. IV Cinerum usque ad Sabb. sequens propria in Proprio de Tempore; in Septuagesima autem usque ad Fer. III post Dom. Quinquag. de Psalterio.*

Capitulum. *Rom. 13, 12-13.*

NOX præcéssit, dies autem appropinquávit. + Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis. * Sicut in die honéste ambulémus.

℟. br. VI

SAna á-nimam me- am, * Qui- a peccá-vi ti- bi.


Sana. ℣. Ego di-xi : Dómi-ne mi-se-ré-re me- i. * Qui- a.

Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Sa-na.

Hymnus.


Tonus in Hieme.

Ab Octava Epiphaniæ usque ad Dominicam I Quadragesimæ, et a Dominica proximiori Kalendis Octobris usque ad Adventum :



Tonus in Æstate.

Ab Octava Pentecostes usque ad Dominicam proximiorem Kal. Octobris :



Verúsque sol illábere,
Micans nitóre pérpeti :
Jubárque Sancti Spíritus
Infúnde nostris sénsibus.

Votis vocémus et Patrem,
Patrem perénnis glóriæ,
Patrem poténtis grátiæ,
Culpam relégat lúbricam.

Confírmet actus strénuos,
Dentes retúndat ínvidi,
Casus secúndet ásperos,
Donet geréndi grátiam.

Mentem gubérnet et regat,
Casto, fidéli córpore;
Fides calóre férveat,
Fraudis venéna nésciat.

Christúsque nobis sit cibus,
Potúsque noster sit fides :
Læti bibámus sóbriam
Ebrietátem Spíritus.

Lætus dies hic tránseat,
Pudor sit ut dilúculum,
Fides velut merídies,
Crepúsculum mens nésciat.

Auróra cursus próvehit,
Auróra totus pródeat,
In Patre totus Fílius,
Et totus in Verbo Pater.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum. Amen.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.

VI F




Et non repetitur in Cantico.

Deinde Superior dicit : Kýrie eléison. *Resp.* Christe eléison. Kýrie eléison. *Deinde idem Superior addit* Pater noster *totum clara voce, et Chorus respondet :* Sed líbera nos a malo. *Deinde dicitur Oratio conveniens.*

Postea fiant Commem., si occurrant, et, si Officium requirat, Suffrag. de Omnibus Sanctis; vel Temp. Pasch. Commem. de Cruce.

FERIA TERTIA AD LAUDES.

1 Ant. IV E



T. Pasch. Ant. IV E



Ps. 50. Miserére mei Deus, 25.

2 Ant. VI F

SAlutáre * vultus mei, Deus meus.

E u o u a e.

Psalmus 42.

JUdica me Deus, et discérne causam meam de gente non sancta, * ab hómine iníquo et dolóso érue me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea : + quare me repulísti? * et quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus?

Emítte lucem tuam et veritátem tuam : † ipsa me deduxérunt et adduxérunt in montem sanctum tuum, * et in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei : * ad Deum, qui lætíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara Deus Deus meus : * quare tristis es ánima mea? et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Antiphona. Salutáre vultus mei, Deus meus.

3 Ant. VIII G 2

QUóniam * in te confídit ánima mea.

E u o u a e.

Psalmus 56.

MIserére mei Deus, miserére mei : * quóniam in te confídit ánima mea.

Et in umbra alárum tuárum sperábo, * donec tránseat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíssi-

mum : * Deum qui benefécit mihi.

Misit de cælo, et liberávit me : * dedit in oppróbrium conculcántes me.

Misit Deus misericórdiam suam et veritátem suam, † et erípuit ánimam meam de médio catulórum leónum : * dormívi conturbátus.

Filii hóminum dentes eórum arma et sagíttæ : * et lingua eórum gládius acútus.

Exaltáre super cælos Deus : * et in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis : * et incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóveam : * et incidérunt in eam.

Parátum cor meum Deus, parátum cor meum : * cantábo, et psalmum dicam.


Exsúrge glória mea, exsúrge psaltérium et cíthara : * exsúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis Dómine : * et psalmum dicam tibi in géntibus :

Quóniam magnificáta est usque ad cælos misericórdia tua, * et usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super cælos Deus : * et super omnem terram glória tua.

Antiphona.



Quó-ni- am in te confí-dit á-nima me- a.


T. Pasch. Ant.




Alle-lú- ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia.

Canticum Feriale.

4 Ant. t. irreg.



CUnctis di- ébus * vi-tæ nostræ salvos nos fac Dó-



mi-ne. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

Canticum Ezechiæ.
Isaiæ 38, 10-20.

EGO dixi : In dimídio diérum meórum * vadam ad portas ínferi.

Quæsívi resíduum annórum meórum. * Dixi : Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non adspíciam hóminem ultra, * et habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta est et convolúta est a me, * quasi tabernáculum pastórum.

Præcísa est velut a texénte vita mea : † dum adhuc ordírer, succídit me : * de mane usque ad vésperam fínies me.

Sperábam usque ad mane, * quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea :

De mane usque ad vésperam fínies me : † sicut pullus hirúndinis sic clamábo, * meditábor ut colúmba.

Attenuáti sunt óculi mei, * suspiciéntes in excélsum.

Dómine vim pátior, responde pro me. * Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum ipse fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos * in amaritúdine ánimæ meæ.


Dómine si sic vívitur, et in tálibus vita spíritus mei, † corrípies me, et vivificábis me. * Ecce in pace amaritúdo mea amaríssima.

Tu autem eruísti ánimam meam ut non períret : * projecísti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, † neque mors laudábit te : * non exspectábunt qui descéndunt in lacum, veritátem tuam.

Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut et ego hódie : * pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.


Dómine salvum me fac, * et psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.

Antiphona.

Cunctis di- é-bus vi-tæ nostræ salvos nos fac Dó-


mi-ne. *T. P.* Alle-lú-ia.

¶ Canticum Festivum.

4 Ant. VII a





Canticum Tobiæ.

Tob. 13, 1-10.

MAgnus es, Dómine, in ætérnum, * et in ómnia sǽcula regnum tuum :

Quóniam tu flagéllas et salvas, † dedúcis ad ínferos et redúcis : * et non est qui effúgiat manum tuam.

Confitémini Dómino, fílii Israel, * et in conspéctu géntium laudáte eum :

Quóniam ídeo dispérsit vos inter gentes, quæ ignórant eum, * ut vos enarrétis mirabília ejus.

Et faciátis scire eos, * quia non est álius Deus omnípotens præter eum.

Ipse castigávit nos propter iniquitátes nostras : * et ipse salvábit nos propter misericórdiam suam.

Aspícite ergo quæ fecit nobíscum, † et cum timóre et tremóre confitémini illi : * Regémque sæculórum exaltáte in opéribus vestris.

Ego autem in terra captivitátis meæ confitébor illi : * quóniam osténdit majestátem suam in gentem peccatrícem.

Convertímini itaque peccatóres, † et fácite justítiam coram Deo, * credéntes quod fáciat vobíscum misericórdiam suam :

Ego autem, et ánima mea * in eo lætábimur.

Benedícite Dóminum, omnes elécti ejus : * ágite dies lætítiæ, et confitémini illi.


Antiphona.





5 Ant. v g

O-mnes Ange-li e-jus * laudá-te Dómi-num de cæ-



lis. E u o u a e.

Et repetitur in Psalmo.

T. Pasch.
Ant. v g

A L-le-lú- ia,* alle-lú-ia, al-le- lú- ia. E u o u a e.


Ps. Laudáte Dóminum de cælis, 31.

Capitulum. *Rom. 13, 12-13.*


NOX præcéssit, dies autem appropinquávit. † Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis. * Sicut in die honéste ambulémus.

℟. br. vi

S Ana á-nimam me- am, * Qui- a peccá-vi ti- bi.



Sana. ℣. Ego di-xi : Dómi-ne mi-se-ré- re me- i. * Qui- a.



Gló-ri- a Patri, et Fi- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Sa-na.

Hymnus.

Tonus in Hieme.

1

A - les di- é- i núnti- us Lu-cem pro-pinquam prǽ-ci-
nit : Nos exci-tá-tor ménti- um Jam Christus ad vi-tam vo-cat.

Tonus in Æstate.

IV

A - les di- é- i núnti- us Lu-cem pro-pinquam prǽ-ci-
nit : Nos exci-tá-tor ménti- um Jam Christus ad vi-tam vo-cat.

Auférte, clamat, léctulos,
Ægro sopóre désides :
Castíque, recti ac sóbrii
Vigiláte : jam sum próximus.

Jesum ciámus vócibus,
Flentes, precántes, sóbrii :
Inténta supplicátio
Dormíre cor mundum vetat.

Tu Christe somnum díscute,
Tu rumpe noctis víncula,
Tu solve peccátum vetus,
Novúmque lumen íngere.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum. Amen.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.


VII a

E - ré-xit no-bis Dómi-nus * cornu sa-lú- tis in



FERIA QUARTA AD LAUDES.

1 Ant.
VII a





T. Pasch.
Ant. VII a



Ps. 50. Miserére mei Deus, 25.

2 Ant.
II D





Psalmus 63.

EXáudi Deus oratiónem meam cum déprecor : * a timóre inimíci éripe ánimam meam.

Protexísti me a convéntu malignántium, * a multitúdine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt ut gládium linguas suas : † intendérunt arcum rem amáram, * ut sa-

gíttent in occúltis immaculátum.

Súbito sagittábunt eum, et non timébunt : * firmavérunt sibi sermónem nequam.

Narravérunt ut abscónderent láqueos : * dixérunt : Quis vidébit eos?

Scrutáti sunt iniquitátes : * defecérunt scrutántes scrutínio.

Accédet homo ad cor altum : * et exaltábitur Deus.

Sagíttæ parvulórum factæ sunt plagæ eórum : * et infirmátæ sunt contra eos linguæ eórum.


Conturbáti sunt omnes qui vidébant eos : * et tímuit omnis homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei : * et facta ejus intellexérunt.

Lætábitur justus in Dómino, et sperábit in eo, * et laudabúntur omnes recti corde.

Antiphona.





3 Ant. VIII a



Et non repetitur in Psalmo.

Psalmus 64.

TE decet hymnus Deus in Sion : * et tibi reddétur votum in Jerúsalem.

Exáudi oratiónem meam : * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos : * et impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus quem elegísti et assumpsísti : * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domus tuæ : * sanctum est templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exáudi nos Deus salutáris noster, * spes ómnium fínium terræ, et in mari longe.

Præparans montes in virtúte tua, accínctus poténtia : * qui

contúrbas profúndum maris, sonum flúctuum ejus.

Turbabúntur gentes, et timébunt qui hábitant términos a signis tuis : * éxitus matutíni et véspere delectábis.

Visitásti terram, et inebriásti eam : * multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis, † parásti cibum illórum : * quóniam ita est præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus : * in stillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ : * et campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscent speciósa desérti : * et exsultatióne colles accingéntur.

Indúti sunt aríetes óvium, † et valles abundábunt fruménto : * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Antiphona.



T. Pasch. Ant.



Canticum Feriale.

4 Ant. 1 g 2



Canticum Annæ.

1 Reg. 2, 1-10

EXsultávit cor meum in Dómino, * et exaltátum est cornu meum in Deo meo :

Dilatátum est os meum super inimícos meos : * quia lætáta sum in salutári tuo.

Non est sanctus, ut est Dóminus : † neque enim est álius

extra te, * et non est fortis sicut Deus noster.

Nolite multiplicáre loqui sublímia, * gloriántes.

Recédant vétera de ore vestro : † quia Deus scientiárum Dóminus est, * et ipsi præparántur cogitatiónes.

Arcus fórtium superátus est, * et infírmi accíncti sunt róbore.

Repléti prius, pro pánibus se locavérunt : * et famélici saturáti sunt.

Donec stérilis péperit plúrimos : * et quæ multos habébat fílios, infirmáta est.

Dóminus mortíficat et vivíficat, * dedúcit ad ínferos et redúcit.

Dóminus páuperem facit et ditat, * humíliat et súblevat.

Súscitat de púlvere egénum, * et de stércore élevat páuperem :

Ut sédeat cum princípibus, * et sólium glóriæ téneat.


Dómini enim sunt cárdines terræ, * et pósuit super eos orbem.


Pedes sanctórum suórum servábit, † et ímpii in ténebris conticéscent : * quia non in fortitúdine sua roborábitur vir.

Dóminum formidábunt adversárii ejus : * et super ipsos in cælis tonábit.

Dóminus judicábit fines terræ, † et dabit impérium regi suo, * et sublimábit cornu Christi sui.


Antiphona.






¶ Canticum Festivum.

4 Ant. *IV d*





Canticum Judith.
Judith. 16, 15-21.

HYmnum cantémus Dómino, * hymnum novum cantémus Deo nostro.

Adonái, Dómine, magnus es tu, et præclárus in virtúte tua, * et quem superáre nemo potest.

Tibi sérviat omnis creatúra tua : * quia dixísti, et facta sunt :

Misísti spíritum tuum, et creáta sunt, * et non est qui resístat voci tuæ.

Montes a fundaméntis movebúntur cum aquis : * petræ sicut cera liquéscent ante fáciem tuam.


Qui autem timent te, * magni erunt apud te per ómnia.

Væ genti insurgénti super genus meum : † Dóminus enim omnípotens vindicábit in eis, * in die judícii visitábit illos.

Dabit enim ignem et vermes in carnes eórum, * ut urántur, et séntiant usque in sempitérnum.

Antiphona.






5 Ant. II D



T. Pasch. Ant. II D



Ps. Laudáte Dóminum de cælis, 31.

Capitulum. *Rom. 13, 12-13.*

NOX præcéssit, dies autem appropinquávit. † Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis. * Sicut in die honéste ambulémus.

℟. br. VI

SAna ánimam me- am, * Qui- a peccá- vi ti- bi.

Sana. ℣. Ego di-xi : Dómi-ne mi-se-ré-re me- i. * Qui- a.

Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Sa-na.

Hymnus.

Tonus in Hieme.

I

NOX, et tenébræ, et nú-bi- la, Confú-sa mundi et túr-bi-da; Lux intrat, albéscit po-lus : Christus ve-nit, discé-di-te.

Tonus in Æstate.

IV

NOX, et tenébræ, et nú-bi- la, Confú-sa mundi et túr-bi-da; Lux intrat, albé-scit po-lus : Christus ve-nit, discé-di-te.

Calígo terræ scínditur
Percússa solis spículo :
Rebúsque jam color redit
Vultu niténtis síderis.

Te Christe solum nóvimus,
Te mente pura et símplici,
Flendo et canéndo quǽsumus,
Inténde nostris sénsibus.

Sunt multa fucis íllita,
Quæ luce purgéntur tua :
Tu lux Eói síderis
Vultu seréno illúmina.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum. Amen.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.

1 g 5

DE manu ómni- um * qui odé-runt nos lí-be-ra nos Dómi-ne. E u o u a e.

FERIA QUINTA AD LAUDES.

Per Annum.

1 Ant.
VIII G 2

TI-bi so- li * peccávi Dómi-ne, mi-se-ré-re me- i.

E u o u a e.

T. Pasch. Ant. VIII G 2

A L-le-lú- ia, * alle-lú- ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

Ps. 50. Miserére mei Deus, 25.

2 Ant. V a

I Ntret * o-rá-ti- o me-a in conspéctu tu-o Dómi-ne. E u o u a e.

Psalmus 87.

DOmine Deus salútis meæ : * in die clamávi, et nocte coram te.

Intret in conspéctu tuo orátio mea : * inclína aurem tuam ad precem meam :

Quia repléta est malis ánima mea : * et vita mea inférno appropinquávit.

Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum : * factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, † quorum non es memor ámplius : * et ipsi de manu tua repúlsi sunt.

Posuérunt me in lacu inferióri : * in tenebrósis, et in umbra mortis.

Super me confirmátus est furor tuus : * et omnes fluctus tuos induxísti super me.

Longe fecísti notos meos a me : * posuérunt me abominatiónem sibi.

Tráditus sum, et non egrediébar : * óculi mei languérunt præ inópia.

Clamávi ad te Dómine tota die : * expándi ad te manus meas.

Numquid mórtuis fácies mirabília : * aut médici suscitábunt, et confitebúntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, * et veritátem tuam in perditióne?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua : * et justítia tua in terra obliviónis?

Et ego ad te Dómine clamávi : * et mane orátio mea prævéniet te.

Ut quid Dómine repéllis oratiónem meam : * avértis fáciem tuam a me?


Pauper sum ego, et in labóribus a juventúte mea : * exaltátus autem, humiliátus sum et conturbátus.

In me transiérunt iræ tuæ : * et terróres tui conturbavérunt me.


Circumdedérunt me sicut aqua tota die : * circumdedérunt me simul.

Elongásti a me amícum et próximum, * et notos meos a miséria.

Antiphona.



3 Ant. VI F



Et non repetitur in Psalmo.

Psalmus 89.

DOmine refúgium factus es nobis, * a generatióne in generatiónem.

Priúsquam montes fíerent, aut formarétur terra et orbis : * a sǽculo et usque in sǽculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem in humilitátem : * et dixísti : Convertímini fílii hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos, * tamquam dies hestérna quæ prætériit.

Et custódia in nocte : * quæ pro níhilo habéntur, eórum anni erunt.

Mane sicut herba tránseat, † mane flóreat et tránseat : * véspere décidat, indúret et aréscat.

Quia defécimus in ira tua, * et in furóre tuo turbáti sumus.

Posuísti iniquitátes nostras in conspéctu tuo : * sǽculum nostrum in illuminatióne vultus tui.

Quóniam omnes dies nostri defecérunt : * et in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aránea meditabúntur : * dies annórum nostrórum in ipsis, septuagínta anni.

Si autem in potentátibus, octogínta anni : * et ámplius eórum, labor et dolor.

Quóniam supervénit mansuetúdo : * et corripiémur.

Quis novit potestátem iræ tuæ : * et præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Déxteram tuam sic notam fac : * et erudítos corde in sapiéntia.

Convértere Dómine úsquequo : * et deprecábilis esto super servos tuos.

Repléti sumus mane misericórdia tua : * et exsultávimus, et delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Lætáti sumus pro [illegible]bus quibus nos h[illegible] annis qui[illegible]

[illegible] ser[illegible] os et in ó[illegible] tua : * et dírige fílios eórum.


Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, † et ópera mánuum nostrárum dírige super nos : * et opus mánuum nostrárum dírige.

Antiphona.



Dómi-ne re-fú-gi- um factus es no-bis.

T. Pasch. Ant.




Alle-lú- ia, alle-lú-ia, alle-lú- ia.

Canticum Feriale.

4 Ant. 1. greg.



CAnté-mus * Dómi-no glo-ri- ó-se. *T. P.* Alle-lú- ia.



E u o u a e.

Et non repetitur in Cantico.

Canticum Moysi.
Exod. 15, 1-19.

CAntémus Dómino : gloriósc [illegible]gnificátus est, * equum e[illegible]sórem dejécit in mare.

Fortitúdo mea et laus mea Dóminus, * et factus est mihi in salútem.

Iste Deus meus, et glorificábo eum : * Deus patris mei, et exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pugnátor, † Omnípotens nomen ejus. * Currus Pharaónis et exércitum ejus projécit in mare.

Elécti príncipes ejus submérsi sunt in mari Rubro : † abýssi operuérunt eos, * descendérunt in profúndum quasi lapis.

Déxtera tua Dómine magnificáta est in fortitúdine : † déxtera tua Dómine percússit inimícum. * Et in multitúdine glóriæ tuæ deposuísti adversários tuos :

Misísti iram tuam, quæ devorávit eos sicut stípulam. * Et in spíritu furóris tui congregátæ sunt aquæ :

Stetit unda fluens, * congregátæ sunt abýssi in médio mari.

Dixit inimícus : Pérsequar et comprehéndam, * dívidam spólia, implébitur ánima mea :

Evaginábo gládium meum, * interfíciet eos manus mea.

Flavit spíritus tuus, et opéruit eos mare : * submérsi sunt quasi plumbum in aquis veheméntibus.

Quis símilis tui in fórtibus Dómine? † quis símilis tui, magníficus in sanctitáte, * terríbilis atque laudábilis, fáciens mirabília?

Extendísti manum tuam, et devorávit eos terra. * Dux fuísti in misericórdia tua pópulo quem redemísti :

Et portásti eum in fortitúdine tua, * ad habitáculum sanctum tuum.

Ascendérunt pópuli, et iráti sunt : * dolóres obtinuérunt habitatóres Philísthiim.

Tunc conturbáti sunt príncipes Edom, † robústos Moab obtínuit tremor : * obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat super eos formído et pavor, * in magnitúdine bráchii tui :


Fiant immóbiles quasi lapis, † donec pertránseat pópulus tuus Dómine, * donec pertránseat pópulus tuus iste, quem possedísti.

Introdúces eos, et plantábis in monte hæreditátis tuæ, * firmíssimo habitáculo tuo quod operátus es Dómine :

Sanctuárium tuum Dómine, quod firmavérunt manus tuæ. * Dóminus regnábit in ætérnum et ultra.

Ingréssus est enim eques Phárao cum cúrribus et equítibus ejus in mare : * et redúxit super eos Dóminus aquas maris : Fílii autem Israel ambulavérunt per siccum * in médio ejus.

Antiphona.



Canté-mus Dómi-no glo-ri- ó-se. *T. P.* Alle-lú-ia.


¶ Canticum Festivum.

4 Ant. IV E

P O-pu-lus me- us, * a- it Dómi-nus, bo-nis me- is



† ad-implé-bi-tur. *T. P.* † ad-implé-bi-tur, alle- lú- ia.



E u o u a e.

Canticum Jeremiæ.

Jer. 31, 10-14.

AUdíte verbum Dómini, gentes, * et annuntiáte in ínsulis quæ procul sunt, et dícite :

Qui dispérsit Israel, congregábit eum : * et custódiet eum sicut pastor gregem suum.

Redémit enim Dóminus Jacob, * et liberávit eum de manu potentióris.

Et vénient, et laudábunt in monte Sion : * et cónfluent ad bona Dómini :

Super fruménto, et vino, et óleo, * et fœtu pécorum et armentórum.


Eritque ánima eórum quasi hortus irríguus, * et ultra non esúrient.

Tunc lætábitur virgo in choro, * júvenes et senes simul.

Et convértam luctum eórum in gáudium, * et consolábor eos, et lætificábo a dolóre suo.

Et inebriábo ánimam sacerdótum pinguédine : * et pópulus meus bonis meis adimplébitur.

Antiphona.




† ad-implé-bi-tur. *T. P.* † ad-implé-bi-tur, alle- lú- ia.

5 Ant. VI F



T. Pasch. Ant. VI F




Ps. Laudáte Dóminum de cælis, 31.

Capitulum. *Rom.* 13, 12-13.

NOX præcéssit, dies autem appropinquávit. † Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis. * Sicut in die honéste ambulémus.

℟. br. VI









Hymnus.

Tonus in Hieme.

I.






Tonus in Æstate.

IV.





Hæc lux serénum cónferat,
Purósque nos præstet sibi :
Nihil loquámur súbdolum,
Volvámus obscúrum nihil.

Sic tota decúrrat dies,
Ne lingua mendax, ne manus,
Ocu*l*íve peccent lúbrici,
Ne noxa corpus ínquinet.


Specu*l*átor adstat désuper,
Qui nos diébus ómnibus,
Actúsque nostros próspicit
A luce prim*a* in vésperum.


Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum. Amen.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.

VII a






FERIA SEXTA AD LAUDES.

Per Annum.

1 Ant. I a 2





T. Pasch. Ant. I a 2



Ps. 50. Miserére mei Deus, 25.

2 Ant. VIII a



Psalmus 75.

NOtus in Judǽa Deus : * in Israel magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus : * et habitátio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias árcuum, * scutum, gládium et bellum.

Illúminans tu mirabíliter a móntibus ætérnis : * turbáti sunt omnes insipiéntes corde.

Dormiérunt somnum suum : * et nihil invenérunt omnes viri divitiárum in mánibus suis.

Ab increpatióne tua Deus Jacob * dormitavérunt qui ascendérunt equos.

Tu terríbilis es, et quis resístet tibi? * ex tunc ira tua.

De cælo audítum fecísti judícium : * terra trémuit et quiévit.

Cum exsúrgeret in judícium Deus, * ut salvos fáceret omnes mansuétos terræ.

Quóniam cogitátio hóminis confitébitur tibi : * et relíquiæ cogitatiónis diem festum agent tibi.


Vovéte, et réddite Dómino Deo vestro : * omnes qui in circúitu ejus affértis múnera.

Terríbili et ei qui aufert spíritum príncipum, * terríbili apud reges terræ.

Antiphona.



3 Ant. VIII a



Et non repetitur in Psalmo.

Psalmus 91.

BOnum est confitéri Dómino : * et psállere nómini tuo Altíssime.

Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam : * et veritátem tuam per noctem.

In decachórdo, psaltério : * cum cántico, in cíthara.

Quia delectásti me Dómine in factúra tua : * et in opéribus mánuum tuárum exsultábo.

Quam magnificáta sunt ópera tua Dómine! * nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.

Vir insípiens non cognóscet : * et stultus non intélliget hæc.

Cum exórti fúerint peccatóres sicut fœnum : * et apparúerint omnes qui operántur iniquitátem :

Ut intéreant in sǽculum sǽculi : * tu autem Altíssimus in ætérnum Dómine.

Quóniam ecce inimíci tui Dómine, † quóniam ecce inimíci tui períbunt : * et dispergéntur omnes qui operántur iniquitátem.

Et exaltábitur sicut unicórnis cornu meum : * et senéctus mea in misericórdia úberi.

Et despéxit óculus meus inimícos meos : * et in insurgéntibus in me malignántibus áudiet auris mea.

Justus ut palma florébit : * sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Plantáti in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri florébunt.

Adhuc multiplicabúntur in senécta úberi : * et bene patiéntes erunt, ut annúntient :


Quóniam rectus Dóminus Deus noster : * et non est iníquitas in eo.

Antiphona.


T. Pasch. Ant.


Canticum Feriale.

4 Ant. IV E

Et non repetitur in Psalmo.

Canticum Habacuc. *Cap. 3.*

DOmine audívi auditiónem tuam, * et tímui.

Dómine opus tuum, * in médio annórum vivífica illud :

In médio annórum notum fácies : * cum irátus fúeris, misericórdiæ recordáberis.

Deus ab Austro véniet, * et sanctus de monte Pharan :

Opéruit cælos glória ejus : * et laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit : * córnua in mánibus ejus :

Ibi abscóndita est fortitúdo ejus : * ante fáciem ejus ibit mors.

Et egrediétur diábolus ante pedes ejus. * Stetit, et mensus est terram.

Adspéxit, et dissólvit gen-

tes : * et contríti sunt montes sǽculi.

Incurváti sunt colles mundi, * ab itinéribus æternitátis ejus.

Pro iniquitáte vidi tentória Æthiópiæ, * turbabúntur pelles terræ Mádian.

Numquid in flumínibus irátus es Dómine? † aut in flumínibus furor tuus? * vel in mari indignátio tua?

Qui ascéndes super equos tuos : * et quadrígæ tuæ salvátio.

Súscitans suscitábis arcum tuum : * juraménta tríbubus quæ locútus es.

Flúvios scindes terræ : † vidérunt te, et doluérunt montes : * gurges aquárum tránsiit.

Dedit abýssus vocem suam : * altitúdo manus suas levávit.

Sol et luna stetérunt in habitáculo suo, † in luce sagittárum tuárum, * ibunt in splendóre fulgurántis hastæ tuæ.

In frémitu conculcábis terram : * in furóre obstupefácies gentes.

Egréssus es in salútem pópuli tui, * in salútem cum Christo tuo.

Percussísti caput de domo ímpii : * denudásti fundaméntum ejus usque ad collum.

Maledixísti sceptris ejus, † cápiti bellatórum ejus, * veniéntibus ut turbo ad dispergéndum me.

Exsultátio eórum * sicut ejus qui dévorat páuperem in abscóndito.

Viam fecísti in mari equis tuis, * in luto aquárum multárum.

Audívi, et conturbátus est venter meus : * a voce contremuérunt lábia mea.

Ingrediátur putrédo in óssibus meis, * et subter me scáteat.

Ut requiéscam in die tribulatiónis : * ut ascéndam ad pópulum accínctum nostrum.

Ficus enim non florébit : * et non erit germen in víneis.

Mentiétur opus olívæ : * et arva non áfferent cibum.


Abscindétur de ovíli pecus : * et non erit arméntum in præsépibus.


Ego autem in Dómino gaudébo : * et exsultábo in Deo Jesu meo.

Deus Dóminus fortitúdo mea : * et ponet pedes meos quasi cervórum.

Et super excélsa mea dedúcet me victor * in psalmis canéntem.


Antiphona.






¶ Canticum Festivum.

4 Ant. VIII a





Canticum Isaiæ.

Is. 45. 15-26.

VEre tu es Deus abscónditus, * Deus Israel, Salvátor.

Confúsi sunt et erubuérunt omnes : * simul abiérunt in confusiónem fabricatóres errórum.

Israel salvátus est in Dómino salúte ætérna : * non confundémini, et non erubescétis usque in sǽculum sǽculi.

Quia hæc dicit Dóminus creans cælos, † ipse Deus formans terram, et fáciens eam, * ipse plastes ejus :

Non in vanum creávit eam, † ut habitarétur formávit eam : * Ego Dóminus, et non est álius.

Non in abscóndito locútus sum, * in loco terræ tenebróso :

Non dixi sémini Jacob frustra : Quǽrite me : * ego Dóminus loquens justítiam, annúntians recta.

Congregámini, et veníte, et accédite simul, * qui salváti estis ex géntibus :

Nesciérunt qui levant lignum sculptúræ suæ, * et rogant Deum non salvántem.

Annuntiáte, et veníte, et consiliámini simul : * Quis audítum fecit hoc ab inítio, ex tunc prædíxit illud?

Numquid non ego Dóminus, † et non est ultra Deus absque me? * Deus justus, et salvans non est præter me.

Convertímini ad me, et salvi éritis, omnes fines terræ: * quia ego Deus, et non est álius.

In memetípso jurávi, † egrediétur de ore meo justítiæ verbum, * et non revertétur :


Quia mihi curvábitur omne genu, * et jurábit omnis lingua.

Ergo in Dómino, dicet, meæ sunt justítiæ et impérium : * ad eum vénient, et confundéntur omnes qui repúgnant ei.

In Dómino justificábitur, et laudábitur * omne semen Israel.

Antiphona.





5 Ant. 1 f





T. Pasch. Ant. 1 f



Ps. Laudáte Dóminum de cælis, 31.


Capitulum. *Rom. 13, 12-13.*

NOX præcéssit, dies autem appropinquávit. † Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis. * Sicut in die honéste ambulémus.

℟. br. VI








Hymnus.

Tonus in Hieme.





Tonus in Æstate.





Da déxteram surgéntibus,
Exsúrgat et mens sóbria,
Flagrans et in laudem Dei
Grates repéndat débitas.

Ortus refúlget lúcifer,
Sparsámque lucem núntiat :
Cadit calígo nóctium,
Lux sancta nos illúminet.

Manénsque nostris sénsibus,
Noctem repéllat sǽculi,
Omníque fine diéi
Purgáta servet péctora.

Quæsíta jam primum fides
Radícet altis sénsibus;
Secúnda spes congáudeat,
Qua major exstat cáritas.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum. Amen.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.

VIII G

PER vísce- ra * mi- se-ri-córdi- æ De- i nostri vi-si-tá-vit nos O-ri- ens ex al-to. E u o u a e.

SABBATO AD LAUDES.

Per Annum.

1 Ant. IV E

BEnígne fac * in bo- na vo-luntá-te tu- a Dómi-ne. E u o u a e.

T. Pasch. Ant. IV E

ALle-lú- ia,* alle-lú- ia, alle- lú- ia. E u o u a e.

Sub qua sola Ant. Allelúia *dicuntur duo Psalmi sequentes, quorum posterior 142.* Dómine exáudi *ad verba* ¶ Auditam fac *in duo* Glória Patri *dividatur, quando loco Cantici Moysis* Audite cæli *Canticum Ecclesiastici* Miserére nostri *dicitur.*

Ps. 50. Miserére mei Deus, 25.

2 Ant. VIII G

IN ve-ri-tá-te tu-a * exáudi me Dómi-ne.

E u o u a e.

Psalmus 142.

DOmine exáudi oratiónem meam : † áuribus pércipe obsecratiónem meam in veritáte tua : * exáudi me in tua justítia.

Et non intres in judícium cum servo tuo : * quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam : * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscúris sicut mórtuos sǽculi : † et anxiátus est super me spíritus meus, * in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, † meditátus sum in ómnibus opéribus tuis : * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te : * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exáudi me Dómine : * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam a me : * et símilis ero descendéntibus in lacum.

¶ Audítam fac mihi mane misericórdiam tuam : * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem : * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : * propter nomen tuum Dómine vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam : * et in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam : * quóniam ego servus tuus sum.


Antiphona. In ve-ri-tá-te tu-a exáudi me Dómi-ne.

T. Pasch. Ant.



Canticum Feriale.

3 Ant. VI F





Canticum Moysi.

Deut. 32, 1-43.

AUdíte cæli quæ loquor,* áudiat terra verba oris mei.

Concréscat ut plúvia doctrína mea, * fluat ut ros elóquium meum.

Quasi imber super herbam, † et quasi stillæ super grámina. * Quia nomen Dómini invocábo :

Date magnificéntiam Deo nostro. † Dei perfécta sunt ópera, * et omnes viæ ejus judícia :

Deus fidélis, et absque ulla iniquitáte, justus et rectus. * Peccavérunt ei, et non fílii ejus in sórdibus :

Generátio prava atque pervérsa. * Hǽccine reddis Dómino pópule stulte et insípiens?

Numquid non ipse est pater tuus, * qui possédit te, et fecit, et creávit te?

Meménto diérum antiquórum, * cógita generatiónes síngulas :

Intérroga patrem tuum, et annuntiábit tibi : * majóres tuos, et dicent tibi.

Quando dividébat Altíssimus gentes : * quando separábat fílios Adam,

Constítuit términos populórum * juxta número filiórum Israel.

Pars autem Dómini, pópulus ejus : * Jacob funículus hæreditátis ejus.

Invénit eum in terra desérta, * in loco horróris et vastæ solitúdinis :

Circumdúxit eum, et dócuit : * et custodívit quasi pupíllam óculi sui.

Sicut áquila próvocans ad volándum pullos suos, * et super eos vólitans.

Expándit alas suas, et assúmpsit eum, * atque portávit in húmeris suis.

Dóminus solus dux ejus fuit : * et non erat cum eo deus aliénus.

Constítuit eum super excélsam terram : * ut coméderet fructus agrórum.

Ut súgeret mel de petra, * oleúmque de saxo duríssimo :

Butýrum de arménto, et lac de óvibus, * cum ádipe agnórum et aríetum filiórum Basan :

Et hircos cum medúlla trítici, * et sánguinem uvæ bíberet meracíssimum.

Incrassátus est diléctus, et recalcitrávit : * incrassátus, impinguátus, dilatátus,

Derelíquit Deum factórem suum, * et recéssit a Deo salutári suo.

Provocavérunt eum in diis aliénis, * et in abominatiónibus ad iracúndiam concitavérunt.

Immolavérunt dæmóniis, et non Deo, * diis quos ignorábant :

Novi recentésque venérunt, * quos non coluérunt patres eórum.

Deum qui te génuit dereliquísti, * et oblítus es Dómini creatóris tui.

Vidit Dóminus, et ad iracúndiam concitátus est : * quia provocavérunt eum fílii sui et fíliæ.

Et ait : Abscóndam fáciem meam ab eis, * et considerábo novíssima eórum :

Generátio enim pervérsa est, * et infidéles fílii.

Ipsi me provocavérunt in eo qui non erat Deus, * et irritavérunt in vanitátibus suis :

Et ego provocábo eos in eo qui non est pópulus, * et in gente stulta irritábo illos.

Divisio.

Ignis succénsus est in furóre meo, * et ardébit usque ad inférni novíssima.

Devorabítque terram cum gérmine suo, * et móntium fundaménta combúret.

Congregábo super eos mala, * et sagíttas meas complébo in eis.

Consuméntur fame, * et devorábunt eos aves morsu amaríssimo :

Dentes bestiárum immíttam in eos, * cum furóre trahéntium super terram, atque serpéntium.

Foris vastábit eos gládius, et intus pavor, * júvenem simul ac vírginem, lacténtem cum hómine sene.

Dixi : Ubinam sunt? * cessáre fáciam ex homínibus memóriam eórum.

Sed propter iram inimicórum

dístuli : * ne forte superbírent hostes eórum.

Et dícerent : Manus nostra excélsa, et non Dóminus, * fecit hæc ómnia.

Gens absque consílio est, et sine prudéntia. † Utinam sáperent, et intellígerent, * ac novíssima providérent.

Quómodo persequátur unus mille, * et duo fugent decem míllia?

Nonne ídeo, quia Deus suus véndidit eos, * et Dóminus conclúsit illos?

Non enim est Deus noster ut dii eórum ; * et inimíci nostri sunt júdices.

De vínea Sodomórum vínea eórum : * et de suburbánis Gomórrhæ :

Uva eórum uva fellis, * et botri amaríssimi.

Fel dracónum vinum eórum : * et venénum áspidum insanábile.

Nonne hæc cóndita sunt apud me, * et signáta in thesáuris meis?

Mea est últio, et ego retríbuam in témpore, * ut labátur pes eórum :

Juxta est dies perditiónis, * et adésse festínant témpora.

Judicábit Dóminus pópulum suum, * et in servis suis miserébitur :

Vidébit quod infirmáta sit manus, † et clausi quoque defecérunt, * residuíque consúmpti sunt.

Et dicet : Ubi sunt dii eórum, * in quibus habébant fidúciam?

De quorum víctimis comedébant ádipes, * et bibébant vinum libáminum :

Surgant, et opitुléntur vobis, * et in necessitáte vos prótegant.

Vidéte quod ego sim solus, * et non sit álius Deus præter me :

Ego occídam, et ego vívere fáciam : † percútiam, et ego sanábo, * et non est qui de manu mea possit erúere.

Levábo ad cælum manum meam, et dicam : * Vivo ego in ætérnum.

Si acúero ut fulgur gládium meum, * et arripúerit judícium manus mea :

Reddam ultiónem hóstibus meis, * et his qui odérunt me retríbuam.

Inebriábo sagíttas meas sánguine, * et gládius meus devorábit carnes.

De cruóre occisórum, * et de captivitáte, nudáti inimicórum cápitis.

Laudáte gentes pópulum ejus, * quia sánguinem servórum suórum ulciscétur :

Et vindíctam retríbuet in hostes eórum, * et propítius erit terræ pópuli sui.

Antiphona.

Da-te magni-tú-di-nem De- o † nostro. *T. P.* † nostro, alle-lú- ia.

¶ Canticum Festivum.

Dicitur cum sua Antiphona præter Festa Sanctorum Duplicia minora, Dominicas in Sabbato anticipatas, et dies Octavas Simplices, etiam in Officio Sanctæ Mariæ in Sabbato, ut Feria II notatum est. Ps. 142. Dómine exáudi *dividitur in duo* Glória Patri *sub unica Antiphona, ad versum* Audítam fac.

3 Ant. III a

O-sténde * no-bis Dómi-ne lu-cem mi-se-ra-ti- ó-num tu- á- rum. *T.P.* Al-le- lú- ia. E u o u a e.

Canticum Ecclesiastici.
Eccli. 36, 1-13.

MIserére nostri Deus ómnium, et réspice nos, * et osténde nobis lucem miseratiónum tuárum :

Et immítte timórem tuum super gentes, * quæ non exquisiérunt te :

Ut cognóscant quia non est Deus nisi tu, * et enárrent magnália tua.

Alleva manum tuam super gentes aliénas, * ut vídeant poténtiam tuam.

Sicut enim in conspéctu eórum sanctificátus es in nobis, * sic in conspéctu nostro magnificáberis in eis :

Ut cognóscant te, sicut et nos cognóvimus, * quóniam non est Deus præter te Dómine.

Innova signa et immúta mirabília. * Glorífica manum et bráchium dextrum.

Excita furórem, et effúnde iram. * Tolle adversárium, et afflíge inimícum.

Festína tempus, et meménto finis, * ut enárrent mirabília tua.

In ira flammæ devorétur qui salvátur : * et qui péssimant plebem tuam invéniant perditiónem.


Cóntere caput príncipum inimicórum, * dicéntium : Non est álius præter nos.

Cóngrega omnes tribus Jacob : ✝ ut cognóscant quia non est Deus nisi tu, * et enárrent magnália tua :

Et hæreditábis eos, * sicut ab inítio.


Antiphona.






4 Ant. IV E





T. Pasch. Ant. IV E



Ps. Laudáte Dóminum de cælis, 31.

Capitulum. *Rom. 13, 12-13.*

NOX præcéssit, dies autem appropinquávit. † Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis. * Sicut in die honéste ambulémus.

℟. br. VI

SAna ánimam me- am, * Qui- a peccá- vi ti- bi.

Sana. ℣. Ego di-xi : Dómi-ne mi-se-ré-re me- i. * Qui- a.

Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Sana.

Hymnus.

Tonus in Hieme.

I

AUró-ra jam spargit po-lum, Terris di- es il-lá-bi-tur:

Lu-cis re-súltat spí-cu-lum, Discé-dat omne lúbri-cum.

Tonus in Æstate.

IV

AUró-ra jam spargit po-lum, Terris di- es il-lá-bi-tur:

Lu-cis re-súl-tat spí- cu-lum, Discé-dat omne lúbri-cum.

Phantásma noctis décidat,
Mentis reátus súbruat :
Quidquid tenébris hórridum
Nox áttulit culpæ, cadat.

Et mane illud últimum,
Quod præstolámur cérnui,
In lucem nobis éffluat,
Dum hoc canóre cóncrepat.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum. Amen.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.

VIII G

ILluminá-re Dó- mi-ne * his qui in ténebris se-

dent, et dí-ri-ge pedes nostros in vi- am pa- cis,

De- us Is- ra- el. E u o u a e.

DOMINICA AD PRIMAM.

Hymnus.

In Dominicis per Annum.

II

JAM lu-cis orto sí-de-re De- um pre-cémur súppli-

ces, Ut in di- úrnis áctibus Nos servet a no-cénti-bus.

In Festis Majoribus.

VIII


JAM lu-cis orto sí-de-re, De- um pre-cémur súppli-




In Solemnitatibus.

VIII







Linguam refrǽnans témperet,
Ne litis horror ínsonet :
Visum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátes háuriat.

Sint pura cordis íntima,
Absístat et vecórdia :
Carnis terat supérbiam
Potus cibíque párcitas.


Ut cum dies abscésserit,
Noctémque sors redúxerit,
Mundi per abstinéntiam
Ipsi canámus glóriam.

¶ Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum. Amen.

Hi Toni adhibentur ad Horas, nisi aliter notetur in Proprio de Tempore vel de Sanctis.


Per Annum.

Ant. VII c2



T. Pasch.

Ant. VII d



Psalmus 118.

BEáti immaculáti in via : * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui scrutántur testimónia ejus : * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti * mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, * ad custodiéndas justificatiónes tuas.

Tunc non confúndar, * cum perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis : * in eo quod dídici judícia justítiæ tuæ.

Justificatiónes tuas custódiam : * non me derelínquas usquequáque.

IN quo córrigit adolescéntior viam suam? * in custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te : * ne repéllas me a mandátis tuis.

In corde meo abscóndi elóquia tua : * ut non peccem tibi.

Benedíctus es Dómine : * doce me justificatiónes tuas.

In lábiis meis, * pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum, * sicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor : * et considerábo vias tuas.

In justificatiónibus tuis meditábor : * non oblivíscar sermónes tuos.

REtríbue servo tuo, vivífica me : * et custódiam sermónes tuos.

Revéla óculos meos : * et considerábo mirabília de lege tua.

Incola ego sum in terra : * non abscóndas a me mandáta tua.

Concupívit ánima mea desideráre justificatiónes tuas, * in omni témpore.

Increpásti supérbos : * maledícti qui declínant a mandátis tuis.

Aufer a me oppróbrium et contémptum : * quia testimónia tua exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, et advérsum me loquebántur : * servus autem tuus exercebátur in justificatiónibus tuis.

Nam et testimónia tua meditátio mea est : * et consílium meum justificatiónes tuæ.

ADhǽsit paviménto ánima mea : * vivífica me secúndum verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, et exaudísti me : * doce me justificatiónes tuas.

Viam justificatiónum tuárum ínstrue me : * et exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tǽdio : * confírma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove a me : * et de lege tua miserére mei.

Viam veritátis elégi : * judícia tua non sum oblítus.

Adhǽsi testimóniis tuis Dómine : * noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri, * cum dilatásti cor meum.


Per Annum.

Ant.



T. Pasch.

Ant.



Capitulum et reliqua omnia dicuntur ut notantur Feria II, 6.

DOMINICA AD TERTIAM.

Hymnus.

In Dominicis per Annum.


II






In Festis Majoribus.


VIII






In Solemnitatibus.

VIII








Os, lingua, mens, sensus, vigor
Confessiónem pérsonent,
Flamméscat igne cáritas,
Accéndat ardor próximos.


¶ Praesta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

Per Annum.

Ant. VIII G



T. Pasch.
Ant. VIII G



Psalmus.

LEgem pone mihi Dómine viam justificatiónum tuárum : * et exquíram eam semper.

Da mihi intelléctum, et scrutábor legem tuam : * et custódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam mandatórum tuórum : * quia ipsam vólui.

Inclína cor meum in testimónia tua : * et non in avarítiam.

Avérte óculos meos ne vídeant vanitátem : * in via tua vivífica me.

Státue servo tuo elóquium tuum, * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum quod suspicátus sum : * quia judícia tua jucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua : * in æquitáte tua vivífica me.

ET véniat super me misericórdia tua Dómine : * salutáre tuum secúndum elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum : * quia sperávi in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáque : * quia in judíciis tuis supersperávi.

Et custódiam legem tuam semper : * in sǽculum et in sǽculum sǽculi.

Et ambulábam in latitúdine : * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar in testimóniis tuis in conspéctu regum : * et non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis, * quæ diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua, quæ diléxi : * et exercébar in justificatiónibus tuis.

MEmor esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedísti.

Hæc me consoláta est in humilitáte mea : * quia elóquium tuum vivificávit me.

Supérbi iníque agébant usquequáque : * a lege autem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum a sǽculo Dómine : * et consolátus sum.

Deféctio ténuit me, * pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant justificatiónes tuæ, * in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui Dómine : * et custodívi legem tuam.

Hæc facta est mihi : * quia justificatiónes tuas exquisívi.

Per Annum.

Ant.



A L-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

T. Pasch. Ant.



A L-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Sequens Capitulum, et alia in aliis Horis, dicuntur in Dominicis a II post Epiphaniam usque ad Septuagesimam, et a IV post Pentecosten usque ad Adventum. Versus etiam usque ad Dominicam I Quadragesimæ.

Capitulum. *1 Joan. 4, 16.*

DEus cáritas est : † et qui manet in caritáte, in Deo manet, * et Deus in eo.

℣. Ego dixi, Dómine miserére mei.
℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Kýrie eléison, *etc.* Pater noster *secreto. Oratio conveniens.*

DOMINICA AD SEXTAM.

Hymnus.

In Dominicis per Annum.

II



R Ector pot-ens, ve-rax De-us, Qui témpe-ras re-rum



vi-ces, Splendó-re mane ínstru-is, Et ígnibus me-rí-di-em.

In Festis Majoribus.

VIII

REctor pot-ens, ve-rax De- us, Qui témpe-ras re- rum vi-ces, Splendó-re mane ínstru- is, Et ignibus me-rí- di- em.

In Solemnitatibus.

VIII

REctor pot- ens, ve- rax De- us, Qui témpe-ras re- rum vi- ces, Splendó-re ma-ne ínstru- is, Et ígni-bus me- rí- di- em.

Exstíngue flammas lítium,
Aufer calórem nóxium,
Confer salútem córporum,
Verámque pacem córdium.

¶ Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

Per Annum.

Ant. I a 2

ALle-lú- ia. E u o u a e.

T. Pasch.

Ant. VI F

ALle-lú- ia. E u o u a e.

Psalmus.

Portio mea Dómine, * dixi custodíre legem tuam.

Deprecátus sum fáciem tuam in toto corde meo : * miserére mei secúndum elóquium tuum.

Cogitávi vias meas : * et convérti pedes meos in testimónia tua.

Parátus sum, et non sum turbátus : * ut custódiam mandáta tua.

Funes peccatórum circumpléxi sunt me : * et legem tuam non sum oblítus.

Média nocte surgébam ad confiténdum tibi, * super judícia justificatiónis tuæ.

Párticeps ego sum ómnium timéntium te : * et custodiéntium mandáta tua.

Misericórdia tua Dómine plena est terra : * justificatiónes tuas doce me.

Bonitátem fecisti cum servo tuo Dómine, * secúndum verbum tuum.

Bonitátem, et disciplínam, et sciéntiam doce me : * quia mandátis tuis crédidi.

Priúsquam humiliárer ego deliqui : * proptérea elóquium tuum custodívi.

Bonus es tu : * et in bonitáte tua doce me justificatiónes tuas.

Multiplicáta est super me iníquitas superbórum : * ego autem in toto corde meo scrutábor mandáta tua.

Coagulátum est sicut lac cor eórum : * ego vero legem tuam meditátus sum.

Bonum mihi quia humiliásti me : * ut discam justificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, * super míllia auri et argénti.

Manus tuæ fecérunt me, et plasmavérunt me : * da mihi intelléctum, et discam mandáta tua.

Qui timent te vidébunt me, et lætabúntur : * quia in verba tua supersperávi.

Cognóvi Dómine quia æquitas judícia tua : * et in veritáte tua humiliásti me.

Fiat misericórdia tua ut consolétur me, * secúndum elóquium tuum servo tuo.

Véniant mihi miseratiónes tuæ, et vivam : * quia lex tua meditátio mea est.

Confundántur supérbi, quia injúste iniquitátem fecérunt in me : * ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertántur mihi timéntes te : * et qui novérunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in justificatiónibus tuis, * ut non confúndar.

Per Annum.

Ant.



T. Pasch. Ant.



Capitulum. *Galat.* 6, 2.

ALter altérius ónera portáte, * et sic adimplébitis legem Christi. ℟. Deo grátias.

℣. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit.
℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

DOMINICA AD NONAM.

Hymnus.

In Dominicis per Annum.


II





In Festis Majoribus.


VIII






In Solemnitatibus.

VIII








Largíre clarum véspere,
Quo vita nusquam décidat,
Sed prǽmium mortis sacræ
Perénnis instet glória.


℣ Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

Per Annum.

Ant. III a



T. Pasch.
Ant. *IV A**



Psalmus.

DEfécit in salutáre tuum ánima mea : * et in verbum tuum supersperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicéntes : Quando consoláberis me?

Quia factus sum sicut uter in pruína : * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui? * quando fácies de persequéntibus me judícium?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes : * sed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua véritas : * iníque persecúti sunt me, ádjuva me.

Paulo minus consummavérunt me in terra : * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secúndum misericórdiam tuam vivífica me : * et custódiam testimónia oris tui.

IN ætérnum Dómine, * verbum tuum pérmanet in cælo.

In generatiónem et generatiónem véritas tua : * fundásti terram, et pérmanet.

Ordinatióne tua persevérat dies : * quóniam ómnia sérviunt tibi.

Nisi quod lex tua meditátio mea est : * tunc forte periíssem in humilitáte mea.

In ætérnum non oblivíscar justificatiónes tuas : * quia in ipsis vivificásti me.

Tuus sum ego, salvum me fac : * quóniam justificatiónes tuas exquisívi.

Me exspectavérunt peccatóres ut pérderent me : * testimónia tua intelléxi.

Omnis consummatiónis vidi finem : * latum mandátum tuum nimis.

QUómodo diléxi legem tuam Dómine! * tota die meditátio mea est.

Super inimícos meos prudéntem me fecísti mandáto tuo : * quia in ætérnum mihi est.

Super omnes docéntes me intelléxi : * quia testimónia tua meditátio mea est.

Super senes intelléxi : * quia mandáta tua quæsívi.

Ab omni via mala prohíbui pedes meos : * ut custódiam verba tua.

A judíciis tuis non declinávi : * quia tu legem posuísti mihi.

Quam dúlcia fáucibus meis elóquia tua, * super mel ori meo.

A mandátis tuis intelléxi : * proptérea odívi omnem viam iniquitátis.


Per Annum.

Ant.



A L-le- lú- ia, alle- lú- ia, al-le- lú- ia.

T. Pasch. Ant.



A L-le-lú-ia, al-le- lú- ia, al-le- lú- ia, alle-lú- ia.

Capitulum. *1. Cor. 6, 20.*


EMpti enim estis prétio magno. * Glorificáte et portáte Deum in córpore vestro.

℣. Ab occúltis meis munda me Dómine.
℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

FERIA SECUNDA AD TERTIAM.

Hymnus.

In Feriis et Officiis Simplicibus per Annum.



N Unc Sancte no-bis Spí-ri-tus, Unum Patri cum Fí-



li- o, Digná-re promptus ínge-ri, Nostro re-fú-sus pécto-ri.

In Festis Minoribus per Annum.

VIII



N Unc Sancte no-bis Spí-ri-tus, Unum Patri cum Fí-



li- o, Digná-re promptus ínge- ri, Nostro re-fúsus pécto-ri.

In Festis Majoribus.

VIII

Nunc Sancte no-bis Spí- ri-tus, Unum Patri cum Fi-li- o, Digná-re promptus ínge- ri, Nostro re-fú-sus pécto-ri.

In Solemnitatibus.

VIII

Nunc Sancte no-bis Spí- ri- tus, Unum Patri cum Fí- li- o, Digná-re promptus ínge- ri, Nostro re- fú- sus pé- cto- ri.

Os, lingua, mens, sensus, vigor
Confessiónem pérsonent,
Flamméscat igne cáritas,
Accéndat ardor próximos.

¶ Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Per Annum in feriali Officio.


Ant.
VIII G

Adjuva me. E u o u a e.

In Adventu, *Antiphona e Laudibus Dominicæ præcedentis aut ex propriis Laudibus.*

Tempore Quadragesimæ.

Ant. VIII G



A Dvené-runt no-bis. E u o u a e.

Tempore Passionis.

Ant. IV A*




J Udi-cásti Dómi-ne. E u o u a e.

Feria II Majoris Hebdomadæ Antiphona propria.

Tempore Paschali.

Ant. VIII G



A L-le-lú- ia. E u o u a e.

Psalmus.

LUcérna pédibus meis verbum tuum, * et lumen sémitis meis.

Jurávi, et státui * custodíre judícia justítiæ tuæ.

Humiliátus sum usquequáque Dómine: * vivífica me secúndum verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita fac Dómine: * et judícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper: * et legem tuam non sum oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum mihi: * et de mandátis tuis non errávi.

Hæreditáte acquisívi testimónia tua in ætérnum: * quia exsultátio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum ad faciéndas justificatiónes tuas in ætérnum, * propter retributiónem.

INíquos ódio hábui: * et legem tuam diléxi.

Adjútor et suscéptor meus es tu: * et in verbum tuum supersperávi.

Declináte a me malígni: * et scrutábor mandáta Dei mei.

Súscipe me secúndum elóquium tuum, et vivam: * et non confúndas me ab exspectatióne mea.

Adjuva me, et salvus ero: * et meditábor in justificatiónibus tuis semper.

Sprevísti omnes discedéntes a judíciis tuis : * quia injústa cogitátio eórum.

Prævaricántes reputávi omnes peccatóres terræ : * ídeo diléxi testimónia tua.

Confíge timóre tuo carnes meas : * a judíciis enim tuis tímui.

FEci judícium et justítiam : * non tradas me calumniántibus me.

Súscipe servum tuum in bonum : * non calumniéntur me supérbi.

Oculi mei defecérunt in salutáre tuum : * et in elóquium justítiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam : * et justificatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego : * da mihi intelléctum, ut sciam testimónia tua.

Tempus faciéndi Dómine : * dissipavérunt legem tuam.

Ideo diléxi mandáta tua, * super aurum et topázion.

Proptérea ad ómnia mandáta tua dirigébar : * omnem viam iníquam ódio hábui.

Per Annum in Feriali Officio.

Ant.



ADjuva me, et salvus ero Dómine.

Capitulum. *Jer. 17, 14.*

SAna me Dómine, et sanábor : † salvum me fac, et salvus ero : * quóniam laus mea tu es.

℣. Adjútor meus esto, ne derelínquas me.
℟. Neque despícias me Deus salutáris meus.

In Adventu, *Antiphona e Laudibus Dominicæ præcedentis aut ex propriis Laudibus.*

Capitulum. *Jer. 23, 5.*


ECce dies véniunt, dicit Dóminus : et suscitábo David germen justum : † et regnábit rex, et sápiens erit : * et fáciet judícium et justítiam in terra.

℣. Veni ad liberándum nos, Dómine Deus virtútum.
℟. Osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

Tempore Quadragesimæ.

Ant.

A Dve-né-runt no-bis di- es pœni-ténti- æ, ad red-i-



ménda peccá-ta, ad salvándas á-nimas.

Capitulum. *Joel. 2, 12-13.*


COnvertímini ad me in toto corde vestro, in jejúnio, et fletu, et planctu. † Et scíndite corda vestra, et non vestiménta vestra, * ait Dóminus omnípotens.

℣. Ipse liberávit me de láqueo venántium.
℟. Et a verbo áspero.

Tempore Passionis.

Ant.

J U-di-cásti Dómi-ne causam á-nimæ me- æ, de-fén-



sor vi-tæ me- æ, Dómi-ne De- us me- us.

Feria II Majoris Hebdomadæ Antiphona propria.

Capitulum. *Jer. 17, 13.*

DOmine, omnes qui te derelínquunt, confundéntur : † recedéntes a te, in terra scribéntur ; * quóniam dereliquérunt venam aquárum vivéntium Dóminum.

℣. Erue a frámea Deus ánimam meam.
℟. Et de manu canis únicam meam.

Tempore Paschali.

Ant.



A L-le-lú-ia, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia, al-le-lú- ia.

Capitulum. *Rom. 6, 9-10.*

CHristus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. † Quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel : * quod autem vivit, vivit Deo.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúia.
℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.


FERIA SECUNDA AD SEXTAM.

Hymnus.

In Feriis et Officiis Simplicibus per Annum.



R Ector pot-ens, ve-rax De- us, Qui témpe-ras re-rum



vi-ces, Splendó-re mane ínstru- is, Et ígnibus me-rí-di- em.

In Festis Minoribus per Annum.

VIII



R Ector pot-ens, ve- rax De- us, Qui témpe-ras re- rum



vi-ces, Splendó- re mane ínstru- is, Et ígni-bus me-rí-di- em.

In Festis Majoribus.

VIII

R Ector pot-ens, ve-rax De- us, Qui témpe- ras re- rum vi-ces, Splendó-re mane ínstru- is, Et ígni-bus me-rí- di- em.

In Solemnitatibus.

VIII

R Ector pot-ens, ve-rax De- us, Qui témpe-ras re- rum vi-ces, Splendó-re ma-ne ínstru- is, Et ígni-bus me- rí- di- em.

Exstíngue flammas lítium,
Aufer calórem nóxium,
Confer salútem córporum,
Verámque pacem córdium.

¶ Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

Per Annum in feriali Officio.

Ant.
VIII a

A Dspi-ce in me. E u o u a e.

In Adventu, *Antiphona e Laudibus Dominicæ præcedentis aut ex propriis Laudibus.*

Tempore Quadragesimæ.

Ant. IV A*

Commendémus nosmet-ípsos. E u o u a e.

Tempore Passionis.

Ant. IV A

Pópule me-us. E u o u a e.

Feria II Majoris Hebdomadæ Antiphona propria.

Tempore Paschali.

Ant. VIII a

Allelúia. E u o u a e.

Psalmus.

Mirabília testimónia tua : * ídeo scrutáta est ea ánima mea.

Declarátio sermónum tuórum illúminat : * et intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui, et attráxi spíritum : * quia mandáta tua desiderábam.

Adspice in me, et miserére mei, * secúndum judícium diligéntium nomen tuum.

Gressus meos dírige secúndum elóquium tuum : * et non dominétur mei omnis injustítia.

Rédime me a calúmniis hóminum : * ut custódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina super servum tuum : * et doce me justificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei : * quia non custodiérunt legem tuam.

Justus es Dómine : * et rectum judícium tuum.

Mandásti justítiam testimónia tua : * et veritátem tuam nimis.

Tabéscere me fecit zelus meus : * quia oblíti sunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum veheménter : * et servus tuus diléxit illud.

Adolescéntulus sum ego et contémptus : * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Justítia tua, justítia in ætérnum : * et lex tua véritas.

Tribulátio et angústia invenérunt me : * mandáta tua meditátio mea est.

Æquitas testimónia tua in ætérnum : * intelléctum da mihi, et vivam.

CLamávi in toto corde meo, exáudi me Dómine : * justificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te, salvum me fac : * ut custódiam mandáta tua.

Prævéni in maturitáte, et clamávi : * quia in verba tua supersperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo : * ut meditárer elóquia tua.

Vocem meam audi secúndum misericórdiam tuam Dómine : * et secúndum judícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt persequéntes me iniquitáti : * a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu Dómine : * et omnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de testimóniis tuis : * quia in ætérnum fundásti ea.

Per Annum in feriali Officio.

Ant. ADspi-ce in me, et mi-se-ré-re me- i Dómi-ne.

Capitulum. *Galat. 6, 2.*

ALter altérius ónera portáte, * et sic adimplébitis legem Christi. ℟. Deo grátias.

℣. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit.

℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

In Adventu, *Antiphona e Laudibus Dominicæ præcedentis aut ex propriis Laudibus.*

Capitulum. *Jer. 23, 6.*


IN diébus illis salvábitur Juda, et Israel habitábit confidénter : † et hoc est nomen quod vocábunt eum, * Dóminus justus noster.

℣. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.

℟. Et salutáre tuum da nobis.

Tempore Quadragesimæ.

Ant. C Ommendémus nosmet-ípsos in multa pa-ti- én-



ti- a, in je-jú-ni- is mul-tis, per arma justí-ti- æ.


Capitulum. *Isaiæ 55, 7.*

DErelínquat ímpius viam suam, et vir iníquus cogitatiónes suas, † et revertátur ad Dóminum, et miserébitur ejus, * et ad Deum nostrum : quóniam multus est ad ignoscéndum.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.
℞. Et sub pennis ejus sperábis.

Tempore Passionis.

Ant. P Opu-le me- us, quid fe-ci ti- bi, aut quid mo-lé-



stus fu- i? respónde mi- hi.

Feria II Majoris Hebdomadæ Antiphona propria.

Capitulum. *Jer. 17, 18.*

COnfundántur qui me persequúntur, et non confúndar ego : † páveant illi, et non páveam ego : * induc super eos diem afflictiónis, et dúplici contritióne cóntere eos, Dómine Deus noster.

℣. De ore leónis líbera me Dómine.
℞. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Tempore Paschali.

Ant.


A L-le-lú-ia, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia.

Capitulum. *1 Cor. 15, 20-22.*


CHristus resurréxit a mórtuis, primítiæ dormiéntium : † quóniam quidem per hóminem mors, et per hóminem resurréctio mortuórum. * Et sicut in Adam omnes moriúntur, ita et in Christo omnes vivificabúntur.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúia.
℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

FERIA SECUNDA AD NONAM.

Hymnus.

In Feriis et Officiis Simplicibus per Annum.



R E-rum De-us te-nax vi-gor, Immó-tus in te pérma-



nens, Lu-cis di-úrnæ témpo-ra Succéssibus de-térmi-nans.

In Festis Minoribus per Annum.

VIII




R Erum De-us tenax vi-gor, Immó-tus in te pérma-



nens, Lu-cis di-úrnæ témpo-ra Succéssi-bus de-térmi-nans.

In Festis Majoribus.

VIII



RErum De- us te-nax vigor, Immó-tus in te pérma-



nens, Lu-cis di- úrnæ témpo- ra Succéssi-bus de-términans.

In Solemnitatibus.

VIII



RErum De- us te- nax vi- gor, Immó-tus in te pér-



manens, Lu-cis di- úrnæ témpo- ra Succéssi- bus de- tér-



mi- nans.

Largíre clarum véspere,
Quo vita nusquam décidat,
Sed prǽmium mortis sacræ
Perénnis instet glória.

¶ Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

Per Annum in feriali Officio.

Ant. 1 a 2



FI- at. E u o u a e.

In Adventu, *Antiphona e Laudibus Dominicæ præcedentis aut ex propriis Laudibus.*

Tempore Quadragesimæ.

Ant. 1 f

PER arma justí-ti- æ. E u o u a e.

Tempore Passionis.

Ant. IV A*

NUmquid rêddi-tur. E u o u a e.

Feria II Majoris Hebdomadæ Antiphona propria.

Tempore Paschali.

Ant. 1 a

AL-le-lú- ia. E u o u a e.

Psalmus.

VIde humilitátem meam, et éripe me : * quia legem tuam non sum oblítus.

Júdica judícium meum, et rédime me : * propter elóquium tuum vivífica me.

Longe a peccatóribus salus : * quia justificatiónes tuas non exquisiérunt.

Misericórdiæ tuæ multæ Dómine : * secúndum judícium tuum vivífica me.

Multi qui persequúntur me, et tríbulant me : * a testimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricántes, et tabescébam : * quia elóquia tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua diléxi Dómine : * in misericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tuórum, véritas : * in aetérnum ómnia judícia justítiæ tuæ.

PRíncipes persecúti sunt me gratis : * et a verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego super elóquia tua : * sicut qui invénit spólia multa.

Iniquitátem ódio hábui, et abominátus sum : * legem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem dixi tibi, * super judícia justítiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam : * et non est illis scándalum.

Exspectábam salutáre tuum Dómine : * et mandáta tua diléxi.

Custodívit ánima mea testimónia tua : * et diléxit ea veheménter.

Servávi mandáta tua et testimónia tua : * quia omnes viæ meæ in conspéctu tuo.

APpropinquet deprecátio mea in conspéctu tuo Dómine : * juxta elóquium tuum da mihi intelléctum.

Intret postulátio mea in conspéctu tuo : * secúndum elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum, * cum docúeris me justificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum : * quia ómnia mandáta tua ǽquitas.

Fiat manus tua ut salvet me : * quóniam mandáta tua elégi.


Concupívi salutáre tuum Dómine : * et lex tua meditátio mea est.

Vivet ánima mea, et laudábit te : * et judícia tua adjuvábunt me.

Errávi sicut ovis quæ périit : * quære servum tuum, quia mandáta tua non sum oblítus.

Per Annum in feriali Officio.

Ant.





Capitulum. *1. Cor. 6, 20.*

EMpti enim estis prétio magno. * Glorificáte et portáte Deum in córpore vestro.

℣. Ab occúltis meis munda me Dómine.

℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

In Adventu, *Antiphona e Laudibus Dominicæ præcedentis aut ex propriis Laudibus.*

Capitulum. *Isaiæ 14, 1.*

PRope est ut véniat tempus ejus, † et dies ejus non elongabúntur. * Miserébitur enim Dóminus Jacob, et Israel salvábitur.

℣. Super te Jerúsalem oriétur Dóminus.
℟. Et glória ejus in te vidébitur.

Tempore Quadragesimæ.

Ant. PER arma justí- ti- æ virtú- tis De- i commen- démus nosmet- í-psos in multa pa- ti- énti- a.

Capitulum. *Isaiæ 58, 7.*

FRange esuriénti panem tuum, et egénos vagósque induc in domum tuam : † cum víderis nudum, óperi eum, * et carnem tuam ne despéxeris.

℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.
℟. Non timébis a timóre noctúrno.

Tempore Passionis.

Ant. NUmquid réddi-tur pro bo-no ma- lum, qui- a fo-dé- runt fóve- am á-nimæ me- æ?

Feria II Majoris Hebdomadæ Antiphona propria.

Capitulum. *Jer. 18, 20.*

REcordáre quod stéterim in conspéctu tuo, † ut lóquerer pro eis bonum, * et avérterem indignatiónem tuam ab eis.

℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam.
℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Tempore Paschali.

Ant. A L-le-lú- ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia.

Capitulum. *1 Petr. 3, 18.*

CHristus semel pro peccátis nostris mórtuus est, justus pro injústis, † ut nos offérret Deo, * mortificátus quidem carne, vivificátus autem spíritu.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia.
℟. Viso Dómino, allelúia.

PER HEBDOMADAM AD TERTIAM.

Hymnus.

In Feriis et Officiis Simplicibus per Annum.

NUnc Sancte no-bis Spí-ri-tus, Unum Patri cum Fí-li- o, Digná-re promptus ínge-ri, Nostro re-fú-sus pécto-ri.

In Festis Minoribus per Annum.

VIII

NUnc Sancte no-bis Spí-ri-tus, Unum Patri cum Fí-li- o, Digná-re promptus ínge-ri, Nostro re-fú-sus pécto-ri.

In Festis Majoribus.

VIII

NUnc Sancte no-bis Spí- ri-tus, Unum Patri cum Fí-li- o, Digná-re promptus ínge- ri, Nostro re-fú-sus pécto-ri.

In Solemnitatibus.

VIII

NUnc Sancte no-bis Spí- ri- tus, Unum Patri cum Fí-li- o, Digná-re promptus ínge- ri, Nostro re-fú-sus pé- cto-ri.

Os, lingua, mens, sensus, vigor
Confessiónem pérsonent,
Flamméscat igne cáritas,
Accéndat ardor próximos.

¶ Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

Per Annum in feriali Officio.

Ant. t. irreg.

CLamá-vi. E u o u a e.

In Adventu, *Antiphona e Laudibus Dominicæ præcedentis aut ex propriis Laudibus.*

Tempore Quadragesimæ.

Ant. VIII G

ADvenérunt nobis. E u o u a e.

Tempore Passionis.

Ant. IV A*

JUdicásti Dómine. E u o u a e.

Feria III et IV Majoris Hebdomadæ Antiphona propria.

Tempore Paschali.

Ant. t. irreg.

ALlelúia. E u o u a e.

Psalmus 119.

AD Dóminum cum tribulárer clamávi : * et exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * et a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est : † habitávi cum habitántibus Cedar : * multum íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus : * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Psalmus 120.

LEvávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum a Dómino, * qui fecit cælum et terram.

Non det in commotiónem pedem tuum : * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te : * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo : * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum et éxitum tuum : * ex hoc nunc, et usque in sǽculum.

Psalmus 121.

LÆtátus sum in his quæ dicta sunt mihi : * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas : * cujus participátio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini : * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in judício, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem : * et abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua : * et abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos et próximos meos, * loquébar pacem de te :

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi bona tibi.

Per Annum in feriali Officio.

Ant. CLamá-vi, et ex-audí-vit me.

Capitulum. *Jer. 17, 14.*

SAna me Dómine, et sanábor : † salvum me fac, et salvus ero : * quóniam laus mea tu es.

℣. Adjútor meus esto, ne derelínquas me.
℟. Neque despícias me Deus salutáris meus.

In Adventu, *Antiphona e Laudibus Dominicæ præcedentis aut ex propriis Laudibus.*

Capitulum. *Jer. 23, 5.*

ECce dies véniunt, dicit Dóminus : et suscitábo David germen justum : † et regnábit rex, et sápiens erit : * et fáciet judícium et justítiam in terra.


℣. Veni ad liberándum nos, Dómine Deus virtútum.
℟. Osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

Tempore Quadragesimæ.

Ant.



A Dvené-runt no-bis di- es pæni-ténti- æ, ad red-i-



ménda peccá-ta, ad salvándas á-nimas.

Capitulum. *Joel. 2, 12-13.*

Convertímini ad me in toto corde vestro, in jejúnio, et fletu, et planctu. † Et scíndite corda vestra, et non vestiménta vestra, * ait Dóminus omnípotens.

℣. Ipse liberávit me de láqueo venántium.
℟. Et a verbo áspero.

Tempore Passionis.

Ant.

J Udi-cásti Dómi-ne causam á-nimæ me- æ, de-fén-



sor vi-tæ me- æ, Dómi-ne De- us me- us.

Feria III et IV Majoris Hebdomadæ Antiphona propria.

Capitulum. *Jer. 17, 13.*

Domine, omnes qui te derelínquunt, confundéntur : † recedéntes a te, in terra scribéntur : * quóniam dereliquérunt venam aquárum vivéntium Dóminum.

℣. Erue a frámea Deus ánimam meam.
℟. Et de manu canis únicam meam.

Tempore Paschali.

Ant.

A L-le-lú- ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia.

Capitulum. *Rom. 6, 9-10.*

CHristus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. † Quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel : * quod autem vivit, vivit Deo.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúia.
℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

PER HEBDOMADAM AD SEXTAM.

Hymnus.

In Feriis et Officiis Simplicibus per Annum.

R Ector pot-ens, ve-rax De- us, Qui témpe-ras re-rum vi-ces, Splendó-re mane ínstru- is, Et ígnibus me-rí-di- em.

In Festis Minoribus per Annum.

VIII

R Ector pot-ens, ve-rax De- us, Qui témpe-ras re-rum vi-ces, Splendó-re mane ínstru- is, Et ígnibus me-rí-di- em.

In Festis Majoribus.

VIII

R Ector pot-ens, ve-rax De- us, Qui témpe-ras re-rum vi-ces, Splendó-re mane ínstru- is, Et ígnibus me-rí-di- em.

In Solemnitatibus.

VIII

R Ector pot-ens, ve-rax De- us, Qui témpe-ras re-rum vi-ces, Splendó-re ma-ne ínstru- is, Et ígni-bus me-rí- di- em.

Exstíngue flammas lítium,
Aufer calórem nóxium,
Confer salútem córporum,
Verámque pacem córdium.

¶ Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Per Annum in feriali Officio.

Ant. VIII G

Q UI há-bi-tas. E u o u a e.

In Adventu, *Antiphona e Laudibus Dominicæ præcedentis aut ex propriis Laudibus.*

Tempore Quadragesimæ.

Ant. IV A *

Commendémus nosmet-ípsos. E u o u a e.

Tempore Passionis.

Ant. IV A

Pópule meus. E u o u a e.

Feria III et IV Majoris Hebdomadæ Antiphona propria.

Tempore Paschali.

Ant. VIII G

Allelúia. E u o u a e.

Psalmus 122.

Ad te levávi óculos meos, * qui hábitas in cælis.

Ecce sicut óculi servórum * in mánibus dominórum suórum,

Sicut óculi ancíllæ in mánibus dóminæ suæ : * ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum donec misereátur nostri.

Miserére nostri Dómine, miserére nostri : * quia multum repléti sumus despectióne.

Quia multum repléta est ánima nostra : * oppróbrium abundántibus, et despéctio supérbis.

Psalmus 123.

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israel : * nisi quia Dóminus erat in nobis,

Cum exsúrgerent hómines in nos, * forte vivos deglutíssent nos :

Cum irascerétur furor eórum in nos, * fórsitan aqua absorbuísset nos.

Torréntem pertransívit ánima nostra : * fórsitan pertransísset ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus, * qui

non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra sicut passer erépta est * de láqueo venántium.

Láqueus contrítus est, * et nos liberáti sumus.

Adjutórium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cælum et terram.

Psalmus 124.

QUI confídunt in Dómino, sicut mons Sion : * non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Jerúsalem.

Montes in circúitu ejus : * et Dóminus in circúitu pópuli sui, * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum super sortem justórum : * ut non exténdant justi ad iniquitátem manus suas.

Bénefac Dómine bonis, * et rectis corde.

Declinántes autem in obligatiónes addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem : * pax super Israel.

Per Annum in feriali Officio.

Ant. QUI há-bi-tas in cæ- lis mi-se-ré-re no- bis.

Capitulum. *Galat. 6, 2.*

ALter altérius ónera portáte, * et sic adimplébitis legem Christi. ℟. Deo grátias.

℣. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit.

℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

In Adventu, *Antiphona e Laudibus Dominicæ præcedentis aut ex propriis Laudibus,*

Capitulum. *Jer. 23, 6*

IN diébus illis salvábitur Juda, et Israel habitábit confidénter : † et hoc est nomen quod vocábunt eum, * Dóminus justus noster.

℣. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.

℟. Et salutáre tuum da nobis.

Tempore Quadragesimæ.

Ant. C Ommendémus nosmet-ípsos in multa pa-ti- én-ti- a, in je-jú-ni- is mul-tis, per arma justí-ti- æ.

Capitulum. *Isaiæ 55, 7.*

DErelínquat ímpius viam suam, et vir iníquus cogitatiónes suas, † et revertátur ad Dóminum, et miserébitur ejus, * et ad Deum nostrum : quóniam multus est ad ignoscéndum.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.
℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Tempore Passionis.

Ant. P Opu-le me- us, quid fe-ci ti- bi? aut quid mo-lé-stus fu- i? Respónde mi- hi.

Feria III et IV Majoris Hebdomadæ Antiphona propria.


Capitulum. *Jer. 17, 18.*

COnfundántur qui me persequúntur, et non confúndar ego : † páveant illi, et non páveam ego : * induc super eos diem afflictiónis, et dúplici contritióne cóntere eos, Dómine Deus noster.

℣. De ore leónis líbera me Dómine.
℟. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Tempore Paschali.

Ant.



A L-le-lú-ia, al-le- lú- ia, al-le-lú-ia, al-le-lú- ia.

Capitulum. *1. Cor. 15, 20-22.*


CHristus resurréxit a mórtuis, primítiæ dormiéntium : † quóniam quidem per hóminem mors, et per hóminem resurréctio mortuórum. * Et sicut in Adam omnes moriúntur, ita et in Christo omnes vivificabúntur.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúia.
℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

PER HEBDOMADAM AD NONAM.

Hymnus.

In Feriis et Officiis Simplicibus per Annum.



R E-rum De- us te-nax vi-gor, Immó-tus in te pérma-



nens, Lucis di- úrnæ témpo-ra Succéssibus de-térmi-nans.

In Festis Minoribus per Annum.

VIII



R Erum De- us tenax vigor, Immó-tus in te pérma-



nens, Lu-cis di- úrnæ témpo-ra Succéssi-bus de-térmi-nans.

In Festis Majoribus.

VIII

R Erum De- us te-nax vigor, Immó- tus in te pérma- nens, Lu-cis di- úrnæ témpo- ra Succéssibus de-términans.

In Solemnitatibus.

VIII

R Erum De- us te-nax vi- gor, Immó-tus in te pér- manens, Lu-cis di- úrnæ témpo- ra Succéssi-bus de- tér- mi- nans.

Largíre clarum véspere,
Quo vita nusquam décidat,
Sed præmium mortis sacræ
Perénnis instet glória.

¶ Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Per Annum in feriali Officio.

Ant.
II D

B E- á-ti omnes. E u o u a e.

In Adventu, *Antiphona e Laudibus Dominicæ præcedentis aut ex propriis Laudibus.*

Tempore Quadragesimæ.

Ant. I f

PER arma justí-ti-æ. E u o u a e.

Tempore Passionis.

Ant. IV A*

NUmquid réddi-tur. E u o u a e.

Feria III et IV Majoris Hebdomadæ Antiphona propria.

Tempore Paschali.

Ant. II D

AL-le-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 125.

IN converténdo Dóminus captivitátem Sion : * facti sumus sicut consoláti.

Tunc replétum est gáudio os nostrum : * et lingua nostra exsultatióne.

Tunc dicent inter gentes : * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobíscum : * facti sumus lætántes.

Convérte Dómine captivitátem nostram, * sicut torrens in Austro.

Qui séminant in lácrimis, * in exsultatióne metent.

Eúntes ibant et flebant, * mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exsultatióne, * portántes manípulos suos.

Psalmus 126.

NIsi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere : * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum : * ecce hæréditas Dó-

mini, filii : merces, fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis : * ita filii excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis : * non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.

Psalmus 127.

BEáti omnes qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis : * beátus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus domus tuæ.

Fílii tui sicut novéllæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion : * et vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem super Israel.

Per Annum in feriali Officio.

Ant.



B E-á-ti omnes qui timent Dóminum.

Capitulum. *1 Cor. 6, 20.*

EMpti enim estis prétio magno. * Glorificáte et portáte Deum in córpore vestro.

℣. Ab occúltis meis munda me Dómine.
℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

In Adventu, *Antiphona e Laudibus Dominicæ præcedentis aut ex propriis Laudibus.*

Capitulum. *Isaiæ 14, 1.*

PRope est ut véniat tempus ejus, † et dies ejus non elongabúntur. * Miserébitur enim Dóminus Jacob, et Israel salvábitur.

℣. Super te Jerúsalem oriétur Dóminus.
℟. Et glória ejus in te vidébitur.

Tempore Quadragesimæ.

Ant. PER arma justí-ti-æ virtú- tis De- i commendémus nosmet- í-psos in multa pa-ti- énti- a.

Capitulum. *Isaiæ 58, 7.*

FRange esuriénti panem tuum, et egénos vagósque induc in domum tuam : † cum víderis nudum, óperi eum, * et carnem tuam ne despéxeris.

℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.
℟. Non timébis a timóre noctúrno.

Tempore Passionis.

Ant. NUmquid réddi-tur pro bo-no ma- lum, qui- a fodé-runt fóve- am ánimæ me- æ?

Feria III et IV Majoris Hebdomadæ Antiphona propria.


Capitulum. *Jer. 18, 20.*

REcordáre quod stéterim in conspéctu tuo, † ut lóquerer pro eis bonum, * et avérterem indignatiónem tuam ab eis.

℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam.
℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Tempore Paschali.

Ant.



Capitulum. *1 Petr. 3, 18.*


CHristus semel pro peccátis nostris mórtuus est, justus pro injústis, † ut nos offérret Deo, * mortificátus quidem carne, vivificátus autem spíritu.


℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia.
℟. Viso Dómino, allelúia.



DOMINICA
AD VESPERAS

1 **Antiphona.** VII c 2






Et non repetitur in Psalmo.

Tempore Paschali, Antiphona. *Sub qua sola Antiphona dicuntur omnes Psalmi Vesperarum in Dominicis.*

VII c 2,



Psalmus 109.

DIxit Dóminus Dómino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion : * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum : * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus et non pænitébit eum : * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas : * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet : * proptérea exaltábit caput.

Glória Patri.

Anti-phona.

Di-xit Dómi-nus Dómi-no me- o : Se-de a dextris me- is.

2 Ant. IV g

F I-dé-li- a. E u o u a e.

Psalmus 110.

COnfitébor tibi Dómine in toto corde meo : * in consílio justórum, et congregatióne.

Magna ópera Dómini : * exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Conféssio et magnificéntia opus ejus : * et justítia ejus manet in sǽculum sǽculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus : * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sǽculum testaménti sui : * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo :

Ut det illis hæreditátem géntium : * ópera mánuum ejus véritas et judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus : † confirmáta in sǽculum sǽculi : * facta in veritáte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo : * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum et terríbile nomen ejus : * inítium sapiéntiæ timor Dómini.


Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in sǽculum sǽculi.

Anti-phona.

Fi-dé-li- a ómni- a mandá-ta e-jus : confirmá- ta in sǽcu-lum sǽcu-li.

3 Ant. IV a





Psalmus 111

Beátus vir qui timet Dóminum : * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generátio rectórum benedicétur.

Glória et divítiæ in domo ejus : * et justítia ejus manet in sǽculum sǽculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis : * misericors, et miserátor, et justus.

Jucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermónes suos in judício : * quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit justus : * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, † confirmátum est cor ejus : * non commovébitur donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus : † justítia ejus manet in sǽculum sǽculi : * cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet : * desidérium peccatórum períbit.

Antiphona.



4 Ant. VII c





Psalmus 112.

Laudáte púeri Dóminum : * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in sǽculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cælos glória ejus.


Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem :

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Anti-phona.



T. Pasch. Ant.



Antiphonæ cum Psalmis per Annum ac Tempore Paschali assignatæ adhibentur semper, quando fit Officium de Dominica, tam in Dominicis minoribus, extra Oct. Nativit., Epiph., Ascens., Ssmi Corporis Christi et Ss. Cordis D. N. J. C., quam in Dominicis majoribus, extra Adventum, non exclusa ipsa Dominica in Albis.

Repetita post ultimum Psalmum Antiphona, dicuntur Capitulum, ℟. br., Hymnus et Versus prouti Officium occurrens exigit.

In Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ et Quinquagesimæ Capitulum ut in Proprio de Tempore. In Dominicis autem post Epiph. a die 14 Januarii ac deinceps ante Septuagesimam atque in Dominica IV et reliquis Dominicis post Pentecosten occurrentibus, dicitur :

Capitulum. *2 Cor. 1, 3-4.*

Benedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi. † Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.


In ómnibus vero Dominicis superius indicatis dicitur sequens ℟. br., Hymnus et Versus.

℟. br. VI

QUam magni- fi-cá- ta sunt * Ope-ra tu- a Dómine.



Quam. ℣. Omni- a in sa-pi- énti- a fe-císti. * Ope-ra. ℣. Gló-



ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Quam.

Hymnus.

Tonus in Hieme.

IV

LUcis Cre- á- tor ópti- me, Lu-cem di- é-rum pró-fe-




rens, Primórdi- is lu-cis no-væ Mundi pa-rans o-rí-gi- nem.

Tonus in Æstate.

VIII

LUcis Cre- á- tor ópti-me, Lu-cem di- é-rum pró-fe-



rens, Primórdi- is lu-cis novæ Mundi pa-rans o-rí-gi- nem.

Qui mane junctum vésperi
Diem vocári prǽcipis,
Tetrum chaos illábitur,
Audi preces cum flétibus.

Ne mens graváta crímine
Vitæ sit exsul múnere,
Dum nil perénne cógitat,
Seséque culpis ílligat.

Cælórum pulset íntimum,
Vitále tollat prǽmium :
Vitémus omne nóxium,
Purgémus omne péssimum.

¶ Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Quando fit Commemoratio B. M. V., dicitur doxologia Glória tibi, Dómine, Qui natus es de Vírgine, *sed non mutatur tonus hymni.*

Tempore Adventus, Quadragesimæ, Passionis, ac Tempore Paschali a Dominica in Albis usque ad Dominicam V post Pascha inclusive, Capitulum, ℟. br., Hymnus et Versus ut in Proprio de Tempore.

Antiphona ad Magnificat, ut suo loco notatur.

Canticum B. Mariæ Virginis
Luc. 1, 46-55.

MAgníficat * ánima mea Dóminum :

Et exsultávit spíritus meus * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ : * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo : * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis : * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini ejus in sǽcula.

Glória Patri.

Expleto Cantico dicitur Antiphona. Postea Kýrie eléison. Pater noster *totum clara voce, et Oratio propria. Postea fiunt Commemorationes, si occurrant; deinde, si dicendum est, Suffragium de Omnibus Sanctis vel Commemoratio de Cruce, ut infra.*

Suffragium de Omnibus Sanctis.

Extra Tempus Paschale in Officio Dominicali Semiduplici, præter Dominicas Adventus usque ad diem Octavam Epiphaniæ, Dominicas Passionis ac Palmarum, atque Dominicas in quibus habita sit Commemoratio Duplicis etiam concurrentis vel cujusvis Octavæ etiam Simplicis similiter concurrentis, fit sequens Suffragium.

Ant. I



B E- á-ta De- i Gé-nitrix, * Virgo Ma-rí- a, Sancti-



que omnes intercé-dant pro no-bis ad Dó-mi-num.

℣. Mirificávit Dóminus Sanctos suos.
℟. Et exaudívit eos clamántes ad se.

Orémus. *Oratio.*

A cunctis nos, quǽsumus, Dómine, mentis et córporis defende perículis: * et, intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genitrice María, cum beáto Joseph, beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, beáto *N.* atque beáto Patre nostro Benedicto, et ómnibus Sanctis, salútem nobis tríbue benígnus et pacem; ut, destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis, Ecclésia tua secúra tibi sérviat libertáte. Per eúmdem Dóminum.

In apposita mox Oratione, ad litteram N., exprimitur nomen Sancti Titularis propriæ Ecclesiæ; et nomina sanctorum Angelorum et sancti Joannis Baptistæ, si Titulares fuerint, præponuntur nomini sancti Joseph.


Commemoratio de Cruce.

Tempore autem Paschali a Dominica II usque ad Dominicam V post Pascha, quando in Officio Dominicali facta non fuerit Commemoratio Duplicis vel cujusvis Octavæ etiam Simplicis, loco Suffragii fit sequens Commemoratio de Cruce.

Ant. II







℣. Dícite in natiónibus, allelúia.
℟. Quia Dóminus regnávit a ligno, allelúia.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem : * concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem Dóminum.

Post ultimam Orationem additur :

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.
℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.
℟. Amen.

Et si tunc terminetur Officium, dicitur tantum Pater noster *secreto.*

Et si discedatur a Choro, Oratione Dominica secreto recitata, subjungitur :
℣. Dóminus det nobis suam pacem. ℟. Et vitam ætérnam. Amen.

Atque statim dicitur una ex Antiphonis finalibus Beatæ Mariæ Virginis, quæ in fine Completorii notantur.

Absoluta vero Antiphona finali cum suis Versu et Oratione, concluditur :
℣. Divínum auxílium máneat semper nobíscum.
℟. Et cum frátribus nostris absėntibus. Amen.

Si post Vesperas immediate sequatur Completorium, dicto Versu Fidélium ánimæ, *statim incipitur Versus* Jube, domne, benedícere *ut infra ad Completorium.*

FERIA SECUNDA AD VESPERAS.

In Festis Duplicibus minoribus, exceptis iis quæ habent Antiphonas proprias, ac Simplicibus ad Vesperas dicuntur Psalmi de Feria cum suis Antiphonis, quæ in Festis ritus Duplicis duplicantur.

1 Ant. t. pereg.

NOS qui ví-vimus, * be-ne-dí-cimus Dómi-no.

E u o u a e.

Tempore Paschali, Antiphona. *Sub unica Antiphona* Allelúia, *in hac et in aliis Feriis, dicuntur omnes Psalmi usque ad Capitulum, in omnibus Feriis et Festis Duplicibus minoribus a Feria II post Dom. in Albis usque ad Feriam VI post Oct. Ascens. inclusive.*

1 g 2

AL-le-lú-ia, * alle-lú- ia, alle- lú- ia. E u o u a e.

Psalmus 113.

IN éxitu Israel de Ægýpto, * domus Jacob de pópulo bárbaro :

Facta est Judǽa sanctificátio ejus, * Israel potéstas ejus.

Mare vidit, et fugit : * Jordánis convérsus est retrórsum.

Montes exsultavérunt ut aríetes : * et colles sicut agni óvium.

Quid est tibi mare quod fugísti? * et tu Jordánis, quia convérsus es retrórsum?

Montes exsultástis sicut aríetes, * et colles sicut agni óvium?

A fácie Dómini mota est terra, * a fácie Dei Jacob :

Qui convértit petram in stagna aquárum, * et rupem in fontes aquárum.

Non nobis Dómine, non nobis : * sed nómini tuo da glóriam.

Super misericórdia tua et veritáte tua : * nequándo dicant gentes : Ubi est Deus eórum?

Deus autem noster in cælo : * ómnia quæcúmque vóluit, fecit.

Simulácra géntium argéntum et aurum, * ópera mánuum hóminum.

Os habent, et non loquéntur : * óculos habent, et non vidébunt.

Aures habent, et non áudient : * nares habent, et non odorábunt.

Manus habent, et non palpábunt : † pedes habent, et non ambulábunt : * non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea : * et omnes qui confídunt in eis.

Domus Israel sperávit in Dómino : * adjútor eórum et protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino : * adjútor eórum et protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum speravérunt in Dómino : * adjútor eórum et protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostri : * et benedíxit nobis.

Benedíxit dómui Israel : * benedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus qui timent Dóminum, * pusíllis cum majóribus.


Adjíciat Dóminus super vos : * super vos, et super fílios vestros.


Benedícti vos a Dómino, * qui fecit cælum et terram.


Cælum cæli Dómino : * terram autem dedit fíliis hóminum.

Non mórtui laudábunt te Dómine : * neque omnes qui descéndunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus benedícimus Dómino, * ex hoc nunc et usque in sæculum.







Psalmus 114.

Diléxi, quóniam exáudiet Dóminus : * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi : * et in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis : * et perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem et dolórem invéni : * et nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam : † miséricors Dóminus, et justus, * et Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus : * humiliátus sum, et liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam : * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte : † óculos meos a lácrimis, * pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

Antiphona.



3 Ant. VIII a



Et non repetitur in Psalmo.

Psalmus 115.

Crédidi, propter quod locútus sum : * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam : * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus : * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus :

O Dómine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea : † tibi sacrificábo hóstiam laudis, * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus, * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

Hic non dicitur Glória, *quando Vesperæ dicuntur de Psalterio, sed statim additur sequens Psalmus.*


Psalmus 116.

LAudáte Dóminum omnes gentes : * laudáte eum omnes pópuli :


Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : * et véritas Dómini manet in ætérnum.


Glória Patri.

Anti-phona.



4 Ant. II D





Et non repetitur in Psalmo.

Psalmus 128.

SÆpe expugnavérunt me a juventúte mea, * dicat nunc Israel :

Sæpe expugnavérunt me a juventúte mea : * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricavérunt peccatóres : * prolongavérunt iniquitátem suam.

Dóminus justus concídit cervíces peccatórum : * confundántur et convertántur retrórsum omnes qui odérunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectórum : * quod priúsquam evellátur, exáruit.

De quo non implévit manum suam qui metit, * et sinum suum qui manípulos cólligit.

Et non dixérunt qui præteríbant : Benedíctio Dómini super vos : * benedíximus vobis in nómine Dómini.

Anti-phona.



T. Pasch. Ant.



Alle-lú- ia, al-le-lú- ia, al-le-lú- ia.

Antiphonæ, tam intra quam extra Tempus Paschale, in hac et in aliis Feriis appositæ dicuntur semper, quando juxta Rubricas sumendi sunt Psalmi de Feria, ut in Psalterio.

Capitulum, ℟. br., Hymnus et Versus de Feria currente ut in Psalterio dicuntur in omnibus per Annum Feriis, in Feriis post Septuages. et a Fer. IV Cinerum usque ad Fer. VI seq. inclusive.

Capitulum. *2 Cor. 1, 3-4.*

BEnedíctus Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi, † Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.


℟. br. VI



BEne-dí-cam Dómi-num * In omni témpo-re. Be-ne-



dí-cam. ℣. Semper laus e-jus in o-re me- o. * In. ℣. Gló-




ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Be-ne-dí-cam.


Hymnus.

Tonus in Hieme.

VIII



IMménse cæ-li Cóndi-tor, Qui mixta ne confúnde-rent,



Aquæ flu- énta dí-vi-dens, Cæ-lum de-dísti límí-tem.

Tonus in Æstate.

I



IMménse cæ-li Cóndi-tor, Qui mixta ne confúnde-rent,



Aquæ flu- énta dí-vi-dens, Cæ-lum de-dísti lími-tem.

Firmans locum cæléstibus,
Simúlque terræ rívulis :
Ut unda flammas témperet,
Terræ solum ne díssipent.

Infúnde nunc, piíssime,
Donum perénnis grátiæ :
Fraudis novæ ne cásibus
Nos error átterat vetus.

Lucem fides invéniat :
Sic lúminis jubar ferat,
Ut vana cuncta térreat,
Hanc falsa nulla cómprimant.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.


In omnibus Feriis per Annum Antiphona ad Magnificat *dicitur quotidie de Feria currenti ut in Psalterio hic et alibi apponitur, exceptis Feriis Temporis Septuagesimæ, quæ Antiphonam propriam habent.*

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G



MAgní- fi-cat * á-nima me- a Dómi-num, qui- a re-



spé-xit De- us humi- li-tá-tem me- am. E u o u a e.

Inchoata ab Hebdomadario Antiphona Magníficat, *Chorus ex eadem parte statim prosequetur verba Cantici :* ánima mea Dóminum.

Tempore autem Adventus, Quadrages. a Fer. II post Dom. I, et Passionis usque ad Fer. IV Majoris Hebdom. inclusive, ac Tempore Paschali a Fer. II post Dom. in Albis usque ad Fer. III Rogationum inclusive : in omnibus Feriis, Capitulum, ℟. *br., Hymnus, Versus et Antiphona ad* Magníficat *ut in Proprio de Tempore.*

Oratio, quando propria non assignatur, dicitur de Dominica præcedenti, ut habetur in Proprio de Tempore.

FERIA TERTIA AD VESPERAS.

1 Ant. VIII a



DE pro-fúndis * clamá-vi ad te Dómi-ne. E u o u a e.

Et non repetitur in Psalmo.

T. Pasch. Ant. VIII a



AL-le-lú-ia, * alle-lú-ia, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine : * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine, * Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est : * et propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.


A custódia matutína usque ad noctem, * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Glória Patri.

Antiphona.



2 Ant. t. irreg.



Psalmus 130.

DOmine non est exaltátum cor meum : * neque eláti sunt óculi mei.

Neque ambulávi in magnis : * neque in mirabílibus super me.

Si non humíliter sentiébam : * sed exaltávi ánimam meam :


Sicut ablactátus est super matre sua, * ita retribútio in ánima mea.

Speret Israel in Dómino, * ex hoc nunc et usque in sǽculum.

Antiphona.



3 Ant. t. irreg.



Psalmus 131.

MEménto Dómine David, * et omnis mansuetúdinis ejus :

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob :

Si introíero in tabernáculum domus meæ, * si ascéndero in lectum strati mei :

Si dédero somnum óculis meis, * et pálpebris meis dormitatiónem :

Et réquiem tempóribus meis : donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata : * invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus : * adorábimus in loco ubi stetérunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem tuam, * tu et arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur justítiam : * et sancti tui exsúltent.

Propter David servum tuum,* non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David veritátem, et non frustrábitur eam : * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodíerint fílii tui testaméntum meum, * et testimónia mea hæc, quæ docébo eos :

Et fílii eórum usque in sæculum, * sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion : * elégit eam in habitatiónem sibi.

Hæc réquies mea in sǽculum sǽculi : * hic habitábo quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam : * páuperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam salutári : * et sancti ejus exsultatióne exsultábunt.

Illuc prodúcam cornu David : * parávi lucérnam Christo meo.


Inimícos ejus índuam confusióne : * super ipsum autem efflorébit sanctificátio mea.

Anti-
phona.




Et omnis mansu- e-tú- di-nis e-jus.

4 Ant.
I a



E C-ce quam bo-num * et quam ju-cúndum ha-bi-tá-



re fratres in u-num. E u o u a e.

Et non repetitur in Psalmo.

Psalmus 132.

ECce quam bonum et quam jucúndum * habitáre fratres in unum!


Sicut unguéntum in cápite, * quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

Quod descéndit in oram vestiménti ejus : * sicut ros Hermon, qui descéndit in montem Sion.

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónem, * et vitam usque in sǽculum.

Antiphona.






T. Pasch. Ant.



Capitulum. *2 Cor. 1, 3-4.*

BEnedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, † Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

℟. br. VI







Hymnus.

Tonus in Hieme.


VIII





Pulsis aquæ mo-lésti- is, Terram de-dísti immó-bi-lem.

Tonus in Æstate.



1 TEllú-ris ingens Cóndi-tor, Mundi so-lum qui éru-ens,



Pulsis aquæ mo-lésti- is, Terram de-dísti immó-bi-lem :

Ut germen aptum próferens,
Fulvis decóra flóribus,
Fecúnda fructu sísteret,
Pastúmque gratum rédderet.

Mentis perústæ vúlnera
Munda viróre grátiæ :
Ut facta fletu díluat,
Motúsque pravos átterat.

Jussis tuis obtémperet :
Nullis malis appróximet :
Bonis repléri gáudeat,
Et mortis actum nésciat.


Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.




v a EXsúltet * spí- ri- tus me- us in Dómi-no De- o sa-



lu-tá-ri me- o. E u o u a e.

FERIA QUARTA AD VESPERAS.

1 Ant. III g



T. Pasch. Ant. III g



Psalmus 134.

LAudáte nomen Dómini, * laudáte servi Dóminum.

Qui statis in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri.

Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus : * psállite nómini ejus, quóniam suáve.

Quóniam Jacob elégit sibi Dóminus, * Israel in possessiónem sibi.

Quia ego cognóvi quod magnus est Dóminus, * et Deus noster præ ómnibus diis.

Omnia quæcúmque vóluit, Dóminus fecit in cælo et in terra, * in mari et in ómnibus abýssis.

Edúcens nubes ab extrémo terræ : * fúlgura in plúviam fecit.

Qui prodúcit ventos de thesáuris suis : * qui percússit primogénita Ægýpti ab hómine usque ad pecus.

Et misit signa et prodígia in médio tui Ægýpte : * in Pharaónem et in omnes servos ejus.

Qui percússit gentes multas : * et occídit reges fortes.

Sehon regem Amorrhæórum, et Og regem Basan, * et ómnia regna Chánaan.

Et dedit terram eórum hæreditátem, * hæreditátem Israel pópulo suo.

Dómine nomen tuum in ætérnum : * Dómine memoriále tuum in generatiónem et generatiónem.

Quia judicábit Dóminus pópulum suum : * et in servis suis deprecábitur.

Simulácra géntium argéntum et aurum, * ópera mánuum hóminum.

Os habent, et non loquéntur : * óculos habent, et non vidébunt.

Aures habent, et non áudient : * neque enim est spíritus in ore ipsórum.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea : * et omnes qui confídunt in eis.

Domus Israel benedícite Dómino : * domus Aaron benedícite Dómino.

Domus Levi benedícite Dómino : * qui timétis Dóminum, benedícite Dómino.

Benedíctus Dóminus ex Sion, * qui hábitat in Jerúsalem.

Antiphona.




Omni- a quæ-cúmque vó-lu- it, Dó-mi-nus fe- cit.

2 Ant. III g



QUó-ni- am * in æ-térnum mi- se-ri-cór-di- a e- jus.



E u o u a e.

Psalmus 135.

COnfitémini Dómino quóniam bonus : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Deo deórum : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui facit mirabília magna solus : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui fecit cælos in intellé-

ctu : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui firmávit terram super aquas : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui fecit luminária magna : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Solem in potestátem diéi : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Lunam et stellas in potestátem noctis : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui percússit Ægýptum cum primogénitis eórum : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui edúxit Israel de médio eórum : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

In manu poténti, et bráchio excélso : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui divísit mare Rubrum in divisiónes : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et edúxit Israel per médium ejus : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et excússit Pharaónem et virtútem ejus in mari Rubro : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui tradúxit pópulum suum per desértum : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui percússit reges magnos : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et occídit reges fortes : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Sehon regem Amorrhæórum : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et Og regem Basan : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et dedit terram eórum hæreditátem : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Hæreditátem Israel servo suo : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Quia in humilitáte nostra memor fuit nostri : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et redémit nos ab inimícis nostris : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui dat escam omni carni : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Deo cæli : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Antiphona.



3 Ant. VIII G

HYmnum * cantá-te no-bis de cánti- cis Si- on.

E u o u a e.

Psalmus 136.

SUper flúmina Babylónis, illic sédimus et flévimus : * cum recordarémur Sion :

In salícibus in médio ejus, * suspéndimus órgana nostra.

Quia illic interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, * verba cantiónum :

Et qui abduxérunt nos : * Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Quómodo cantábimus cánticum Dómini * in terra aliéna?

Si oblítus fúero tui Jerúsalem, * oblivióni detur déxtera mea.

Adhǽreat lingua mea fáucibus meis, * si non memínero tui :

Si non proposúero Jerúsalem, * in princípio lætítiæ meæ.

Memor esto Dómine filiórum Edom, * in die Jerúsalem :

Qui dicunt : Exinaníte, exinaníte * usque ad fundaméntum in ea.

Fília Babylónis mísera : * beátus qui retríbuet tibi retributiónem tuam, quam retribuísti nobis.

Beátus qui tenébit * et allídet párvulos tuos ad petram.

Antiphona. Hymnum cantá-te no-bis de cánti- cis Si- on.

4 Ant. V a

IN conspéctu * Ange-ló-rum psallam ti- bi De- us me- us. E u o u a e.

Psalmus 137.

Confitébor tibi Dómine in toto corde meo : * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi : * adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua et veritáte tua : * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me : * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ : * quia audiérunt ómnia verba oris tui :

Et cantent in viis Dómini : * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, et humília réspicit : * et alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me : † et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, * et salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me : † Dómine misericórdia tua in sǽculum : * ópera mánuum tuárum ne despícias.


Antiphona. In conspéctu Ange-ló-rum psallam ti-bi De-us me- us.

T. Pasch. Ant. Alle-lú- ia, alle-lú- ia, alle- lú- ia.


Capitulum. *2 Cor. 1, 3-4.*

Benedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, † Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

℟. br. VI Bene-dí-cam Dómi-num * In omni témpo-re. Be-ne-



dí-cam. ℣. Semper laus e-jus in o-re me- o. * In. ℣. Gló-




ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Be-ne-dí-cam.

Hymnus.

Tonus in Hieme.

VIII




C ÆLI De- us sanctíssime, Qui lú-cidum centrum po-

li Candó-re pingis ígne- o, Augens de-có-ro lúmi-ne.

Tonus in Æstate.

I



C ÆLI De- us sanctíssime, Qui lú-ci-dum centrum po-

li Candó-re pingis ígne- o, Augens de-có-ro lúmi-ne :

Quarto die qui flámmeam
Solis rotam constítuens,
Lunæ minístras órdinem,
Vagósque cursus síderum :

Ut nóctibus vel lúmini
Diremptiónis términum,
Primórdiis et ménsium
Signum dares notíssimum;

Illúmina cor hóminum,
Abstérge sordes méntium,
Resólve culpæ vínculum,
Evérte moles críminum.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G 2

RESpé-xit Dómi-nus * humi- li-tá-tem me- am, et fe-cit in me magna qui pot-ens est. E u o u a e.

FERIA QUINTA AD VESPERAS.

1 Ant. III g

DOmi-ne * pro-básti me, et cognoví-sti me. E u o u a e.

Et non repetitur in Psalmo.

T. Pasch. Ant. III g

AL-le-lú- ia,:* alle-lú- ia, al-le- lú- ia. E u o u a e.

Psalmus 138.

DOmine probásti me et cognovísti me : * tu cognovísti sessiónem meam et resurrectiónem meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longe : * sémitam meam et funículum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidísti : * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovísti ómnia novíssima et antíqua : * tu formásti me, et posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me : * confortáta est, et non pótero ad eam.

Quo ibo a spíritu tuo? * et quo a fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in cælum, tu illic es : * si descéndero in inférnum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculo, * et habitávero in extrémis maris :

Etenim illuc manus tua dedúcet me : * et tenébit me déxtera tua.

Divisio.

ET dixi : Fórsitan ténebræ conculcábunt me : * et nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabúntur a te, † et nox sicut dies illuminábitur : * sicut ténebræ ejus, ita et lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos : * suscepísti me de útero matris meæ.

Confitébor tibi quia terribíliter magnificátus es : † mirabília ópera tua, * et ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum a te, quod fecísti in occúlto : * et substántia mea in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, † et in libro tuo omnes scribéntur : * dies formabúntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus : * nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur : * exsurréxi, et adhuc sum tecum.

Si occíderis Deus peccatóres : * viri sánguinum declináte a me :

Quia dícitis in cogitatióne : * accípient in vanitáte civitátes tuas.


Nonne qui odérunt te Dómine, óderam? * et super inimícos tuos tabescébam?

Perfécto ódio óderam illos : * et inimíci facti sunt mihi.

Proba me Deus, et scito cor meum : * intérroga me, et cognósce sémitas meas.


Et vide, si via iniquitátis in me est : * et deduc me in via ætérna.

Antiphona.



Dómi-ne pro-básti me, et cognoví-sti me.

2 Ant. IV g



A vi-ro in-íquo * lí-be-ra me Dómi-ne.

E u o u a e.

Psalmus 139.

ERipe me Dómine ab hómine malo : * a viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde : * tota die constituébant prǽlia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis : * venénum áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me Dómine de manu peccatóris : * et ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos : * abscondérunt supérbi láqueum mihi :

Et funes extendérunt in láqueum : * juxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino : Deus meus es tu : * exáudi Dómine vocem deprecatiónis meæ.

Dómine, Dómine virtus salútis meæ : * obumbrásti super caput meum in die belli :

Ne tradas me Dómine a desidério meo peccatóri : † cogitavérunt contra me, * ne derelínquas me, ne forte exalténtur.

Caput circúitus eórum : * labor labiórum ipsórum opériet eos :

Cadent super eos carbónes, † in ignem dejícies eos : * in misériis non subsístent.

Vir linguósus non dirigétur in terra : * virum injústum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus judícium ínopis : * et vindíctam páuperum.

Verúmtamen justi confitebúntur nómini tuo : * et habitábunt recti cum vultu tuo.

Antiphona. A vi-ro in-íquo li-be-ra me Dómi-ne.

3 Ant. VIII a

DOmi-ne * clamá-vi ad te, ex-áudi me. E u o u a e.

Et non repetitur in Psalmo.

Psalmus 140.

DOmine clamávi ad te, exáudi me : * inténde voci meæ, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo : * elevátio mánuum meárum sacrifícium vespertínum.

Pone Dómine custódiam ori meo : * et óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ, * ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem : * et non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me justus in misericórdia, et increpábit me : * óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.

Quóniam adhuc et orátio mea in beneplácitis eórum : * absórpti sunt juncti petræ júdices eórum.

Audient verba mea quóniam potuérunt : * sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum : † quia ad te Dómine, Dómine óculi mei : * in te sperávi, non áuferas ánimam meam.


Custódi me a láqueo quem statuérunt mihi : * et a scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres : * singuláriter sum ego donec tránseam.

Antiphona.




T. Pasch. Ant.



Capitulum. *2 Cor. 1, 3-4.*

BEnedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, + Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

℟. br. VI




di-cam. ℣. Semper laus e-jus in o-re me- o. * In. ℣. Gló-


ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí-tu- i Sancto. Be-ne-dí-cam.

Hymnus.

Tonus in Hieme.



Tonus in Æstate.



Demérsa lymphis ímprimens,
Subvécta cælis írrigans :
Ut stirpe una pródita
Divérsa rápiant loca :

Largíre cunctis sérvulis,
Quos mundat unda Sánguinis,
Nescíre lapsus críminum,
Nec ferre mortis tædium.

Ut culpa nullum déprimat,
Nullum levet jactántia :
Elísa mens ne cóncidat,
Eláta mens ne córruat.


Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.


VII c






FERIA SEXTA AD VESPERAS.

1 Ant. VIII a





T. Pasch. Ant. VIII a



Psalmus 141

VOce mea ad Dóminum clamávi : * voce mea ad Dóminum deprecátus sum :

Effúndo in conspéctu ejus oratiónem meam, * et tribulatiónem meam ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spíritum meum, * et tu cognovísti sémitas meas.

In via hac qua ambulábam, * abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad déxteram et vidébam : * et non erat qui cognósceret me.

Périit fuga a me, * et non est qui requírat ánimam meam.


Clamávi ad te Dómine, ✝ dixi : Tu es spes mea, * pórtio mea in terra viventium.

Inténde ad deprecatiónem meam : * quia humiliátus sum nimis.

Líbera me a persequéntibus me : * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo : * me exspéctant justi, donec retríbuas mihi.

Antiphona.



2 Ant. VI F



Et non repetitur in Psalmo.

Psalmus 143.

BEnedíctus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prǽlium, * et dígitos meos ad bellum.

Misericórdia mea, et refúgium meum : * suscéptor meus, et liberátor meus :

Protéctor meus, et in ipso sperávi : * qui subdit pópulum meum sub me.

Dómine quid est homo, quia innotuísti ei? * aut fílius hóminis, quia réputas eum?

Homo vanitáti símilis factus est : * dies ejus sicut umbra prætéreunt.

Dómine inclína cælos tuos, et descénde : * tange montes, et fumigábunt.

Fúlgura coruscatiónem, et dissipábis eos : * emítte sagíttas tuas, et conturbábis eos :

Emítte manum tuam de alto, ✝ éripe me, et líbera me de aquis multis : * de manu filiórum alienórum.

Quorum os locútum est vanitátem : * et déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Divisio.

DEus cánticum novum cantábo tibi : * in psaltério, decachórdo psallam tibi.

Qui das salútem régibus : * qui redemísti David servum

tuum de gládio malígno : éripe me.

Et érue me de manu filiórum alienórum, + quorum os locútum est vanitátem : * et déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Quorum fílii, sicut novéllæ plantatiónes * in juventúte sua.

Fíliæ eórum compósitæ : * circumornátæ ut similitúdo templi.

Promptuária eórum plena, * eructántia ex hoc in illud.

Oves eórum fetósæ, abundántes in egréssibus suis : * boves eórum crassæ.

Non est ruína macériæ, neque tránsitus : * neque clamor in platéis eórum.

Beátum dixérunt pópulum cui hæc sunt : * beátus pópulus cujus Dóminus Deus ejus.

Antiphona.




Bene-díctus Dómi- nus De- us me- us.

3 Ant.
VIII a

P



ER síngu- los di- es * bene-dí-cam te Dómi- ne.



E u o u a e.

Psalmus 144.

EXaltábo te Deus meus rex : * et benedícam nómini tuo in sǽculum et in sǽculum sǽculi.

Per síngulos dies benedícam tibi : * et laudábo nomen tuum in sǽculum et in sǽculum sǽculi.

Magnus Dóminus et laudábilis nimis : * et magnitúdinis ejus non est finis.

Generátio et generátio laudábit ópera tua : * et poténtiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ sanctitátis tuæ loquéntur : * et mirabília tua narrábunt.

Et virtútem terribílium tuórum dicent : * et magnitúdinem tuam narrábunt.

Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eructábunt : * et justítia tua exsultábunt.

Miserátor et miséricors Dóminus : * pátiens et multum miséricors.


Suávis Dóminus univérsis : * et miseratiónes ejus super ómnia ópera ejus.

Anti-phona.



Per síngu-los di- es bene-dí-cam te Dómi-ne.

T. Pasch. Ant.



Alle- lú- ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia.


Capitulum. *2 Cor. 1, 3-4.*

BEnedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, † Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.


℟. br. VI



BEne-dí-cam Dómi-num * In omni témpo-re. Be-ne-



dí-cam. ℣. Semper laus e-jus in o-re me- o. * In. ℣. Gló-




ri- a Patri, et Fi- li- o, et Spi-ri-tu- i Sancto. Be-ne-dí-cam.

Hymnus.

Tonus in Hieme.

VIII




PLasmá-tor hómi-nis De- us, Qui cuncta so-lus órdi-




nans, Humum jubes prodú-ce-re Reptántis et fe-ræ genus.

Tonus in Æstate.

1





Qui magna rerum córpora,
Dictu jubéntis vívida,
Ut sérviant per órdinem,
Subdens dedísti hómini :

Repélle a servis tuis
Quidquid per immundítiam,
Aut móribus se súggerit,
Aut áctibus se intérserit.

Da gaudiórum prǽmia,
Da gratiárum múnera :
Dissólve litis víncula,
Adstrínge pacis fœdera.


Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.


℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

1 f








SABBATO AD VESPERAS.

1 Ant. VII c 2



In Adventu : *In Sabbatis, incluso etiam Sabbato ante Dominicam IV in Vigilia Nativitatis Domini occurrentem, Antiphonæ e Laudibus Dominicæ sequentis, ut in Proprio de Tempore.*

T. Pasch. Ant. VII c 2



Divisio Psalmi 144.

COnfiteántur tibi Dómine ómnia ópera tua : * et sancti tui benedícant tibi.

Glóriam regni tui dicent : * et poténtiam tuam loquéntur :

Ut notam fáciant fíliis hóminum poténtiam tuam : * et glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum regnum ómnium sæculórum : * et dominátio tua in omni generatióne et generatiónem.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis : * et sanctus in ómnibus opéribus suis.

Allevat Dóminus omnes qui córruunt : * et érigit omnes elísos.

Oculi ómnium in te sperant Dómine : * et tu das escam illórum in témpore opportúno.

Aperis tu manum tuam : * et imples omne ánimal benedictióne.

Justus Dóminus in ómnibus viis suis : * et sanctus in ómnibus opéribus suis.


Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum : * ómnibus invocántibus eum in veritáte.

Voluntátem timéntium se fáciet : † et deprecatiónem eórum exáudiet : * et salvos fáciet eos.

Custódit Dóminus omnes diligéntes se : * et omnes peccatóres disperdet.

Laudatiónem Dómini loquétur os meum : * et benedícat omnis caro nómini sancto ejus in sæculum et in sæculum sæculi.

Antiphona.





2 Ant. IV E



Psalmus 145

LAuda ánima mea Dóminum, † laudábo Dóminum in vita mea : * psallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus : * in fíliis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, et revertétur in terram suam : * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, † spes ejus in Dómino Deo ipsíus : * qui fecit cælum et terram, mare, et ómnia quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sǽculum, † facit judícium injúriam patiéntibus : * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos : * Dóminus illúminat cæcos.


Dóminus érigit elísos, * Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádvenas, † pupíllum et víduam suscípiet : * et vias peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in sǽcula Deus tuus Sion, * in generatiónem et generatiónem.

Antiphona.

3 Ant. VIII a



Psalmus 146.

LAudáte Dóminum quóniam bonus est psalmus : * Deo nostro sit jucúnda decóraque laudátio.

Ædíficans Jerúsalem Dóminus : * dispersiónes Israélis congregábit.

Qui sanat contrítos corde : * et álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitúdinem stellárum : * et ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus : * et sapiéntiæ ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus : * humílians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne : * psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cælum núbibus : * et parat terræ plúviam.


Qui prodúcit in móntibus fœnum : * et herbam servitúti hóminum.

Qui dat juméntis escam ipsórum : * et pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit : * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super timéntes eum : * et in eis qui sperant super misericórdia ejus.

Antiphona.



4 Ant. t. irreg.



Et non repetitur in Psalmo.

Psalmus 147.

LAuda Jerúsalem Dóminum : * lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum : * benedíxit fíliis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem : * et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ : * velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : * nébulam sicut cínerem spargit.


Mittit crystállum suam sicut buccéllas : * ante fáciem frigoris ejus quis sustinébit?

Emíttet verbum suum, et liquefáciet ea : * flabit spíritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob : * justítias et judícia sua Israel.

Non fecit táliter omni natióni : * et judícia sua non manifestávit eis.

Antiphona.



T. Pasch. Ant.




Antiphonæ cum Psalmis per Annum ac Temp. Pasch. assignatæ semper in Sabb. dicuntur pro I Vesperis Dominicæ sequentis, quando agendum est Officium de ipsa Dominica, tam in Dom. minoribus extra Octavas Nativit., Epiphan., Ascens., Ssmi Corporis Christi ac Ss. Cordis D. N. J. C., quam in Dom. majoribus, extra Adventum, non exclusa ipsa Dominica in Albis.


Capitulum. *Rom. 11, 33.*

O altitúdo divitiárum sapiéntiæ et sciéntiæ Dei : † quam incomprehensibília sunt judícia ejus, * et investigábiles viæ ejus!

℟. br. VI







cto. Magnus.

Hymnus.

Tonus in Hieme.

1

O lux be- á- ta Trí-ni- tas, Et princi-pá-lis U-ni-tas, Jam sol re-cé-dit ígne- us, Infúnde lumen córdi-bus.

Tonus in Æstate.

VIII

O lux be- á-ta Trí-ni-tas, Et princi-pá-lis Uni-tas. Jam sol re-cé-dit ígne- us, Infúnde lumen córdi-bus.

Te mane laudum cármine,
Te deprecémur véspere :
Te nostra supplex glória
Per cuncta laudet sǽcula.

℣ Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum.
Amen.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Quando fit Commemoratio B. M. V., dicitur doxologia Glória tibi, Dómine, Qui natus es de Vírgine, *sed non mutatur tonus hymni.*

Ad Magnificat, Antiphona.

VII a

S Uscé- pit De- us * Isra- el pú- e-rum su- um, sic-



ut lo-cú-tus est ad Abraham, et semen e- jus : exaltá-re



húmi-les usque in sǽcu-lum. E u o u a e.

Capitulum O altitúdo *dicitur in Vesperis Sabbati ab Octava Ss. Cordis D. N. J. C. usque ad Adventum, et ab Octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam;* ℟. *br., Hymnus et Versus etiam usque ad Quadragesimam; Antiphona ad Magnificat ab Octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam tantum.*

Post Antiphonam, dicitur Kýrie eléison, Pater noster *et Oratio conveniens.*

Postea fiunt Commemorationes, si occurrant, et Suffragium de omnibus Sanctis, si a Rubricis præscribitur, vel Temp. Pasch. Commemoratio de Cruce, ut infra apposita sunt.

Post ultimam Orationem dicitur :

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.
℟. Amen.

Si post Vesperas immediate sequatur Completorium, dicto ℣. Fidélium ánimæ, *statim incipitur* ℣. Jube, domne, benedícere, *ut infra ad Completorium.*

Secus autem, si tunc terminetur Officium, dicitur Pater noster *totum secreto.*

Et si discedatur a Choro, Oratione Dominica secreto recitata, subjungitur :

℣. Dóminus det nobis suam pacem.
℟. Et vitam ætérnam. Amen.

Atque statim dicitur una ex Antiphonis finalibus B. M. V. quæ in fine Completorii notantur. Postea concluditur :

℣. Divínum auxílium máneat semper nobíscum.
℟. Et cum frátribus nostris abséntibus. Amen.

COMMEMORATIONES COMMUNES.

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

Suffragium de Omnibus Sanctis.

Ad Vesperas et Laudes.

Suffragium de Omnibus Sanctis fit, extra Tempus Paschale, in Officio semiduplici aut simplici tam de Tempore quam de Sanctis, excepto Tempore Adventus ac Passionis ac præter omnes dies in quibus habita sit Commem. Duplicis, etiam concurrentis, vel factum fuerit Officium aut Commemoratio cujusvis Octavæ, etiam Simplicis.

Ant. 1



B E-á-ta De- i Gé-nitrix, * Virgo Ma-rí- a, Sanctíque



omnes intercédant pro no-bis ad Dó-minum.

℣. Mirificávit Dóminus Sanctos suos.
℟. Et exaudívit eos clamántes ad se.


Orémus. *Oratio.*

A cunctis nos, quǽsumus Dómine, mentis et córporis defénde perículis : * et, intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genitríce María, cum beáto Joseph, beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, beáto *N.* atque beáto Patre nostro Benedícto, et ómnibus Sanctis, salútem nobis tríbue benígnus et pacem ; * ut, destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis, Ecclésia tua secúra tibi sérviat libertáte. Per eúmdem Dóminum.

In opposita mox Oratione, ad litteram N., exprimitur nomen Sancti Titularis propriæ Ecclesiæ; et nomina sanctorum Angelorum et sancti Joannis Baptistæ, si Titulares fuerint, præponuntur nomini sancti Joseph.

In Officiis B. M. V.

Ant. VIII



SAncti omnes * intercédant pro no- bis ad Dóminum.

℣. Mirificávit Dóminus Sanctos suos.

℟. Et exaudívit eos clamántes ad se.

Orémus. *Oratio.*

A cunctis nos, quǽsumus Dómine, mentis et córporis defénde perículis : * et, intercedénte beáto Joseph, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, beáto *N.* atque beáto Patre nostro Benedícto et ómnibus Sanctis, salútem nobis tríbue benígnus et pacem ;* ut, destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis, Ecclésia tua secúra tibi sérviat libertáte. Per Dóminum.

TEMPORE PASCHALI.

Commemoratio de Cruce.

Tempore autem Paschali, a Feria II post Dominicam in Albis usque ad Vigiliam Ascensionis inclusive, in Officio Semiduplici aut Simplici tam de Tempore quam de Sanctis, nisi habita sit Commemoratio Duplicis, etiam concurrentis, vel factum fuerit Officium aut Commemoratio cujusvis Octavæ, loco Suffragii fit sequens Commemoratio de Cruce.

Ad Vesperas.


Ant. II



CRu-cem sanctam súb- i- it, * qui inférnum con-



fré-git, accínctus est pot- énti- a, surré-xit di- e térti- a,



al-le- lú- ia. ℣. Dícite in natiónibus *ut infra.*

Ad Laudes.

Ant. VI

CRu-ci- fi-xus * surré-xit a mór- tu- is, et red-émit nos, alle- lú- ia, alle-lú-ia.

℣. Dícite in natiónibus, allelúia.
℟. Quia Dóminus regnávit a ligno, allelúia.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem : * concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

AD COMPLETORIUM.

Lector petit benedictionem, dicens : Jube, domne, benedícere.

Benedictio. Noctem quiétam et finem perféctum * concédat nobis Dóminus omnípotens. ℟. Amen.

Lectio brevis. *1 Petr. 5, 8-9.*

FRatres : Sóbrii estóte, et vigiláte : † quia adversárius vester diábolus, tamquam leo rúgiens circuit, quærens quem dévoret : * cui resístite fortes in fide. Tu autem, Dómine, miserére nobis. ℟. Deo grátias.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

Pater noster *quod dicitur totum secreto.*

Deinde Hebdomadarius facit Confessionem.

COnfiteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, beáto Patri nostro Benedícto, ómnibus Sanctis, et vobis fratres : quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, beátum Patrem nostrum Benedíctum, omnes Sanctos, et vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet :

MIsereátur tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

Deinde repetit Confessionem : et ubi dicitur vobis fratres, *et* vos fratres, *dicatur* tibi pater, *et* te pater.

Facta Confessione a Choro, Hebdomadarius dicit :

MIsereátur vestri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

INdulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus. ℟. Amen.

Extra Chorum, si unus vel duo tantum recitent Officium, et in Choro Monialium, semel tantum ac simul ab omnibus ita fit Confessio :

COnfiteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, beáto Patri nostro Benedícto et ómnibus Sanctis, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, beátum Patrem nostrum Benedíctum et omnes Sanctos, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Deinde dicitur :

MIsereátur nostri omnípotens Deus, et, dimíssis peccátis nostris, perdúcat nos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

INdulgéntiam, absolutiónem et remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus. ℟. Amen.

Et facta absolutione dicitur :

℣. Convérte nos Deus salutáris noster.
℟. Et avérte iram tuam a nobis.
℣. Deus in adjutórium, etc.

Psalmus 4.

CUM invocárem exaudívit me Deus justítiæ meæ : * in tribulatióne dilatásti mihi.

Miserére mei, * et exáudi oratiónem meam.

Fílii hóminum úsquequo gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem et quǽritis mendácium?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum, * Dóminus exáudiet me cum clamávero ad eum.

Irascímini, et nolíte peccáre : * quæ dícitis in córdibus vestris, * in cubílibus vestris compungímini.

Sacrificáte sacrifícium justítiæ, † et speráte in Dómino. * Multi dicunt : Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine : * dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini et ólei sui * **multiplicáti sunt.**

In pace in idípsum * dórmiam et **requiéscam.**

Quóniam tu Dómine singuláriter in spe * constituísti me.

Psalmus 90.

QUI hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cæli commorábitur.

Dicet Dómino : Suscéptor meus es tu et refúgium meum : * Deus meus sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * et a verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi : * et sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus : * non timébis a timóre noctúrno.

A sagítta volánte in die, † a negótio perambulánte in ténebris : * ab incúrsu, et dæmónio meridiáno.

Cadent a látere tuo mille, † et decem míllia a dextris tuis : * ad te autem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis considerábis : * et retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es Dómine spes mea : * Altíssimum posuísti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum : * et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis suis mandávit de te : * ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te : * ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem et basilíscum ambulábis : * et conculcábis leónem et dracónem.

Quóniam in me sperávit, liberábo eum : * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, et ego exáudiam eum : † cum ipso sum in tribulatióne : * erípiam eum et glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum : * et osténdam illi salutáre meum.

Psalmus 133.

Ecce nunc benedícite Dóminum, * omnes servi Dómini :


Qui statis in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri.

In nóctibus extóllite manus vestras in sancta, * et benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cælum et terram.

Hymnus.

In Feriis et Officiis Simplicibus per Annum.



In Festis Minoribus per Annum.



mus, Ut só- li-ta cleménti- a Sis præsul ad custó-di- am.

In Sabbatis et Dominicis per Annum.

VIII

TE lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre- á- tor pósci-

mus, Ut só- li-ta cleménti- a Sis præsul ad custó-di- am.

In Festis Majoribus.

II

TE lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre- á-tor pósci-

mus, Ut só- li- ta cleménti- a Sis præsul ad custó-di- am.

In Solemnitatibus.

VIII

TE lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre- á- tor pósci-


mus, Ut só-li- ta cleménti- a Sis præ- sul ad custó-di- am.

Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata :
Hostémque nostrum cómprime,
Ne polluántur córpora.

℣ Præsta Pater omnípotens,
Per Jesum Christum Dóminum,
Qui tecum in perpétuum
Regnat cum Sancto Spíritu.
Amen.

Tempore Adventus, Quadragesimæ et Passionis ac Tempore Paschali, necnon in Festis doxologiam propriam habentibus, tonus hymni ut notatur in Proprio de Tempore vel de Sanctis. In Festis vero B. M. V., ac, nisi aliter notetur, infra eorum Octavas, cantatur hymnus in tono sequenti, etiam Tempore Paschali :

In Festis B. Mariæ Virginis.



Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata :
Hostémque nostrum cómprime,
Ne polluántur córpora.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Capitulum. *Jer. 14, 9.*

TU autem in nobis es Dómine, ✠ et nomen sanctum tuum invocátum est super nos, * ne derelínquas nos, Dómine Deus noster.

℟. Deo grátias.

℣. Custódi nos Dómine ut pupíllam óculi. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Sub umbra alárum tuárum prótege nos. (*T. P.* Allelúia.)
Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.
Pater noster *secreto usque ad*
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed libera nos a malo.

Preces.

Sequentes Preces non dicuntur in Duplicibus, nec infra Octavas, nec in diebus in quibus ad Vesperas facta sit Commemoratio Duplicis aut cujusvis Octavæ, etiam Simplicis, nec in Feria VI post Octavam Ascensionis, nec in Vigilia Epiphaniæ.

Credo in Deum *secreto usque ad*

℣. Carnis resurrectiónem.

℟. Vitam ætérnam. Amen.

℣. Dignáre Dómine nocte ista.

℟. Sine peccáto nos custodíre.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

VIsita, quǽsumus Dómine, habitatiónem istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle: † Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant: * et benedíctio tua sit super nos semper. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

Benedictio.


BEnedícat et custódiat nos omnípotens et miséricors Dóminus, Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus. ℟. Amen.

Et non dicitur Fidélium ánimæ, *sed immediate dicitur una ex infrascriptis Antiphonis B. M. V. pro tempore.*

ANTIPHONÆ FINALES B. M. V

¶ *A Vesperis Sabbati ante Dominicam I Adventus usque ad II Vesperas Purificationis, diei 2 Februarii inclusive :*

Ant. V



vi- a cæ-li Por-ta ma- nes, Et stel- la ma- ris, suc-

cúrre cadén- ti Súrge-re qui cu- rat pópu-lo : Tu quæ

genu- í- sti, Na-tú- ra mi-rán- te, tu- um sanctum Ge- ni- tó-

rem : Vir- go pri- us ac posté- ri- us, Gabri- é- li

ab o- re Sumens il-lud Ave, * pecca-tó-rum mi-se-ré- re.

In Adventu :

℣. Angelus Dómini nuntiávit Maríæ.

℟. Et concépit de Spíritu Sancto.

Orémus. *Oratio.*

GRátiam tuam, quǽsumus Dómine, méntibus nostris infúnde : ✝ ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui Incarnatiónem cognóvimus, * per passiónem ejus et crucem ad resurrectiónis glóriam perducámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

A primis Vesperis Nativitatis Domini et deinceps :

℣. Post partum Virgo invioláta permansísti.

℟. Dei Génitrix, intercéde pro nobis.


Orémus. *Oratio.*

DEus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fecúnda, humáno géneri prǽmia præstitísti : ✝ tríbue, quǽsumus :

ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, * per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. ℟. Amen.

¶ *Post Purificationem, id est, a fine Completorii illius diei 2 Februarii inclusive, etiam quando transferatur festum Purificationis B. M. V., usque ad Feriam V in Cœna Domini exclusive.*

Ant. VI












℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Orémus. *Oratio.*


Concéde, miséricors Deus, fragilitáti nostræ præsídium: ut qui sanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, * intercessiónis ejus auxílio, a nostris iniquitátibus resurgámus. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

¶ *A Completorio Sabbati Sancti usque ad Nonam Sabbati infra Octavam Pentecostes inclusive.*


Ant. VI












℣. Gaude et lætáre Virgo María, allelúia.
℟. Quia surréxit Dóminus vere, allelúia.

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui per resurrectiónem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum lætificáre dignátus es : † præsta, quǽsumus ; ut per ejus Genitrícem Vírginem Maríam, * perpétuæ capiámus gáudia vitæ. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

¶ *A primis Vesperis Festi Ss. Trinitatis usque ad Nonam Sabbati ante Adventum inclusive.*

Ant. I



Vi- ta, dulcé- do, et spes nostra, sal- ve. Ad te

clamá-mus, éxsu- les, fí- li- i He-væ. Ad te suspi-rá-

mus, geméntes et flentes in hac lacrimá-rum val-le.

E- ia ergo, Advo-cá- ta nostra, il-los tu- os mi-se-

ri-cór-des ó-cu-los ad nos convér- te. Et Je-sum, be-

ne-dí- ctum fructum ventris tu- i, no-bis post hoc exsí-

li- um osténde : O cle- mens : O pi- a : O

dulcis * Virgo Ma- rí- a.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus. *Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus, qui gloriósæ Vírginis Matris Maríæ corpus et ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu Sancto cooperánte præparásti : † da, ut cujus commemoratióne lætámur, * ejus pia intercessióne ab instántibus malis et a morte perpétua liberémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Divínum auxílium máneat semper nobíscum.
℟. Et cum frátribus nostris abséntibus. Amen.

Deinde dicitur secreto Pater noster, Ave María *et* Credo.

Sic dicitur Completorium per totum Annum, præterquam in triduo Majoris Hebdomadæ.

Si post Completorium immediate sequatur Matutinum, tunc bis dicatur Pater noster, Ave María *et* Credo, *quia Completorium, quod est finis Officii, sic terminari debet, et ante Matutinum iterum repetitur pro principio Officii sequentis diei.*

Antiphonæ prædictæ dicuntur etiam in fine Laudum, quando discedendum est a Choro; sed si immediate post Laudes subsequatur Prima vel alia Hora, dicuntur in fine ultimæ Horæ, ita ut dicantur semper quando, terminata aliqua Hora, discedendum est a Choro : et tunc, post Pater noster *secreto, dicitur* ℣. Dóminus det nobis suam pacem. ℟. Et vitam ætérnam. Amen. *Deinde una ex prædictis Antiphonis; et in fine* ℣. Divínum auxílium máneat semper nobíscum. ℟. Et cum frátribus nostris abséntibus. Amen.


ANTIPHONÆ FINALES B. M. V.


In Cantu Simplici, usu recepto.


V

A-L-ma * Red-emptó-ris Ma-ter, quæ pérvi- a cæ-li Por-

ta manes, et stella ma-ris, succúrre cadénti, Súrge-re qui


cu-rat, pópu-lo : Tu quæ genu- ísti, Na-tú-ra mi-ránte, tu- um
sanctum Ge-ni-tó-rem, Virgo pri- us ac posté-ri- us, Gabri- é-
lis ab o-re Sumens il-lud Ave, pecca-tó-rum mi-se-ré- re.


VI
A
-ve Re-gi-na cæ-ló-rum.* Ave Dómi-na Ange-ló-rum
Salve ra-dix, salve porta, Ex qua mundo lux est orta :
Gaude Virgo glo-ri- ó-sa, Super omnes spe-ci- ó-sa : Va-le



o valde de-có- ra, Et pro no- bis Christum exó- ra.
VI
R
Egí-na cæ-li * læ-tá-re, alle- lú- ia : Qui- a quem me-
ru- í-sti portáre, alle- lú- ia : Re-surréxit, sic-ut di-xit, al-



le- lú-ia : O-ra pro no-bis De- um, alle-lú- ia.

V

S



Alve Re-gí-na, * ma-ter mi-se-ri-córdi- æ, Vi-ta, dul-




cé- do, et spes nostra, salve. Ad te clamámus, éxsu-




les, fí- li- i Hevæ. Ad te suspi-rámus, geméntes et flentes



in hac lacrimárum valle. E-ia ergo, Advo-cá-ta nostra,




il-los tu- os mi-se-ri-córdes ó-cu-los ad nos convér-te. Et



Je-sum, be-ne-díctum fructum ventris tu- i, no-bis post hoc ex-



sí- li- um osténde. O cle-mens, O pi- a, O



dulcis * Virgo Ma-rí- a.

PROPRIUM DE TEMPORE

TEMPORE ADVENTUS

ORDINARIUM

DE TEMPORE ADVENTUS.

AD VESPERAS.

In Dominicis. *Antiphonæ de Laudibus, quarta prætermissa. Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.* ℟. *br., Hymnus et* ℣. *ut infra.*

In Feriis. *Antiphonæ et Psalmi de Feria currenti ut in Psalterio. Capitulum,* ℟. *br., Hymnus et* ℣. *ut infra. In Sabbatis vero omnia ut notatur proprio loco.*

Capitulum. In Feriis tantum. *Gen. 49, 10.*

NON auferétur sceptrum de Juda, et dux de fémore ejus, † donec véniat qui mitténdus est : * et ipse erit exspectátio Géntium.

℟. Deo grátias.

Sic semper respondetur in fine omnium Capitulorum.

Responsorium breve.

IV

O-sténde no-bis Dómi-ne * Mi-se-ri-córdi- am tu- am. Osténde. ℣. Et sa-lu-tá-re tu- um da no-bis. * Mi-se-ri-córdi- am tu- am. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fi-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Repetitur Osténde, etc.

Hymnus.

IV

COndi-tor alme si-de-rum, Ætérna lux cre-dénti- um, Christe Redémptor ómni- um, Exáudi pre-ces súppli-cum.

Qui cóndolens intéritu
Mortis períre sǽculum,
Salvásti mundum lánguidum,
Donans reis remédium :

Vergénte mundi véspere,
Uti sponsus de thálamo,
Egréssus honestíssima
Vírginis Matris cláusula.

Cujus forti poténtiæ
Genu curvántur ómnia,
Cæléstia, terréstria,
Nutu faténtur súbdita.

Te deprecámur, hágie,
Ventúre judex sǽculi,
Consérva nos in témpore,
Hostis a telo pérfidi.

Laus, honor, virtus, glória
Deo Patri, et Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sǽcula. Amen.

℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona propria, nisi dicenda sit Antiphona O.

Oratio de Dominica, vel, in Feriis, de Dominica præcedenti, quando propria non assignatur. In Officio feriali, ad omnes Horas, Orationes dicuntur flexis genibus, sicut et Preces ad Primam et Completorium et Pater noster *ante Orationem.*

Suffragium de omnibus Sanctis omittitur per totum Adventum.

Tonus Hymni ad Completorium.

IV

TE lu-cis ante términum, Re-rum Cre- á-tor pó-sci-mus, Ut só-li-ta clemén-ti- a, Sis præsul ad cu-stó-di- am.

Hic tonus servandus est ad Completorium per totum Adventum, præterquam in Festis Majoribus et supra, ac in Immaculata Conceptione B. M. V. et per ejus Octavam, excepta tamen Dominica occurrente infra Octavam vel die Octava.

AD LAUDES.

In Dominicis. *Antiphonæ propriæ cum Psalmis de Dominica. Capitulum proprium.* ℟. *br., Hymnus et* ℣. *ut infra.*

In Feriis. *Antiphonæ et Psalmi de Feria currenti, ut in Psalterio; a die vero 17 Decembris, Antiphonæ propriæ. Deinde Capitulum,* ℟. *br., Hymnus et* ℣. *ut infra :*

Capitulum. In Feriis tantum. *Isaiæ 2, 3.*

VEníte et ascendámus ad montem Dómini, et ad domum Dei Jacob, † et docébit nos vias suas et ambulábimus in sémitis ejus : * quia de Sion exíbit lex, et verbum Dómini de Jerúsalem.

℟. Deo grátias.

Responsorium breve.

IV

V Eni ad li-be-rándum nos, * Dómi-ne De- us virtú- tum. Ve-ni. ℣. Osténde fá-ci- em tu- am, et salvi é-rimus. * Dómi-ne. ℣. Glóri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi- ri-tu- i Sancto. Ve-ni.

Hymnus.

V OX cla-ra ecce intonat, Obscú-ra quæque incre- pat: Pellántur éminus sómni- a: Ab æthre Christus prómicat.

Mens jam resúrgat tórpida,
Quæ sorde exstat sáucia:
Sidus refúlget jam novum,
Ut tollat omne nóxium.

E sursum Agnus míttitur
Laxáre gratis débitum:
Omnes pro indulgéntia
Vocem demus cum lácrimis.

Secúndo ut cum fúlserit,
Mundúmque horror cínxerit,
Non pro reátu púniat,
Sed nos pius tunc prótegat.

Laus, honor, virtus, glória
Deo Patri, et Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sǽcula. Amen

℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona propria.

Oratio de Dominica, vel, in Feriis, de Dominica præcedenti quando propria non assignatur.

AD HORAS.

In Dominicis. *Ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam, Antiphonæ de Laudibus dicuntur per ordinem, quarta prætermissa; Capitula et ℣℣. ut in Proprio de Tempore. Ad Primam vero, Capit.* Regi sæculórum *et, extra Chorum, Lectio brevis* Dómine miserére, 10.

In Feriis. *Antiphonæ item sumuntur per ordinem de Laudibus Dominicæ præcedentis, quarta prætermissa, aut, a die 17 Decembris, ex propriis Laudibus. Capitula et ℣℣. ut notantur in Psalterio, pro Adventu. Ad Primam vero, Capit.* Pacem et veritátem *et, extra Chorum, Lectio brevis* Dómine miserére, 10.

Hymnus vero cantatur in tono sequenti :

II

NUnc Sancte no-bis Spí- ri-tus, Unum Patri cum Fí- li- o, Dignáre promptus ínge- ri, Nostro re-fú-sus péc-to-ri.

Hic tonus servandus est ad Horas, tam in Dominicis quam in Feriis, per totum Adventum, præterquam in Festis Majoribus et supra, ac in Immaculata Conceptione B. M. V. et per ejus Octavam, excepta tamen Dominica occurrente infra Octavam vel in die Octava.

Omnia in hoc Ordinario assignata servantur in Officiis de Tempore Adventus usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive.

De Festis in Adventu occurrentibus fit juxta Rubricam, 733.

SABBATO

ANTE DOMINICAM I ADVENTUS.

AD VESPERAS.

Antiphonæ de Laudibus Dominicæ sequentis, quarta prætermissa. Psalmi de Sabbato.

Capitulum. *Rom. 13, 11.*

FRatres : Hora est jam nos de somno súrgere : † nunc enim própior est nostra salus, * quam cum credídimus.

℟. *br.* Osténde, *ut supra in Ordinario,* 182.

Hymnus Cónditor alme síderum, *ut supra in Ordinario,* 182.


℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.

℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.


Ad Magnificat, Antiphona. 1 f

E





gín-quo, et clá-ri-tas e- jus replet orbem terrá-rum.



E u o u a e.

Oratio.

EXcita, quǽsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni : * ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis, te mereámur, protegénte éripi, te liberánte salvári. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus : * per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

DOMINICA I ADVENTUS.

I Classis. Semiduplex.


AD LAUDES ET PER HORAS.


1 Antiphona. VIII G







Ps. Miserére mei Deus, *cum reliquis de Dominica*, 25. *Quod etiam servatur in aliis Dominicis Adventus.*






Ps. Confitémini Dómino quóniam bonus, 26.









Ps. Deus Deus meus, 28.

4 Ant. VII c








Cant. Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino, 29.

5 Ant. IV A*





Ps. Laudáte Dóminum de cælis, 31.

Capitulum. *Rom. 13, 11.*

FRatres : Hora est jam nos de somno súrgere : † nunc enim própior est nostra salus, * quam cum credídimus.

℟. *br.* Veni ad liberándum nos *et Hymnus* Vox clara *ut supra in Ordinario*, 184.

℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.

℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona.

VIII G

Spí- ri-tus Sanctus * in te descéndet Ma-rí- a : ne tí-me- as, habé-bis in ú-te-ro Fí- li- um De- i, alle-lú- ia.

E u o u a e.

Oratio.

Excita, quǽsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni : † ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis, te mereámur protegénte éripi, * te liberánte salvári. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus : * per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

Ad Horas, Hymni cantantur in tono suprascripto ad Tertiam in Ordinario, 185.

AD TERTIAM.

Antiphona Jucundáre *ut supra*, 187. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Veni ad liberándum nos, Dómine Deus virtútum.

℟. Osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

AD SEXTAM.

Antiphona Ecce Dóminus véniet, 187.

Capitulum. *Rom. 13, 12.*

Nox præcéssit, dies autem appropinquávit : † abjiciámus ergo ópera tenebrárum, * et induámur arma lucis.

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.
℟. Et salutáre tuum da nobis.

AD NONAM.

Antiphona Ecce véniet, 188.

Capitulum. *Rom. 13, 13-14.*

SIcut in die honéste ambulémus, † non in comessatiónibus et ebrietátibus, non in cubílibus et impudicítiis, non in contentióne et æmulatióne : * sed induímini Dóminum Jesum Christum.

℣. Super te Jerúsalem oriétur Dóminus.
℟. Et glória ejus in te vidébitur.

AD VESPERAS.

Antiphona In illa die, *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.*

℟. *br.* Osténde nobis *et Hymnus* Cónditor alme, 182.

℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona.


VIII G

NE tíme- as Ma- rí- a, * inve- nísti grá- ti- am apud Dóminum : ecce concí- pi- es, et pá-ri- es fí- li- um, al-le- lú- ia. E u o u a e.

Feria Secunda.

Ad Bened. Ant. 1 f

A Nge-lus Dó-mi-ni * nunti- á-vit Ma-rí- æ, et



concé- pit de Spí-ri-tu Sancto, al-le- lú- ia. E u o u a e.


℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Magnif. Ant. 1 a 2

L E-va * Je-rú-sa-lem ó-cu- los, et vi- de



po-ténti- am re-gis : ecce Salvá-tor ve- nit sólve-re te a vin-



cu- lo. E u o u a e.

Feria Tertia.

Ad Bened. Ant 1 f

A Ntequam conve-ni-rent, * invénta est Marí- a ha-



bens in ú-te-ro de Spí-ri-tu Sancto, alle-lú- ia. E u o u a e.

Ad Magnif.
Ant. *IV A*

Q Uǽri- te Dóminum, * dum inve-ní- ri pot- est : in-



vo-cá-te e- um, dum prope est, al- le-lú- ia. E u o u a e.

℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

Feria Quarta.

Ad Bened.
Ant. II D

D E Si- on * ex-í- bit lex, et verbum Dómi-ni



de Je-rú-sa-lem. E u o u a e.

℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Magnif.
Ant. VIII c

V E-ni- et * fórti- or me post me, cu-jus non



sum dignus sólve- re cor-ri- gi- am calce- amentó- rum



e-jus. E u o u a e.

Feria Quinta.

Ad Bened. Ant. IV A*

BEne-dícta tu * in mu-li- é-ri-bus, et bene-




di-ctus fructus ventris tu- i. E u o u a e.

Ad Magnif. Ant. IV A*

EXspectábo Dóminum * Salva-tó-rem me- um,



et præsto-lábor e- um, dum prope est, al-le-lú- ia.



E u o u a e.

Feria Sexta.

Ad Bened. Ant. I a 2


EC-ce * vé-ni- et De-us et homo de do-



℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Magnif. Ant. IV c






Sabbato.

Ad Bened. Ant. IV d





AD VESPERAS.

Antiphonæ e Laudibus Dominicæ sequentis. Psalmi de Sabbato. Capitulum Fratres : Quæcúmque scripta sunt *ut infra ad Laudes.*
℟. *br.* Osténde nobis *et Hymnus* Cónditor alme, 182.
℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona.

VII a

VEni Dómi-ne * vi-si-tá-re nos in pa- ce, ut læ-témur co-ram te corde perfé-cto. E u o u a e.

Oratio Excita Dómine *ut infra ad Laudes.*

Dominica Adventus quæ occurrit infra Octavam Immac. Conceptionis B. M. V. vel die Octava, Hymni per totum Officium cantantur in tono Adventus, cum doxologia communi.

DOMINICA II ADVENTUS.

II Classis. Semiduplex.

AD LAUDES ET PER HORAS

1 Ant. I g

ECce in nú-bi-bus cæ-li * Dóminus vé-ni- et, cum po-testá-te magna, al-le-lú- ia. E u o u a e.

Ps. Miserére mei Deus, *cum reliquis de Dominica,* 25.

2 Ant. VII d

URBS * forti-tú-di-nis nostræ Si- on, Salvá-tor po-né-



tur in e- a mu-rus et antemu-rá- le : ape-rí-te por-



tas, qui- a no-bíscum De- us, alle-lú- ia. E u o u a e.


3 Ant. VII a



Ecce appa-ré- bit * Dómi-nus, et non menti- é-



tur : si mo-ram fé-ce-rit, exspécta e- um, qui- a vé-ni- et,



et non tardá-bit, alle-lú- ia. E u o u a e.


4 Ant. I f

Montes et colles * cantábunt co-ram De- o laudem,

et ómni- a ligna silvá-rum plaudent má-nibus : quó-ni- am





vé-ni- et Dóminus Domi-ná- tor in re-gnum æ-térnum, alle-



5 Ant. III a







Capitulum. *Rom. 15, 4.*


FRatres : Quæcúmque scripta sunt, ad nostram doctrínam scripta sunt : † ut per patiéntiam, et consolatiónem Scripturárum, * spem habeámus.

℟. *br.* Veni ad liberándum nos *et Hymnus* Vox clara, 184.


℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona.

I f







Oratio.

EXcita Dómine corda nostra ad præparándas Unigéniti tui vias : † ut per ejus advéntum, * purificátis tibi méntibus servíre mereámur. Qui tecum vivit et regnat.

AD TERTIAM.

Antiphona Urbs, 195. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Veni ad liberándum nos, Dómine Deus virtútum.

℟. Osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

AD SEXTAM.

Antiphona Ecce apparébit, 196.

Capitulum. *Rom. 15, 5-6.*

DEus autem patiéntiæ et solátii det vobis idípsum sápere in altérutrum secúndum Jesum Christum : † ut unánimes uno ore honorificétis Deum, * et Patrem Dómini nostri Jesu Christi.

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

℟. Et salutáre tuum da nobis.

AD NONAM.

Antiphona Ecce Dóminus noster, 197.

Capitulum. *Rom. 15, 13.*

DEus autem spei répleat vos omni gáudio et pace in credéndo : † ut abundétis in spe, * et in virtúte Spíritus Sancti.

℣. Super te Jerúsalem oriétur Dóminus.

℟. Et glória ejus in te vidébitur.

AD VESPERAS.

Antiphonæ de Laudibus. Ps. de Dominica. Capit. e Laudibus.
℞. *br.* Osténde nobis *et Hymnus* Cónditor alme, 182.
℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.
℞. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G 2

TU es * qui ventú-rus es, an á- li- um exspectá- mus? Dí- ci-te Jo- ánni quæ vi- dí-stis : Ad lumen réd- e- unt cæ- ci, mórtu- i re- súrgunt, páupe- res e-van- ge- li-zántur, alle- lú- ia. E u o u a e.


Oratio Excita Dómine, 198.

Feria Secunda.

Ad Bened. Ant. VII a

DE cæ-lo vé-ni- et * Domi-ná-tor Dóminus, et in manu e-jus honor et impé-ri- um. E u o u a e.

Ad Magnif.
Ant. IV A*






℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

Feria Tertia.

Ad Bened.
Ant. IV A*






℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Magnif.
Ant. v g





Feria Quarta.

Ad Bened. Ant. VII a




E Cce mitto * An-ge-lum me- um, qui præpa-rá-




bit vi- am me- am ante fá-ci- em tu- am. E u o u a e.

Ad Magnif. Ant. IV d




S I- on * re-no- vá-be- ris, et vi-dé- bis justum



tu- um, qui ventú- rus est in te. E u o u a e.

Feria Quinta.

Ad Bened. Ant. VII c




T U es qui ventú-rus es, * Dómine, quem exspe-



ctámus, ut salvum fá- ci- as pópu-lum tu- um. E u o u a e.

Ad Magnif.
Ant. *IV A**

QUI post me ve-nit, * ante me factus est : cu-jus



non sum dignus calce- aménta sólve-re. E u o u a e.

℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

Feria Sexta.

Ad Bened.
Ant. I g 2

DI-ci-te, * Pu-sil-lánimes confortá- mi-ni : ec-ce



Dóminus De- us noster vé-ni- et. E u o u a e.

℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Magnif.
Ant. VII a


CAntá-te Dómi- no * cánti-cum no- vum : laus




e- jus ab extrémis terræ. E u o u a e.

Sabbato.

Ad Bened. Ant. 1 g



LE-vá-bit * Dómi-nus signum in na-ti- ó-nibus,



et congre-gá-bit dispérsos Isra- el. E u o u a e.

AD VESPERAS.


Antiphonæ e Laudibus Dominicæ sequentis. Psalmi de Sabbato.
Capitulum Fratres : Gaudéte in Dómino *ut infra ad Laudes.*
℟. *br.* Osténde nobis *et Hymnus* Cónditor alme, 182.
℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona.

1 g4



ANte me * non est formá-tus De- us, et post



me non e- rit : qui- a mi- hi curvá-bi- tur omne ge-



nu, et confi- té-bi-tur omnis lingua. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

DOMINICA III ADVENTUS.

II Classis. Semiduplex.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. I a

V E-ni- et Dómi-nus, * et non tardá- bit, ut il-lúmi-net abscóndi- ta tenebrá- rum, et ma-ni-festá-bit se ad omnes gentes, al-le- lú- ia. E u o u a e.


Ps. Miserére mei Deus, *cum reliquis de Dominica*, 25.

2 Ant. VII a transpos.

J E-rúsa-lem gaude * gáudi- o magno, qui- a vé-ni- et ti-bi Salvá- tor, alle- lú- ia. *(Intonatio psalmi.)* E u o u a e.

3 Ant. VIII G


D Abo in Si- on * sa-lú-tem, et in Je-rú-sa-lem




4 Ant. VIII a







5 Ant. II D





Capitulum. *Philipp. 4, 4-5.*

FRatres : Gaudéte in Dómino semper : † íterum dico, gaudéte. * Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus : Dóminus enim prope est.

℟. *br.* Veni ad liberándum nos *et Hymnus* Vox clara, 184.

℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona.





Oratio.

Aurem tuam, quǽsumus Dómine, précibus nostris accómmoda: † et mentis nostræ ténebras * grátia tuæ visitatiónis illústra. Qui vivis et regnas.

AD TERTIAM.

Antiphona Jerúsalem gaude, 204. *Capitulum e Laudibus.*
℣. Veni ad liberándum nos, Dómine Deus virtútum.
℟. Osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

AD SEXTAM.

Antiphona Dabo in Sion, 204.

Capitulum. *Philipp. 4, 6.*

Nihil sollíciti sitis: † sed in omni oratióne et obsecratióne, cum gratiárum actióne, * petitiónes vestræ innotéscant apud Deum.

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.
℟. Et salutáre tuum da nobis.

AD NONAM.

Antiphona Juste et pie vivámus, 205.

Capitulum. *Philipp. 4, 7.*

ET pax Dei, quæ exsúperat omnem sensum, ✝ custódiat corda vestra et intelligéntias vestras * in Christo Jesu Dómino nostro.

℣. Super te Jerúsalem oriétur Dóminus.
℟. Et glória ejus in te vidébitur.

AD VESPERAS.

Antiphonae de Laudibus. Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.

℟. *br.* Osténde nobis Dómine *et Hymnus* Cónditor alme, 182.

℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G

BE-á-ta es Ma-rí- a, * quæ cre-di-dísti : perfi-ci-éntur in te quæ dicta sunt ti-bi a Dómi-no, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio Aurem tuam, 206.

Antiphona Beáta es *prætermittitur, si hodie ejus loco ponenda sit una ex Antiphonis majoribus, ut infra : quibus semper cedunt Antiphonæ propriæ aliis diebus ad Magnificat assignatæ.*

Officium infra Hebdomadam III Adventus invenitur post Antiphonas ultimis feriis Adventus assignatas, 220.

ANTIPHONÆ MAJORES
AD MAGNIFICAT.

Sequentes Antiphonæ majores ad Magnificat inchoantur die 17 Decembris, et singulæ ante et post Magnificat integræ sicut in Duplicibus dicuntur per ordinem usque ad diem ante Vigiliam Nativitatis. Si vero Festum fuerit, dicuntur post Orationem Festi, pro commemoratione Adventus.

Die 17 Decembris.


Antiphona II D

O










Cant. Magníficat *in tono solemni.*

Pro commemoratione :

℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

Die 18.

Ant. II D










Die 19.

Ant. II D









Die 20.

Ant. II D











℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

Die 21.

Ant. II D







Die 22.


Ant.
II D



O Rex génti- um, * et de-si-de-rá-tus e- á-rum, la-



písque angu-lá-ris, qui fa- cis útraque unum : ve-ni,




et salva hó-mi-nem, quem de limo formásti. E u o u a e.

Die 23.


Ant.
II D



O Emmá-nu- el, * Rex et lé-gi-fer noster, exspe-



ctá-ti- o génti- um, et Salvá-tor e- á-rum : ve-ni ad



salvándum nos Dó-mi-ne De- us noster. E u o u a e.

ANTIPHONÆ FERIALES

AD LAUDES ET PER HORAS


a die 17 ad diem 23 Decembris.

Sequentes Antiphonæ ad Laudes et per Horas dicuntur in sex Feriis ante Vigiliam Nativitatis, et incipiuntur die 17 Decembris ab Antiphonis quæ Feriæ illius diei assignantur. Similiter et aliæ dicuntur in propriis Feriis. Quod si dies 17 fuerit Dominica, Antiphonæ inchoantur sequenti Feria II, quæ erit dies 18. Quæ autem dicendæ essent die in quo occurrit Festum S. Thomæ, dicantur in Sabbato cum Psalmis Sabbati, Antiphonis tertia et quarta prætermissis, quarum loco dicitur Antiphona Exspectétur, *quæ omittitur si Festum S. Thomæ in Sabbato venerit.*

A die 17 Decembris cessant omnes Octavæ usque ad Vigiliam Nativitatis Domini inclusive.

Feria Secunda.

1 Ant.
*IV A**




ECce vé-ni- et Dóminus * princeps regum terræ :




be- á-ti qui pa-rá-ti sunt occúrre-re il- li. E u o u a e.

Psalmi ejusdem Feriæ, 39.

2 Ant.
VIII c



DUM vé-ne- rit * Fí- li- us hómi-nis, pu-tas invé-ni- et



fi-dem super ter-ram? E u o u a e.

3 Ant. V g

ECce jam ve-nit * ple-ni-túdo témpo-ris, in quo mi-sit De-us Fi-li-um su-um in terras. E u o u a e.

4 Ant. V g

HAuri-é-tis aquas * in gáudi-o de fónti-bus Sal-va-tó-ris. E u o u a e.

5 Ant. IV A

E-gre-di-é-tur Dóminus * de lo-co sancto su-o : vé-ni-et ut salvet pópu-lum su-um. E u o u a e.

Feria Tertia.

1 Ant. IV A

ROrá-te cæ-li dé-super, * et nubes plu-ant ju-stum : ape-ri-á-tur terra, et gérmi-net Salva-tó-rem. E u o u a e.

Psalmi ejusdem Feriæ, 45.

2 Ant. IV A


E-mítte Agnum, Dómi-ne, * domi-na-tó-rem ter-ræ,



de petra de-sérti, ad montem fí- li- æ Si- on. E u o u a e.

3 Ant. IV A


UT cognoscámus, Dómi-ne, * in terra vi- am tu- am,



in ómni-bus génti-bus sa-lu-tá-re tu- um. E u o u a e.

4 Ant. IV A*


DA mercédem, Dómi-ne, * susti-nénti-bus te, ut pro-



phé-tæ tu- i fi-dé-les inve-ni- ántur. E u o u a e.

5 Ant. I g

LEX per Móysen da-ta est, * grá-ti- a et vé-ri-tas



per Je-sum Christum facta est. E u o u a e.

Feria Quarta.

1 Ant. 1 g

PRophé- tæ prædi-cavé-runt * nasci Salva-tó- rem de Vírgi-ne Ma-rí- a. E u o u a e.

Psalmi ejusdem Feriæ, 52.

2 Ant. II D

SPí- ri-tus * Dó-mi- ni super me, evange- li-zá-re paupé- ri-bus mi-sit me. E u o u a e.

3 Ant. IV A*


PRopter Si- on * non ta-cé-bo, donec egre-di- á-tur ut splendor justus e- jus. E u o u a e.

4 Ant. IV A*

ECce vé-ni- et Dóminus, * ut sé-de- at cum princí-pi-bus, et só-li- um gló- ri- æ té-ne- at. E u o u a e.

5 Ant.
IV A

A Nnunti- á-te * pópu-lis, et dí-ci-te : Ecce De- us




Salvá-tor noster vé-ni- et. E u o u a e.

Feria Quinta.

1 Ant.
I g 2

D E Si- on vé-ni- et * Dómi-nus omní-pot-ens, ut salvum



fá-ci- at pópu-lum su- um. E u o u a e.

Psalmi ejusdem Feriæ, 59.

2 Ant.
VIII G

C Onvérte-re Dó- mi-ne * a-li- quántu-lum, et ne tar-



des ve-ní- re ad ser-vos tu- os. E u o u a e.

3 Ant.
I g 2

D E Si-on vé-ni- et, * qui regna-tú-rus est Dómi-nus,



Emmánu- el magnum nomen e- jus. E u o u a e

4 Ant. VIII G

ECce De-us me-us, * et hono-rá-bo e-um: De-us patris me- i, et exaltábo e- um. E u o u a e.

5 Ant. III a

DOmi-nus * légi-fer noster, Dómi-nus Rex noster, ipse vé-ni- et, et salvá-bit nos. E u o u a e.

Feria Sexta.

1 Ant. II D

COnstántes estó-te, * vi-dé-bi-tis auxí- li- um Dó-mi-ni super vos. E u o u a e.

Psalmi ejusdem Feriæ, 66.

2 Ant. IV c

AD te Dó-mi-ne * levá-vi á-nimam me- am: ve-ni, et é-ri pe me, Dómi-ne, ad te confú-gi. E u o u a e.

3 Ant. IV A*




VEni Dómi-ne, * et no- li tardá- re : re- láxa fa-




cí-no-ra ple-bi tu- æ Is-ra- el. E u o u a e.

4 Ant. I g



DE- us a Lí-bano vé-ni- et, * et splendor e- jus




sic-ut lumen e- rit. E u o u a e.

5 Ant. IV A*



E-go autem * ad Dóminum adspí-ci- am, et exspe-




ctá-bo De- um Salva-tó-rem me- um. E u o u a e.

Sabbato.

Ad Laudes et per Horas dicuntur Antiphonæ quæ dicendæ essent die in quo occurrit Festum S. Thomæ, Antiphonis 3 et 4 prætermissis, quarum loco dicitur ad Canticum :


3 Ant. IV A*



EXspecté-tur * sic-ut plúvi- a e-lóqui- um Dómi-



ni : et descéndet super nos sic-ut ros De- us no-ster.



E u o u a e.

Psalmi Sabbati, 73.

Ad Sextam, Antiphona 3 e Laudibus, licet omissa fuerit ad Laudes.

ANTIPHONÆ SPECIALES
AD BENEDICTUS
Diebus 21 et 23 Decembris.

Diebus 21 et 23 Decembris, ad Benedictus dicuntur Antiphonæ sequentes, quibus semper cedunt aliæ Antiphonæ in propriis locis ad Benedictus assignatæ.

Die 21.

In Festo S. Thomæ occurrenti, pro commemoratione Adventus ad Laudes, vel in officio Dominicæ ad Benedictus :

Ant. VIII G



N O-li-te ti-mé-re : * quinta e-nim di- e vé- ni- et



ad vos Dó-minus no-ster. E u o u a e.

℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Die 23.

Ant. VIII a

Ecce complé-ta sunt * ómni- a quæ dicta sunt per Ange- lum de Vírgi- ne Ma-rí- a. E u o u a e.

INFRA HEBDOMADAM III ADVENTUS.

Ad Laudes, Antiphonæ et Psalmi de Psalterio : nisi dicendæ sint Antiphonæ secundum superiorem Rubricam, 212.

Feria Secunda.

Ad Bened. Ant. 1 f

Egre-di- é-tur * virga de ra-dí-ce Jesse, et replé- bi- tur o-mnis terra gló-ri- a Dómi-ni : et vi-dé-bit omnis ca- ro sa-lu-tá-re De- i. E u o u a e.

℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Oratio.


AUrem tuam, quǽsumus Dómine, précibus nostris accómmoda : † et mentis nostræ ténebras * grátia tuæ visitatiónis illústra. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Ad Magnif. Ant. VIII G

BE-á-tam me di-cent * omnes ge-ne-ra-ti- ó- nes,



qui- a ancíl-lam húmi- lem respé-xit De- us.



E u o u a e.


Nisi dicenda sit Antiphona O.

℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.
Oratio Aurem tuam *ut supra*.

Feria Tertia.

Ad Bened. Ant. III a

TU Béthle-hem. * terra Ju-da, non e-ris mí-ni-



ma : ex te e-nim éx-i- et Dux, qui regat pópu-lum me- um



Isra- el. E u o u a e.

Ad Magnif. Ant. VIII G

E - le-vá-re, e-levá- re, * consúrge Je-rú-sa-lem: solve vincla col-li tu- i, captí-va fí- li- a Si- on.

E u o u a e.

Nisi dicenda sit Antiphona O.

℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

Feria Quarta Quatuor Temporum.

Hodie et sequenti Feria VI et Sabbato non fit de Festis nisi sint Duplicia I vel II classis. De Duplicibus majoribus et minoribus necnon de Memoria fit tantum Commemoratio.

Ad Bened. Ant. VIII G 2

M Issus est * Gábri- el Ange-lus ad Ma-rí- am Vírgi-nem desponsá-tam Jo-seph. E u o u a e.

℣. Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus: † ut redemptiónis nostræ ventúra solémnitas, et præséntis nobis vitæ subsídia cónferat,* et ætérnæ beatitúdinis prǽmia largiátur. Per Dóminum.

Et dicitur ad omnes Horas, præterquam in Vesperis.

Ad Magnif. Ant. VIII a

E-cce ancíl-la Dómi-ni: * fi- at mi- hi se-cún-dum verbum tu- um. E u o u a e.

Nisi dicenda sit Antiphona O.
Oratio Aurem tuam, 221.

Feria Quinta.

Ad Bened. Ant. IV E


V-gi-lá-te * ánimo, in pró-ximo est Dó-minus De- us noster. E u o u a e.

Nisi hæc Feria occurrat die 21 Decembris: quia tunc, Antiphona Vigiláte *prætermissa, dicitur Ant.* Nolíte timére, 219. *Quod etiam servatur in sequenti Feria vel Dominica quæ eadem die 21 occurrerit.*

Ad Magnif. Ant. V a

LÆtámi- ni * cum Je-rú-sa-lem, et exsultá-te






Nisi dicenda sit Antiphona O.

Feria Sexta Quatuor Temporum.

Ad Bened. Ant. 1 g 4





Nisi dicenda sit Ant. Nolíte timére, 219.

℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.


℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Oratio.

EXcita, quǽsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni : † ut hi qui in tua pietáte confídunt, * ab omni cítius adversitáte liberéntur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Et dicitur ad omnes Horas, præterquam in Vesperis.

Ad Magnif. Ant. 1 f





Nisi dicenda sit Antiphona O.


℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.


℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.


Oratio Aurem tuam, 221.


Sabbato Quatuor Temporum.

Ad Bened. Ant. VII a









Nisi dicenda sit Ant. Nolite timére, 219, *et nisi hæc fuerit dies ante Vigiliam Nativitatis ; quia tunc, Antiphona* Quómodo *prætermissa, dicitur Ant.* Ecce compléta sunt, 220. *Quod etiam servatur (si idem contingat) in sequentibus diebus.*

Oratio.

DEus, qui cónspicis quia ex nostra pravitáte afflígimur : † concéde propítius ; * ut ex tua visitatióne consolémur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Et dicitur per omnes Horas.

AD VESPERAS.

Antiphonæ e Laudibus Dominicæ sequentis ; quod etiam servatur si Vigilia Nativitatis venerit in Dominica. Psalmi de Sabbato.

Capitulum Fratres : Sic nos exístimet, *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Osténde nobis *et Hymnus* Cónditor alme, 182.

℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.

℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona O. *Oratio de Laudibus, ut infra.*

Si Vigilia Nativitatis venerit in Dominica IV Adventus, ad Vesperas in Sabbato præcedenti omnia dicuntur ut supra; die vero sequenti, fit Officium de Vigilia ut infra, 232, cum commemoratione Dominicæ.

DOMINICA IV ADVENTUS.

II Classis. Semiduplex.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. 1 g

CAni- te tu- ba * in Si- on, qui- a pro-pe est di- es Dó- mi- ni : ecce vé-ni- et ad salvándum nos, alle- lú- ia, alle- lú- ia. E u o u a e.

Ps. Miserére mei Deus, *cum reliquis de Dominica*, 25.

2 Ant. 1 f

ECce vé-ni- et * de-si-de-rá-tus cunctis génti-bus : et replé-bi-tur gló-ri- a domus Dómi-ni, al-le- lú- ia.

E u o u a e.


3 Ant. 1 g

E-runt prava in di-récta, * et áspe-ra in vi- as pla-nas : ve-ni Dómi-ne, et no-li tardá-re, al-le- lú- ia.

E u o u a e.

4 Ant. 1 f

DO-minus vé-ni- et, * occúrri-te il-li, di-céntes : Magnum princi-pi- um, et regni e- jus non e-rit fi-nis : De- us, fortis, dominá-tor, princeps pa-cis, alle- lú-ia, al-



le- lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. II D

O-mní-pot-ens * sermo tu-us Dómi-ne a re-gá-li-



bus sé- di-bus vé-ni- et, al-le- lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. *1. Cor. 4, 1-2.*

FRatres : Sic nos exístimet homo ut minístros Christi, † et dispensatóres mysteriórum Dei. * Hic jam quǽritur inter dispensatóres, ut fidélis quis inveniátur.

℟. *br.* Veni ad liberándum nos *et Hymnus* Vox clara, 184.
℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona.

I g

A-ve Ma- rí- a, * grá-ti- a ple-na : Dóminus tecum :



bene-dícta tu in mu-li- é-ri-bus, alle- lú- ia. E u o u a e.

Nisi dicenda sit Antiphona Nolíte timére, 219, *vel Antiphona* Ecce compléta sunt, 220.

Oratio.

EXcita, quǽsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni, et magna nobis virtúte succúrre : † ut per auxílium grátiæ tuæ, * quod nostra peccáta præpédiunt, indulgéntia tuæ propitiatiónis accéleret. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

AD TERTIAM.

Antiphona Ecce véniet, 227. *Capitulum e Laudibus.*
℣. Veni ad liberándum nos, Dómine Deus virtútum.
℟. Osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

AD SEXTAM.

Antiphona Erunt prava in dirécta, 227.

Capitulum. *1 Cor. 4, 3.*

MIhi autem pro mínimo est, ut a vobis júdicer, † aut ab humáno die : * sed neque meípsum júdico.
℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.
℟. Et salutáre tuum da nobis.

AD NONAM.

Antiphona Omnípotens, 228.

Capitulum. *1 Cor. 4, 5.*

ITaque nolíte ante tempus judicáre, quoadúsque véniat Dóminus : † qui et illuminábit abscóndita tenebrárum, et manifestábit consília córdium : * et tunc laus erit unicuíque a Deo.
℣. Super te Jerúsalem oriétur Dóminus.
℟. Et glória ejus in te vidébitur.

AD VESPERAS

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica. Capit. e Laudibus.
℟. *br.* Osténde nobis *et Hymnus* Cónditor alme, 182.
℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.
Ad Magnificat, Antiphona O. Oratio ut ad Laudes.


Feria Secunda.

Ad Laudes, Antiphonæ secundum superiorem Rubricam, 212.

Ad Bened. Ant. VIII G







Nisi dicenda sit Antiphona Nolite timére, 219, *vel Antiphona* Ecce compléta sunt, 220 *vel* 231.

℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Magnificat, Antiphona O.

Feria Tertia.

Ad Bened. Ant. II D






Nisi dicenda sit Antiphona Nolite timére, 219, *vel Antiphona* Ecce compléta sunt, 220 *vel* 231.

Ad Magnificat, Antiphona O.

Feria Quarta.

Ad Bened. Ant. VIII G 2






Nisi dicenda sit Antiphona Nolite timére, 219, *vel Antiphona* Ecce compléta sunt, *ut infra.*

Ad Magnificat, Antiphona O.

Feria Quinta.

Ad Bened. Ant. II D






Nisi dicenda sit Antiphona Ecce compléta sunt, *ut infra.*

Ad Magnificat, Antiphona O.

Feria Sexta.

Ad Bened. Ant. VIII a





Ad Magnificat, Antiphona O Emmanuel *ut supra,* 211.

Si Vigilia Nativitatis venerit in Dominica, ad Vesperas in Sabbato præcedenti dicuntur, secundum superiorem rubricam, 226, *Psalmi de Sabbato cum Antiphonis et reliquis de Dominica IV Adventus (Antiphona* O Emmánuel). *Die vero sequenti, fit Officium de Vigilia ut infra, cum commemoratione Dominicæ.*

IN VIGILIA

NATIVITATIS DOMINI.


I Classis.

AD LAUDES ET PER HORAS.


Officium fit Duplex.

1 Ant. VIII G





cras egre-di- émi-ni, et Dó-mi-nus e-rit vo-bíscum, alle-




lú- ia. E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit *cum reliquis*, 28.


2 Ant. VIII a





ma-ne vi-dé-bi-tis gló- ri- am e- jus. E u o u a e.


3 Ant. *IV A*






regná-bit super nos Salvá-tor mundi. E u o u a e.


4 Ant. I f




DOmi-nus vé-ni- et, * occúrri- te il-li, di-céntes : Ma-



gnum princí-pi- um, et regni e- jus non e-rit fi-nis :




De- us, fortis, domi-ná-tor, princeps pa-cis, alle-lú- ia, al-




le-lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. VIII a



CRásti-na * e-rit vo-bis sa- lus, di-cit Dóminus De- us ex-



ercí-tu- um. E u o u a e.

Capitulum. *Rom. 1, 1-3.*

PAulus, servus Jesu Christi, vocátus Apóstolus, segregátus in Evangélium Dei, † quod ante promíserat per prophétas suos in Scriptúris sanctis de Fílio suo, * qui factus est ei ex sémine David secúndum carnem.

℟. br. VI

Hodi- e sci- é- tis * Qui- a vé-ni- et Dómi-nus. Hó-di- e. ℣. Et mane vi-dé-bi-tis gló-ri- am e-jus. * Qui- a. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fi- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Hó-di- e.

Hymnus Vox clara ecce íntonat, 184.

℣. Crástina die delébitur iníquitas terræ.
℟. Et regnábit super nos Salvátor mundi.

Ad Benedictus, Antiphona.

VIII G

O-ri- é-tur * sic-ut sol Salvá-tor mundi : et descén-det in ú-te- rum Vírgi-nis, sic- ut imber super gra-men, al-le-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui nos redemptiónis nostræ ánnua exspectatióne lætíficas : † præsta, ut Unigénitum tuum, quem Redemptórem læti suscípimus, * veniéntem quoque júdicem secúri videámus, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum.

Et dicitur per Horas diei.

Ad Primam, quæ dicitur sicut in Duplicibus, Antiphona Judǽa et Jerúsalem, 232. *Capitulum* Regi sæculórum, 6.

AD TERTIAM.

Antiphona Hódie sciétis, 232. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Constántes estóte.
℟. Vidébitis auxílium Dómini super vos.

AD SEXTAM.

Antiphona Crástina die, 232.

Capitulum. *Rom. 1, 4.*

QUI prædestinátus est Fílius Dei in virtúte † secúndum spíritum sanctificatiónis, * ex resurrectióne mortuórum Jesu Christi Dómini nostri.

℣. Crástina erit vobis salus.
℟. Dicit Dóminus Deus exercítuum.

AD NONAM.

Antiphona Crástina, 233.

Capitulum. *Rom. 1, 5-6.*

PER quem accépimus grátiam et apostolátum, † ad obediéndum fídei in ómnibus géntibus pro nómine ejus, * in quibus estis et vos vocáti Jesu Christi Dómini nostri.


℣. Crástina die delébitur iníquitas terræ.
℟. Et regnábit super nos Salvátor mundi.

IN NATIVITATE DOMINI

Duplex I Classis cum Octava privilegiata III Ordinis.

IN I VESPERIS.


1 Antiphona. VIII G



REX pa- cí- fi-cus * magni- fi-cá-tus est,




cu- jus vultum de-sí-de-rat u-ni-vérsa




ter-ra. E u o u a e.


Ps. Dixit Dóminus, 124, *cum reliquis de Dominica.*


2 Ant. VII a




MAgni- fi-cá-tus est * Rex pa-cí- fi-cus super omne-













Capitulum. *Tit. 3, 4-5*

APpáruit benígnitas et humánitas Salvatóris nostri Dei : † non ex opéribus justítiæ, quæ fécimus nos, * sed secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit.

℟. Deo grátias.

Responsorium breve.





Vel ad libitum ℟. Judǽa, *ad calcem Antiphonarii.*

Hymnus.



Tu lumen, tu splendor Patris,
Tu spes perénnis ómnium :
Inténde quas fundunt preces
Tui per orbem fámuli.

Meménto salútis Auctor,
Quod nostri quondam córporis,
Ex illibáta Vírgine
Nascéndo, formam súmpseris.


Sic præsens testátur dies,
Currens per anni círculum,
Quod solus a sede Patris
Mundi salus advéneris.

Hunc cælum, terra, hunc mare,
Hunc omne quod in eis est,
Auctórem advéntus tui
Laudans exsúltat cántico.

Nos quoque, qui sancto tuo
Redémpti sánguine sumus,
Ob diem natális tui
Hymnum novum concínimus.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri usque ad Epiphaniam.



℣. Crástina di- e de-lé-bi-tur in-í-qui-tas terræ.



℟. Et regná-bit super nos Salvá-tor mundi.


Ad Magnificat, Antiphona. VIII G



CUM or-tus * fú- e-rit sol de cælo, vi-dé-bi-tis Regem



re- gum pro-cedéntem a Patre, tamquam sponsum de



thá-lamo su- o. E u o u a e.

Oratio.

Concéde, quǽsumus omnípotens Deus : * ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

Tonus Hymni ad Completorium.

II



TE lu-cis ante términum, Re-rum Cre- á-tor pósci-



mus, Ut só-li-ta cleménti- a Sis præsul ad custó-di- am.


Glória tibi Dómine, Qui natus es, *etc.*

Hic tonus (vel ad libitum tonus Hymni Vesperarum) servandus est ad Horas et ad Completorium usque ad Epiphaniam, nisi aliter notetur.


Finita prima Missa post mediam noctem, dicuntur Laudes, incipiendo immediate a ℣. Deus in adjutórium.

AD LAUDES ET PER HORAS.


1 Antiphona. II D




Q UEM vidístis, * pastó-res? dí- ci-te : annun-



ti- á-te no-bis, in terris quis appá- ru- it? Na-tum ví-di-




mus, et cho-ros Ange-ló- rum collaudántes Dómi-num, al-




le-lú-ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit, 28, *cum reliquis.*

2 Ant. II D




G Enu- it pu- érpe-ra Regem,* cu- i nomen æ-tér-




num, et gáudi- a matris ha- bens cum virgi- ni- tá-tis



honó- re : nec primam simi-lem vi- sa est, nec ha-bé-




re sequéntem, alle-lú- ia. E u o u a e.




3 Ant.
VII d





A Nge-lus * ad pastó-res a- it : Annúnti- o vo-





bis gáudi- um magnum : qui- a na-tus est vo-bis hó- di- e





Salvá-tor mundi, alle-lú- ia. E u o u a e.




4 Ant.
VII d




F Acta est * cum Ange- lo multi-tú-do cæ-léstis ex-






érci- tus laudánti- um et di-cénti- um : Gló-ri- a in ex-





célsis De- o, et in terra pax homí-ni- bus bonæ vo-





luntá- tis, alle-lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. VIII G 2

Parvu-lus fí-li-us * hó-di-e na-tus est no-bis : et vo-cá-bi-tur De-us, for-tis, al-le-lú-ia, alle-lú-ia.

E u o u a e.

Capitulum. *Hebr. 1, 1-2.*

Multifáriam multísque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis : † novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constítuit hærédem universórum, * per quem fecit et sǽcula.

℟. br. VI


Verbum ca-ro factum est, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Verbum. ℣. Et ha-bi-távit in no-bis. * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Verbum.


Vel, ad libitum, in tono solemni, ut ad Vesperas, 248.

Hymnus.

III

A so-lis ortus cár-di-ne Ad usque ter-ræ limi-





Beátus Auctor sǽculi
Servíle corpus índuit :
Ut carne carnem líberans,
Ne pérderet quos cóndidit.

Castæ Paréntis víscera
Cæléstis intrat grátia :
Venter Puéllæ bájulat
Secréta, quæ non nóverat.


Domus pudíci péctoris
Templum repénte fit Dei :
Intácta nésciens virum
Verbo concépit Fílium.

Eníxa est Puérpera
Quem Gábriel prædíxerat,
Quem matris alvo géstiens
Clausus Joánnes sénserat.

Fœno jacére pértulit :
Præsépe non abhórruit :
Parvóque lacte pastus est
Per quem nec ales ésurit.

Gaudet chorus cæléstium,
Et Angeli canunt Deo :
Palámque fit pastóribus
Pastor, Creátor ómnium.


Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.







(Sic cantatur tantum in die Festi; alias servatur tonus communis).

Ad Benedictus, Antiphona. VIII G 2







Oratio.

Concéde, quǽsumus omnípotens Deus : † ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, * quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

Summo mane dicitur Prima; qua finita, celebratur secunda Missa in Aurora, et in ea fit Commemoratio de S. Anastasia Martyre.

AD PRIMAM.


Antiphona Quem vidístis, 240.

Tertia dicitur hora sua; qua finita, celebratur tertia Missa de die Nativitatis.

AD TERTIAM.

Tonus Hymni.





Antiphona Génuit puérpera Regem, 240. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Verbum caro factum est, allelúia.
℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona Angelus, 241.

Capitulum. *Hebr. 1, 10.*

ET : Tu in princípio, Dómine, terram fundásti : * et ópera mánuum tuárum sunt cæli.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia.
℟. Salutáre suum, allelúia.

AD NONAM.

Antiphona Párvulus fílius, 242.

Capitulum. *Hebr. 1, 11-12.*

IPsi períbunt, tu autem permanébis; † et omnes sicut vestiméntum veteráscent : et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur : * tu autem idem ipse es, et anni tui non defícient.


℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.
℟. Salutáre Dei nostri, allelúia.

IN II VESPERIS.


1 Antiphona. 1 g



TECUM prin-cí- pi- um * in di- e virtú-tis



tu- æ, in splendó-ri-bus sanctó-rum, ex ú-te-ro ante lu-cí-



fe-rum gé-nu- i te. E u o u a e.

Ps. Dixit Dóminus, 124.

2 Ant. VII a

R Edempti- ónem * mi-sit Dóminus pópu-lo su- o: man-dávit in æ-tér-num testamén-tum su- um. E u o u a e.

Ps. Confitébor tibi Dómine, 125.

3 Ant. VII d

E X-ór- tum est * in té-ne- bris lumen re- ctis corde: mi-sé-ri-cors et mi-se-rá-tor, et justus Dómi-nus. E u o u a e.

Ps. Beátus vir qui timet Dóminum, 126.

(Diebus 25, 27, 29)

4 Ant. VII a *

A -pud Dóminum * mi-se- ri- córdi- a, et co-pi- o-sa apud e- um red-émpti- o. E u o u a e.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine: * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine: * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est: * et propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.


Glória Patri.

Die sequenti dicitur quarto loco (Diebus 26, 28, 30) :

4 Ant. VIII G



DE fructu * ventris tu- i ponam super sedem tu- am.



E u o u a e.

Psalmus 131.

MEménto Dómine David, * et omnis mansuetúdinis ejus :

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob :

Si introíero in tabernáculum domus meæ, * si ascéndero in lectum strati mei :

Si dédero somnum óculis meis, * et pálpebris meis dormitatiónem :

Et réquiem tempóribus meis : donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata : * invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus : * adorábimus in loco ubi stetérunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem tuam, * tu et arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur justítiam : * et sancti tui exsúltent.

Propter David servum tuum, * non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David veritátem, et non frustrábitur eam : * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodíerint fílii tui testaméntum meum, * et testimónia mea hæc, quæ docébo eos :

Et fílii eórum usque in sæculum, * sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion : * elégit eam in habitatiónem sibi.

Hæc réquies mea in sæculum sæculi : * hic habitábo quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam : * páuperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam salutári : * et sancti ejus exsultatióne exsultábunt.


Illuc prodúcam cornu David : * parávi lucérnam Christo meo.

Inimícos ejus índuam confusióne : * super ipsum autem efflorébit sanctificátio mea.


Et die tertio resumitur quarto loco Antiphona Apud Dóminum *cum suo Psalmo : et sic alternatim dicuntur per totam Octavam, etiam in Officio Sanctorum.*

Capitulum. *Hebr. 1, 1-2.*

MUltifáriam multísque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis : † novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constítuit hærédem universórum, * per quem fecit et sǽcula.









¶ *Infra Octavam, tonus simplex ut in Laudibus,* 242.


Hymnus Christe Redémptor ómnium, *ut in I Vesperis,* 238.







(Sic cantatur tantum in die festi : alias servatur tonus communis).

Ad Magnificat, Antiphona. 1 g 2









Oratio.

Concéde, quǽsumus omnípotens Deus : * ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

Deinde pro S. Stephano : Ant. Stéphanus autem *ut infra,* 252.

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.

℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio Da nobis, quǽsumus *ut infra,* 252.

Die 26 Decembris.

S. STEPHANI, PROTOMARTYRIS.


Duplex II Classis cum Octava simplici.

AD LAUDES ET PER HORAS


1 Antiphona VIII G



LAPIDAVERUNT Stéphanum, * et ipse invocábat




Dómi-num, di-cens : Ne stá- tu- as il- lis hoc peccá- tum.




E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit, *cum reliquis*, 28.

2 Ant. VII a



LApi-des torréntes il- li * dulces fu- é- runt : ipsum



sequúntur omnes á- nimæ justæ. E u o u a e.

3 Ant. VIII G




ADhǽsit * á-nima me- a post te, qui- a ca- ro me- a



la-pi-dá-ta est pro te, De-us me- us. E u o u a e.

4 Ant. VIII G 2



STéphanus * vi-dit cæ-los apértos, vi-dit, et intro- í-




vit: be- á-tus homo, cu- i cæ-li pa-tê-bant. E u o u a e.

5 Ant. VII c



ECce ví-de- o * cæ-los a-pér-tos, et Je-sum stantem



a dextris De- i. E u o u a e.

Capitulum. *Act. 6, 8.*

STéphanus autem plenus grátia et fortitúdine, * faciêbat prodígia et signa magna in pópulo.

℟. *br.* Glória et honóre, *de Comm. unius Mart. ad Laudes*, 641.

Hymnus.

VIII




MArtyr De- i, qui ú- ni-cum Pa- tris sequéndo Fi-



li- um, Victis tri- úmphas hósti-bus, Victor fru- ens cæ-lé-





Solúta sunt jam víncula
Tui sacráti córporis :
Nos solve vinclis sǽculi
Amóre Fílii Dei.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti.
℟. Et fecérunt planctum magnum super eum.

Ad Benedictus, Antiphona. VIII a





Oratio.

DA nobis, quǽsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus et inimícos dilígere : † quia ejus natalítia celebrámus, * qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat.

Et fit commemoratio de Nativitate : Ant. Glória in excélsis, 243. ℣. Notum fecit Dóminus. *Oratio* Concéde, quǽsumus.

AD TERTIAM.

Antiphona Lápides torréntes illi, 250. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

AD SEXTAM.

Antiphona Adhǽsit, 250.

Capitulum. *Act. 6, 9-10.*

SUrrexérunt autem quidam de synagóga, quæ appellátur Libertinórum, et Cyrenénsium, et Alexandrinórum, † et eórum qui erant a Cilícia, et Asia, disputántes cum Stéphano : * et non póterant resístere sapiéntiæ et Spirítui qui loquebátur.

℣. Posuísti Dómine super caput ejus.
℟. Corónam de lápide pretióso.

AD NONAM

Antiphona Ecce vídeo, 251.

Capitulum. *Act. 7, 60.*

POsitis autem génibus, clamávit voce magna, dicens : Dómine ne státuas illis hoc peccátum. † Et cum hoc dixísset, * obdormívit in Dómino.

℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.
℟. Glóriam et magnum decórem impónes super eum.

AD VESPERAS.

Antiphona Tecum princípium, *cum reliquis Antiphonis et Psalmis de Nativitate, ut supra,* 245. *Et dicuntur etiam in aliis Festis infra hanc Octavam occurrentibus.*

Quarta Antiphona De fructu, *cum Ps.* Meménto, 247.

Capitulum. *Act. 6, 8.*

STéphanus autem plenus grátia et fortitúdine, * faciébat prodígia et signa magna in pópulo.

℟. *br.* Posuísti Dómine, *de Communi unius Martyris,* 638.

Hymnus.

VIII

DEus, tu-ó-rum mi- li-tum Sors, et co-róna, prǽ-mi- um, Laudes canéntes Márty-ris Absólve nexu crí-mi-nis.

Hic nempe mundi gáudia
Et blandiménta nóxia
Cadúca rite députans,
Pervénit ad cæléstia.

Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et sústulit viríliter,
Pro te effúndens sánguinem,
Ætérna dona póssidet.

Ob hoc precátu súpplici
Te póscimus, piíssime :
In hoc triúmpho Mártyris
Dimítte noxam sérvulis.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Stéphanus vidit cælos apértos.
℟. Vidit et introívit : beátus homo, cui cæli patébant.

Ad Magnificat, Antiphona. VIII G

SEpe-li- é-runt Stépha-num * vi-ri timo-rá- ti, et fe-cé-runt planctum magnum su-per e- um. E u o u a e.

Oratio.

DA nobis, quǽsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus et inimícos dilígere : * quia ejus natalítia celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat.

Deinde, pro S. Joanne : Ant. Iste est Joánnes *ut infra*, 257.

℣. Valde honorándus est beátus Joánnes.

℟. Qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

Oratio Ecclésiam tuam *ut infra*, 258.

Postea fit commem. de Nativitate : Ant. Hódie, 249. ℣. Notum fecit. *Oratio* Concéde, quǽsumus.

De Octava S. Stephani sicut et de Octavis S. Joannis et SS. Innocentium nil fit nisi in ipsa die Octava, ut suis locis notatur.


Die 27 Decembris.


S. JOANNIS, APOSTOLI ET EVANGELISTÆ.

Duplex II Classis cum Octava simplici.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. VIII G







Ps. Dóminus regnávit, *cum reliquis*, 28.


2 Ant. III a transpos.







3 Ant. III a




4 Ant. I f





5 Ant. I f




Capitulum. *Eccli. 15, 1-2.*

QUI timet Deum, fáciet bona : † et qui cóntinens est justítiæ, apprehéndet illam, * et obviábit illi quasi mater honorificáta.

℞. *br.* In omnem terram, *de Comm. Apost. ad Laudes*, 623.

Hymnus.



Vos sæcli justi júdices,
Et vera mundi lúmina :
Votis precámur córdium,
Audíte preces súpplicum.

Qui cælum verbo cláuditis,
Serásque ejus sólvitis,
Nos a peccátis ómnibus
Sólvite jussu, quǽsumus.


Quorum præcépto súbditur
Salus et languor ómnium,
Sanáte ægros móribus,
Nos reddéntes virtútibus :

Ut cum Judex advénerit
Christus in fine sǽculi,
Nos sempitérni gáudii
Fáciat esse cómpotes.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his.
℞. Et scimus quia verum est testimónium ejus.

Ad Benedictus, Antiphona. 1 g





Oratio.

ECclésiam tuam Dómine benígnus illústra : † ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Evangelístæ illumináta doctrínis, * ad dona pervéniat sempitérna. Per Dóminum.

Commemoratio de Nativitate : Ant. Glória, 243. ℣. Notum fecit. *Oratio* Concéde, quǽsumus.

AD TERTIAM.

Antiphona Hic est discípulus ille, 255. *Capitulum e Laudibus.*

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

AD SEXTAM.

Antiphona Hic est discípulus meus, 256.

Capitulum. *Eccli. 15, 3.*

CIbávit illum pane vitæ et intelléctus, † et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum * Dóminus Deus noster.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.
℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

AD NONAM.

Antiphona Ecce puer meus, 256.

Capitulum. *Eccli. 15, 5.*

IN médio Ecclésiæ apéruit os ejus, † et implévit illum Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus, * et stolam glóriæ índuit eum.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus.
℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

AD VESPERAS.

Antiphona Tecum princípium, *cum reliquis Antiphonis et Psalmis de Nativitate,* 245. *Quarta Antiphona* Apud Dóminum, *cum Ps.* De profúndis, 246.

Capitulum Qui timet *e Laudibus.*

℟. *breve* Constítues eos, *e Comm. Apost. ad Vesperas,* 620.

Hymnus Exsúltet cælum láudibus, *ut supra ad Laudes,* 257.

℣. Valde honorándus est beátus Joánnes.
℟. Qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 g

E-xi-it sermo * inter fra-tres quod discí-pu-lus il-le non mó-ri-tur : et non di-xit Je-sus, Non mó-ri-tur : sed, Sic e-um vo-lo ma-né-re, donec vé-ni-am. E u o u a e.

Oratio Ecclésiam tuam, 258.

Deinde fit commemoratio SS. Innocentium : Ant. Hi sunt, 262. ℣. Heródes irátus. *Oratio* Deus, cujus hodiérna die.

Et de Nativitate : Ant. Hódie, 249. ℣. Notum fecit. *Oratio* Concéde.

Die 28 Decembris.

IN FESTO SANCTORUM INNOCENTIUM.

Duplex II Classis cum Octava simplici.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. 1 f

HE-ró-des i-rá-tus * oc-cí-dit multos pú- e-ros in Béthle-hem Ju-dæ ci-vi-tá-te Da-vid. E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit, *cum reliquis,* 28.

2 Ant. II D

A bimá-tu et infra * occí-dit multos pú- e-ros He-ró- des propter Dómi-num. E u o u a e.

3 Ant. VIII G

ANge-li e- ó-rum * semper vi-dent fá-ci- em Pa-tris. E u o u a e.

4 Ant. II D

VOX in Rama audí- ta est, * plo-rá-tus et u-lu-lá- tus, Rachel plo-rans fí-li- os su- os. E u o u a e.

5 Ant. VIII G

SUB thro- no De- i * omnes san- cti cla-mant : Vín-di-ca sángui-nem nostrum, De- us no-ster. E u o u a e.

Capitulum. *Apoc. 14, 1.*

VIdi supra montem Sion Agnum stantem, † et cum eo centum quadragínta quátuor míllia, * habéntes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis.

℟. *br.* Lætámini in Dómino, *de Comm. plurim. Martyrum*, 649.

Hymnus.

VIII

SAlvé te flo-res Már-ty-rum, Quos lu-cis ipso in lí-mi-ne Christ*i* inse-cú-tor sústu-lit, Ceu turbo nascéntes ro-sas. 2. Vos prima Christi ví- ctima, Grex immo- la-tó-

rum te-ner, Aram ante ipsam símpli- ces Palma et co-ró-

nis lú-di- tis. ℣. Gló-ri- a ti-bi Dó- mi-ne, Qui na-tus es

de Vírgi-ne, Cum Patre et Sancto Spí-ri- tu, In sempi-

térna sǽ-cu-la. A-men.

℣. Heródes irátus occídit multos púeros.
℟. In Béthlehem Judæ civitáte David.

Ad Benedictus, Antiphona.

1 a 2

HI sunt * qui cum mu- li- é-ri-bus non sunt

co- inqui- ná- ti : vírgi-nes e-nim sunt, et sequúntur Agnum,

quo-cúmque í- e-rit. E u o u a e.

Oratio.

DEus, cujus hodiérna die præcónium Innocéntes Mártyres non loquéndo, sed moriéndo conféssi sunt : + ómnia in nobis vitiórum mala mortífica, * ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum.

Commemoratio de Nativitate : Antiphona Glória, 243. ℣. Notum. *Oratio* Concéde.

AD TERTIAM.

Antiphona A bimátu et infra, 260. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

AD SEXTAM.

Antiphona Angeli eórum, 260.

Capitulum. *Apoc. 14, 4.*

HI sunt qui cum muliéribus non sunt coinquináti : † vírgines enim sunt. * Hi sequúntur Agnum quocúmque íerit.

℣. Exsúltent justi in conspéctu Dei.
℟. Et delectántur in lætítia.

AD NONAM.

Antiphona Sub throno Dei, 261.

Capitulum. *Apoc. 14, 4-5.*

HI empti sunt ex homínibus primítiæ Deo et Agno, † et in ore ipsórum non est invéntum mendácium : * sine mácula enim sunt ante thronum Dei.

℣. Justi autem in perpétuum vivent.
℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

AD VESPERAS.

Antiphona Tecum princípium, *cum reliquis Antiphonis et Psalmis de Nativitate,* 245. *Quarta Antiphona* De fructu *cum Ps.* Meménto Dómine, 247.


Capitulum e Laudibus. ℟. *br.* Exsúltent justi *e Communi,* 645. *Hymnus* Salvéte flores Mártyrum *ut supra,* 261.


℣. Sub throno Dei omnes Sancti clamant.
℟. Víndica sánguinem nostrum Deus noster.


Ad Magnificat, Antiphona.

II D









Oratio. Deus, cujus, 262.

(Deinde, si Officium Dominicæ celebratur die 29 Decembris, fit Commemoratio Dominicæ infra Octavam Nativitatis : Antiphona Dum médium siléntium, 265. ℣. Vidérunt. *Oratio* Omnípotens*)*.

Postea fit Commemoratio Octavæ Nativitatis : Ant. Hódie. 249. ℣. Notum. *Oratio* Concéde.

¶ *Si in Festo Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evangelistæ et Ss. Innocentium occurrat Dominica, ipsa die nihil fit de ea; sed integrum ejus Officium transfertur in diem 29, cum omnibus privilegiis etiam in Concurrentia (quamvis peragatur cum tribus tantum Lectionibus), ac si ipsa die 29 occurreret. Officium fit, ut infra notatur, cum Commemoratione Octavæ Nativitatis et S. Thomæ Cantuariensis Episc. et Mart. (de quo tamen fit Commemoratio in Laudibus tantum).*

Si ipsa Dominica occurrat die 29, 30 vel 31 Decembris, Officium fit de Dominica infra Octavam Nativitatis, 265, *cum Commemoratione Octavæ necnon Memoriæ vel Festi occurrentis, juxta Rubricas.*

Quando vero Officium Dominicæ celebratur die 29, Vesperæ dicuntur die 28 de Ss. Innocentibus cum Commemoratione Dominicæ.

DOMINICA

INFRA OCTAVAM NATIVITATIS.

Semiduplex.

IN I VESPERIS.

Si I Vesperæ dicendæ sint integræ, Antiphona Tecum princípium, *cum reliquis Antiphonis et Psalmis de Nativitate Domini, ritu semiduplici (servato ordine in Antiphona quarta),* 245.

Capitulum. *Galat. 4, 1-2.*

FRatres : Quanto témpore hæres párvulus est, nihil differt a servo, † cum sit dóminus ómnium : * sed sub tutóribus et actóribus est usque ad præfinítum tempus a patre.

℟. *br.* Verbum caro, 242. *Hymnus* Christe Redémptor, 238.
℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.
℟. Salutáre Dei nostri, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G

DUM mé- di- um si-lénti- um * tené-rent ómni- a, et nox in su- o cursu mé-di- um i-ter per-áge-ret : omní-pot-ens sermo tu- us Dómi-ne a re-gá- li- bus sé-di-bus ve-nit, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio Omnípotens sempitérne Deus, *ut infra ad Laudes.*

Deinde fit Commemoratio Octavæ Nativitatis : Ant. Hodie, 249. ℣. Notum. *Oratio* Concéde.

AD LAUDES ET PER HORAS.

Antiphona Quem vidístis, *cum reliquis de Nativitate,* 240.

Capitulum. *Galat. 4, 1-2.*

FRatres : Quanto témpore hæres párvulus est, nihil differt a servo, † cum sit dóminus ómnium : * sed sub tutóribus et actóribus est usque ad præfinítum tempus a patre.

℟. *br.* Verbum caro *et Hymnus* A solis ortus cárdine, 242.

℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.

℟. Salutáre Dei nostri, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona Dum médium siléntium *ut supra.*

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo : † ut in nómine dilécti Fílii tui * mereámur bonis opéribus abundáre. Qui tecum vivit.

Et fit Commemoratio Octavæ Nativitatis : Ant. Glória, 243. ℣. Notum. *Oratio* Concéde.

AD TERTIAM.

Antiphona Génuit puérpera Regem, 240. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Verbum caro factum est, allelúia.

℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona Angelus, 241.

Capitulum. *Galat. 4, 4-5.*

AT ubi venit plenitúdo témporis, † misit Deus Fílium suum factum ex mulíere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redímeret, * ut adoptiónem filiórum reciperémus.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia.

℟. Salutáre suum, allelúia.

AD NONAM.

Antiphona Párvulus filius, 242.

Capitulum. *Galat.* 4, 7.

Itaque jam non est servus, sed filius : * quod si filius, et hæres per Deum.

℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.
℟. Salutáre Dei nostri, allelúia.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis (servato tamen ordine in Antiphona quarta), præter Antiphonam ad Magnificat.

℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.
℟. Salutáre Dei nostri, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

VI F

Oratio Omnipotens sempitérne Deus *ut supra.*

Et fit Commemoratio Octavæ Nativitatis : Ant. Hódie, 249. ℣. Notum. *Oratio* Concéde.

Die 29 Decembris.

DIE V INFRA OCTAVAM NATIVITATIS.

Semiduplex.

Omnia dicuntur sicut in Nativitate, 240, *cum Commemoratione* S. Thomæ, *Episc. et Mart. in Laudibus tantum ut infra :*

Antiphona Qui odit, *e Communi unius Martyris,* 737. *(In Congregatione Gallica, Antiphona propria.)*

℣. Justus ut palma florébit.

℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Oratio.

DEus, pro cujus Ecclésia gloriósus Póntifex Thomas gládiis impiórum occúbuit : * præsta, quǽsumus ; ut omnes, qui ejus implórant auxílium, petitiónis suæ salutárem consequántur efféctum. Per Dóminum.

Die 30 Decembris.

DIE VI INFRA OCTAVAM NATIVITATIS.

Semiduplex.

Ad Laudes et per Horas, *omnia dicuntur sicut in Nativitate,* 240.

Ad Vesperas, *Antiphonæ et Psalmi de Nativitate,* 245 (*quarta Antiphona* De fructu), *ritu duplici. A Capitulo fit de* S. Silvestro, *ut in Communi,* 654. *Deinde Commemoratio Octavæ Nativitatis : Ant.* Hódie, 249. ℣. Notum. *Oratio* Concéde.


Die 31 Decembris.

S. SILVESTRI I, PAPÆ ET CONFESSORIS.

Duplex.

Ad Laudes, *Antiphonæ et Psalmi de Feria occurrente. Capitulum et reliqua de Communi. Hymnus vero cantatur in tono sequenti :*

Hymnus.





Tui sacri qua nóminis
Conféssor almus cláruit,
Hujus celébrat ánnua
Devóta plebs solémnia.

Qui rite mundi gáudia
Hujus cadúca réspuens,
Cum Angelis cæléstibus
Lætus potítur prǽmiis.

Hujus benígnus ánnue
Nobis sequi vestígia :
Hujus precátu sérvulis
Dimítte noxam críminis.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio.

DA, quǽsumus omnípotens Deus : † ut beáti Silvéstri Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, * et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

Commemoratio de Nativitate : Ant. Glória, 243. ℣. Notum. *Oratio* Concéde.

Ad Horas, *omnia de Communi.*

Vesperæ dicuntur de Circumcisione Domini, sine ulla Commemoratione.

¶ *Ubi tamen hoc vel aliud Festum sub ritu Duplicis I classis hac die recolatur, in II Vesperis Antiphonæ et Psalmi dicuntur de Nativitate (quarta Antiphona* Apud Dóminum), *et a Capitulo fit de Festo occurrenti cum Commemoratione tantum sequentis Festi Circumcisionis.*

Die 1 Januarii.

IN CIRCUMCISIONE DOMINI

ET OCTAVA NATIVITATIS.

Duplex II Classis.

IN I VESPERIS.

Antiphona O admirábile commércium, 271, *cum reliquis de Laudibus ut infra. Psalmi ut in Festis B. M. V.*

Capitulum. *Tit. 2, 11-12.*

APpáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, † erúdiens nos, ut abnegántes impietátem et sæculária desidéria, * sóbrie, et juste, et pie vivámus in hoc sǽculo.

℞. *br.* Verbum caro, 242. *Vel, ad libitum,* ℞. Sancta et immaculáta, *ut ad calcem Antiphonarii.*

Hymnus Christe Redémptor, 238.


℣. Notum fecit Dóminus, allelúia.

℞. Salutáre suum, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona. VIII G



PROPTERními- am * ca-ri-tá-tem su- am, qua di-



lé- xit nos De- us, Fí- li- um su- um mi- sit in simi-



Oratio.


Deus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fecúnda, humáno géneri prǽmia præstitísti : * tríbue quǽsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte.


Et nulla fit Commemoratio, nisi tantum de præcedenti Duplici II classis, sicubi occurrerit.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona VI F

O










2 Ant. III a 2

Q











3 Ant. IV E*





tem : De- i Gé-ni-trix, intercé-de pro no-bis. E u o u a e.

4 Ant. I f



Ja-cob : Virgo pé-pe-rit Salva-tó- rem : te laudámus, De- us



5 Ant. II D

Ecce Ma-rí- a * génu- it no-bis Salva-tó- rem, quem Jo- ánnes vi-dens exclamá- vit, di- cens : Ecce Agnus De- i, ecce † qui tol-lit peccá-ta mundi, alle-lú- ia.

Post Sept. † qui tol-lit peccá-ta mundi. E u o u a e.

Capitulum. *Tit. 2, 11-12.*

Appáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, † erúdiens nos, ut abnegántes impietátem et sæculária desidéria, * sóbrie, et juste, et pie vivámus in hoc sǽculo.

℟. br. VI

Notum fe-cit Dóminus, * Alle- lú- ia, alle-lú-ia. No-tum. ℣. Sa-lu-tá-re su- um. * Alle- lú- ia. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. No-tum.

Hymnus A solis ortus cárdine, 242.

℣. Verbum caro factum est, allelúia.
℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona. VIII G

MIrábile mystérium * declarátur hódie: innovántur natúræ: Deus homo factus est: id quod fuit permánsit, et quod non erat assúmpsit: non commixtiónem passus, neque divisiónem. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fecúnda, humáno géneri prǽmia præstitísti: † tríbue quǽsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, * per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

AD TERTIAM.

Antiphona Quando natus es, 271. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Verbum caro factum est, allelúia.
℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona Rubum quem víderat, 272.

Capitulum. *Hebr. 1, 10.*

ET: Tu in princípio Dómine terram fundásti: * et ópera mánuum tuárum sunt cæli.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia.
℟. Salutáre suum, allelúia.

AD NONAM

Antiphona Ecce María, 273.

Capitulum. *Hebr. 1, 11-12.*

IPsi períbunt, tu autem permanébis; et omnes sicut vestiméntum veteráscent: † et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur: * tu autem idem ipse es, et anni tui non defícient.

℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.
℟. Salutáre Dei nostri, allelúia.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia.
℟. Salutáre suum, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona, II A

MAgnum * hæredi-tá-tis mysté- ri- um: templum De- i factus est ú-te- rus nésci- ens vi- rum: non est pollú-tus ex e- a car-nem assú-mens: o- mnes gentes vé- ni- ent, di-céntes: Gló- ri- a ti-bi Dó- mi-ne.

E u o u a e.

Et non fit Commemoratio sequentis.

Officium Dominicæ quæ vel a die 1 ad 6 Januarii occurrit, vel die 7 a superveniente Dominica infra Octavam Epiphaniæ impeditur, fit in Vigilia ipsius Epiphaniæ, ut infra suo loco dicitur : ipsa vero die Dominica fit Officium Sanctissimi Nominis Jesu, ut infra, nisi venerit in die 1, vel 6 aut 7 Januarii, quo in casu de Sanctissimo Nomine Jesu fit die 2 Januarii cum Commemoratione diei Octavæ S. Stephani, juxta Rubricas. Sicubi tamen in ipsa Dominica quæ die 2, 3 et 4 occurrat, celebretur Festum quod Sanctissimo Nomini Jesu præferri debeat et non sit Domini, in eo, dummodo nulla facienda sit Commemoratio de ipso Domino, fit Commemoratio Dominicæ in utrisque Vesp. et Laud. per Antiphonas, Versus et Orationem de Dominica infra Oct. Nativitatis : et de Sanctissimo Nomine Jesu, in casu, fit pariter Officium die 2 Januarii, vel sequenti, juxta Rubricas.

Dominica inter Circumcisionem et Epiphaniam.

SANCTISSIMI NOMINIS JESU.

Duplex II Classis.

Quando hoc Festum die 2 Januarii celebratur, in II Vesperis præcedentis nil fit de Sanctissimo Nomine.

IN I VESPERIS.

1 Antiphona. VIII G

O-mnis * qui invo-cáve-rit nomen Dómi- ni, sal-vus e- rit. E u o u a e.

Ps. Dixit Dóminus, *cum reliquis de Dominica.*


2 Ant. V a

SAnctum et terri- bi- le * no- men e- jus, ini-





3 Ant. III g





4 Ant. IV E







Capitulum. *Philipp. 2, 8-10.*

FRatres : Christus humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. † Propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen quod est super omne nomen : * ut in nómine Jesu omne genu flectátur.

℟. br. VI










Hymnus.





Nil cánitur suávius,
Nil audítur jucúndius,
Nil cogitátur dúlcius,
Quam Jesus Dei Fílius.

Jesu, spes pæniténtibus,
Quam pius es peténtibus!
Quam bonus te quæréntibus!
Sed quid inveniéntibus?


Nec lingua valet dícere,
Nec líttera exprímere :
Expértus potest crédere,
Quid sit Jesum dilígere.

Sis, Jesu, nostrum gáudium,
Qui es futúrus prǽmium :
Sit nostra in te glória,
Per cuncta semper sǽcula. Amen.

℣. Sit nomen Dómini benedíctum, allelúia.
℟. Ex hoc nunc, et usque in sǽculum, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.






nomen e-jus, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

¶ *Hymni ad Completorium et Horas cantantur ut in Nativitate Domini,* 239 *et* 244, *ac in fine dicitur :* Glória tibi Dómine, Qui natus es de Vírgine.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. VIII G




O - le- um effú-sum * nomen tu- um : íd-e- o ado-



lescéntu-læ di- lexé-runt te. E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit, *cum reliquis,* 28.

2 Ant. III a



S Ci-tó-te * qui- a Dómi-nus ipse est De- us, cu-jus



nomen in æ- térnum. E u o u a e.

3 Ant. IV E



S I-ti-vit * á-nima me- a ad nomen sanctum tu- um



Dó-mi-ne. E u o u a e.

4 Ant. 1 g

BEne-dí-ctum * nomen gló-ri- æ tu- æ, sanctum, et laudá-bi-le, et super-exaltá-tum in sǽcu-la. E u o u a e.

5 Ant. 1 a 2


JUvenes et virgi-nes, * se-nes cum ju-ni- ó-ri-bus lau-dá-te nomen Dó- mi-ni, qui- a exaltá-tum est nomen e-jus so- lí- us. E u o u a e.


Capitulum. *Philipp. 2, 8-10.*

FRatres : Christus humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. † Propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen quod est super omne nomen : * ut in nómine Jesu omne genu flectátur.

℟. br. VI


SIT nomen Dó-mi-ni be-ne-dictum. * Alle- lú- ia, alle-lú- ia. Sit nomen. ℣. Ex hoc nunc, et usque in sǽcu-lum.





Hymnus.





Qui te gustant, esúriunt;
Qui bibunt, adhuc sítiunt;
Desideráre nésciunt,
Nisi Jesum, quem díligunt.

O Jesu mi dulcíssime,
Spes suspirántis ánimæ!
Te quærunt piæ lácrimæ,
Te clamor mentis íntimæ.

Mane nobíscum Dómine,
Et nos illústra lúmine;
Pulsa mentis calígine,
Mundum reple dulcédine.

Jesu flos Matris Vírginis,
Amor nostræ dulcédinis,
Tibi laus, honor nóminis,
Regnum beatitúdinis. Amen.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini, allelúia.
℟. Qui fecit cælum et terram, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.





Oratio.

DEus, qui unigénitum Fílium tuum constituísti humáni géneris Salvatórem, et Jesum vocári jussísti : † concéde propítius; ut cujus sanctum nomen venerámur in terris, * ejus quoque aspéctu perfruámur in cælis. Per eúmdem Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Scitóte, 279. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Sit nomen Dómini benedíctum, allelúia.
℟. Ex hoc nunc, et usque in sǽculum, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona Sitívit, 279.

Capitulum. *Philipp. 2, 10-11.*

IN nómine Jesu omne genu flectátur cæléstium, terréstrium, et infernórum : † et omnis lingua confiteátur * quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.

℣. Afférte Dómino glóriam et honórem, allelúia.
℟. Afférte Dómino glóriam nómini ejus, allelúia.

AD NONAM

Antiphona Júvenes et vírgines, 280.

Capitulum. *Col. 3, 17.*

OMne quodcúmque fácitis in verbo, aut in ópere : † ómnia in nómine Dómini Jesu Christi fácite, * grátias agéntes Deo et Patri per ipsum.

℣. Magnificáte Dóminum mecum, allelúia.
℟. Et exaltémus nomen ejus in idípsum, allelúia.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :

Ad Magnificat, Antiphona.

1 g

V O-cá-bis * nomen e-jus Je-sum : ipse e-nim sal-vum fá-ci- et pópu-lum su- um a peccá-tis e- ó-rum, alle-lú- ia. E u o u a e.

Quando hoc Festum celebratur die 5 Januarii, Vesperæ dicuntur de sequenti Festo Epiphaniæ, cum Commemoratione præcedentis.

Die 2 Januarii.

IN OCTAVA S. STEPHANI, PROTOMARTYRIS.

Simplex.

Ad Laudes, *Antiphonæ et Psalmi de Feria occurrente per Annum, ut in Psalterio. Capitulum et reliqua ut in Festo,* 251, *præter orationem sequentem :*

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui primítias Mártyrum in beáti Levítæ Stéphani sánguine dedicásti : † tríbue, quǽsumus; ut pro nobis intercéssor exsístat, * qui pro suis étiam persecutóribus exorávit Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

Hodie ac tribus sequentibus diebus omittuntur Suffragium et Preces.

Ad Horas, *Antiphonæ et reliqua omnia ut in Festo.*

Vesperæ de sequenti.

Die 3 Januarii.

IN OCTAVA S. JOANNIS, APOST. ET EVANG.

Simplex.

In I Vesperis, *Antiphonæ et Psalmi de Feria occurrente, ut in Psalterio. Capitulum,* ℟. *breve, Hymnus et* ℣. *ut in Festo ad Vesperas,* 259.

Ad Magnificat, Antiphona Iste est Joánnes, 257, *ut in Festo ad Laudes.*

Oratio.

ECclésiam tuam, Dómine, benígnus illústra : † ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Evangelístæ illumináta doctrínis, * ad dona pervéniat sempitérna. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Antiphonæ et Psalmi de Feria occurrente ut in Psalterio. Capitulum et reliqua ut in Festo.*

Ad Horas, *Antiphonæ et reliqua omnia ut in Festo.*

Vesperæ de sequenti.

Die 4 Januarii.

IN OCTAVA SS. INNOCENTIUM.

Simplex.

In I Vesperis, *Antiphonæ et Psalmi de Feria occurrente ut in Psalterio. Capitulum e Laudibus Festi,* 261. ℟.*br.* Exsúltent justi, *e Communi plurim. Mart.,* 645. *Hymnus* Salvéte flores, ℣. Heródes *et Ant. ad Magnificat* Hi sunt, *ut in Festo ad Laudes,* 261.

Oratio.

DEus, cujus hodiérna die præcónium Innocéntes Mártyres non loquéndo, sed moriéndo conféssi sunt : † ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; * ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Titi, *Episc. et Confessoris.*

Antiphona Sacérdos et Póntifex *de Communi Conf. Pont.,* 739.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.

℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Oratio.

DEus, qui beátum Titum Confessórem tuum atque Pontíficem apostólicis virtútibus decorásti : * ejus méritis et intercessióne concéde; ut juste et pie vivéntes in hoc sǽculo, ad cæléstem pátriam perveníre mereámur. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Antiphonæ et Psalmi de Feria occurrente ut in Psalterio. Capitulum et reliqua ut in Festo.*

Pro Commemoratione S. Titi, *Antiphona* Euge, 740.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.

℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio ut supra.

Ad Horas, *Antiphonæ et reliqua omnia ut in Festo.*

Vesperæ de sequenti.

Die 5 Januarii.

IN VIGILIA EPIPHANIÆ.

II Classis. Semiduplex

IN I VESPERIS.

Antiphona O admirábile commércium, *cum reliquis de Circumcisione,* 271. *Psalmi ut in Festis B. M. V.*

Capitulum. *Galat. 4, 1-2.*

FRatres : Quanto témpore hæres párvulus est, nihil differt a servo, † cum sit dóminus ómnium : * sed sub tutóribus et actóribus est usque ad præfinítum tempus a patre.

℟. *br.* Verbum caro, 242. *Hymnus* Christe Redémptor, 238.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia.

℟. Salutáre suum, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona Puer Jesus, 267.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo : † ut in nómine dilécti Fílii tui, * mereámur bonis opéribus abundáre. Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

Deinde Commemoratio S. TELESPHORI *Papæ et Martyris : Ant.* Iste Sanctus *e Communi,* 736.

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Telésphori Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas : * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

AD LAUDES.

Antiphona O admirábile commércium, *cum reliquis de Circumcisione*, 271. *Ps.* Dóminus regnávit, 28, *ut in Festis.*

Capitulum Fratres : Quanto témpore, *ut supra ad Vesperas.*

℟. *br.* Notum fecit, 273. *Hymnus* A solis ortu, 242.

℣. Verbum caro factum est, allelúia.
℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona Dum médium, 265. *Oratio* Omnípotens *ut supra,* 285.

Postea fit Commemoratio S. TELESPHORI : *Antiphona* Qui odit, 737.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Oratio Deus, qui nos *ut supra.*

AD HORAS.

Antiphonæ de Circumcisione, 271. *Capitula et* ℣℣. *ut in Dominica infra Octavam Nativitatis,* 266.

Vesperæ de Epiphania, sine ulla commemoratione.

IN EPIPHANIA DOMINI

Duplex I Classis cum Octava privilegiata II Ordinis.

IN I VESPERIS.

Antiphona Ante lucíferum génitus, *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Isaiæ 60, 1.*


SUrge, illumináre Jerúsalem, † quia venit lumen tuum, * et glória Dómini super te orta est.

℟. Deo grátias.

Responsorium breve. VI

O










℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.



Omnes.

Vel, ad libitum, ℟. Illumináre, *ad calcem Antiphonarii.*


Tonus simplex pro diebus infra Octavam.

℟. br. VI

O-mnes de Saba vé-ni- ent, * Alle- lú- ia, alle-lú- ia



Omnes. ℣. Aurum et thus de-fe-réntes. * Alle- lú- ia. ℣. Gló-



ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Omnes.

Hymnus.

III

HOstis He-ródes impi- e, Christum ve-ní- re quid times?



Non é- ri-pit mor-tá- li- a, Qui regna dat cæ- lé- sti- a.

Ibant Magi, quam víderant,
Stellam sequéntes præviam :
Lumen requírunt lúmine :
Deum faténtur múnere.

Lavácra puri gúrgitis
Cæléstis Agnus áttigit :
Peccáta, quæ non détulit,
Nos abluéndo sústulit.


Novum genus poténtiæ :
Aquæ rubéscunt hýdriæ,
Vinúmque jussa fúndere,
Mutávit unda óriginem.

Glória tibi Dómine,
Qui apparuísti hódie,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

Sic terminantur Hymni ad omnes Horas per totam Octavam.




℣. Reges Tharsis et ínsulæ mú-ne-ra óffe-rent.



℟. Reges Arabum et Saba dona addú-cent.

(Sic cantatur tantum in die Festi; alias servatur tonus communis).

Ad Magnificat, Antiphona. VIII G 2



MA-gi, * vi-dén- tes stellam, di-xé- runt ad invi-



cem : Hoc signum magni Re- gis est : e- ámus, et inqui-rámus



e- um, et offe-rámus e- i múne- ra, aurum, thus et



myrrham. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes, 296.

Tonus Hymni ad Completorium.

VIII

TE lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre- á-tor pósci-

mus, Ut só-li- ta cleménti- a Sis præsul ad custó-di- am.

Glória tibi Dómine, qui apparuísti, *etc.*

Hic tonus (vel ad libitum tonus Hymni Vesperarum) servandus est ad Horas et ad Completorium, per totam Octavam.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. II D

ANTE lu-cí- fe-rum gé-ni-tus, * et ante sǽ-cu-


la, Dómi- nus Salvátor noster hó-di- e mundo appá-

ru- it. E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit, *cum reliquis*, 28.

2 Ant. 1 g 2

VEnit lumen tu-um, * Je- rú-sa- lem, et gló-




ri- a Dó- mi-ni su-per te or- ta est, et ambu-

lá-bunt gentes in lúmi- ne tu- o, al- le- lú- ia.

E u o u a e.

3 Ant. I g 3


A-pér-tis the-sáuris su- is * ob- tu-lé-runt Ma-gi Dó-



mi-no aurum, thus et myrrham, alle- lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. IV E


MA-rí- a et flúmi- na, * be-ne-dí-ci- te Dómi-no :




hymnum dí-ci-te, fontes, Dómi-no, alle-lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. VII c 2

STel-la ista * sic-ut flamma co-rúscat, et Re-gem re-



gum De- um demónstrat : Ma- gi e- am vi-dé-runt, et




magno Re-gi múne-ra obtu-lé-runt. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiæ 60, 1.*


SUrge, illumináre Jerúsalem, † quia venit lumen tuum, * et glória Dómini super te orta est.

℟. br.
VI


R Eges Tharsis et ínsu-læ múne-ra óffe-rent, * Alle-



lú-ia, alle-lú- ia. Reges Tharsis. ℣. Reges A-rabum et Saba



do-na addúcent. * Alle- lú- ia. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o,



et Spi-ri-tu- i Sancto. Reges Tharsis.

Hymnus.

III

O so-la magnárum úrbi- um Ma-jor Béthlehem, cui cón-




ti-git Du-cem sa-lú- tis cǽ- li- tus Incorpo-rá-tum gí-gne-re


Quem stella, quæ solis rotam
Vincit decóre ac lúmine,
Venísse terris núntiat
Cum carne terréstri Deum.

Vidére postquam illum Magi,
Eóa promunt múnera :
Stratíque votis ófferunt
Thus, myrrham, et aurum régium.

Regem Deúmque annúntiant
Thesáurus, et fragrans odor
Thuris Sabǽi ac mýrrheus
Pulvis sepúlcrum prǽdocet.


Glória tibi Dómine,
Qui apparuísti hódie,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.







(Sic cantatur tantum in die Festi; alias servatur tonus communis).

Ad Benedictus, Antiphona. VIII G2











Oratio.


DEus, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti : † concéde propítius; ut qui jam te ex fide cognóvimus, * usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum.

AD TERTIAM.

Hymnus.

VIII





Os, lingua, mens, sensus, vigor
Confessiónem pérsonent,
Flammescat igne cáritas,
Accéndat ardor próximos.

Glória tibi Dómine,
Qui apparuísti hódie,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

Antiphona Venit lumen tuum, 290. *Capit.* Surge *ut infra,* 295.

℣. Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent, allelúia.
℟. Reges Arabum et Saba dona addúcent, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona Apértis thesáuris suis, 291.

Capitulum. *Isaiæ 60, 4.*

LEva in circúitu óculos tuos, et vide : † omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi : * fílii tui de longe vénient, et fíliæ tuæ de látere surgent.

℣. Omnes de Saba vénient, allelúia.
℟. Aurum et thus deferéntes, allelúia.

AD NONAM.

Antiphona Stella ista, 291.

Capitulum. *Isaiæ 60, 6.*

OMnes de Saba vénient, † aurum et thus deferéntes, * et laudem Dómino annuntiántes.

℣. Adoráte Dóminum, allelúia.
℟. In aula sancta ejus, allelúia.

IN II VESPERIS.

Antiphona Ante lucíferum génitus, 290, *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica.*


Capitulum. *Isaiæ 60, 1.*

SUrge, illumináre Jerúsalem, † quia venit lumen tuum, * et glória Dómini super te orta est.

℟. *br.* Omnes de Saba *et Hymnus* Hostis Heródes *ut in I Vesp.*



℣. Reges Tharsis et ínsulæ mú-ne-ra óffe- rent.



℟. Reges Arabum et Saba dona addú-cent.

(Sic cantatur tantum in die Festi; alias servatur tonus communis).

Ad Magnificat, Antiphona. 1 D*

TRibus mirá-culis * ornátum diem sanctum cólimus : hódie stella Magos dúxit ad præsépium : hódie vinum ex aqua factum est ad núptias : hódie in Jordáne a Joánne Christus baptizári vóluit, ut salváret nos, allelúia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti : * concéde propítius; ut qui jam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum.

Si Epiphania venerit in Sabbato, in II Vesperis fit Commemoratio Dominicæ infra Octavam :

Antiphona Remánsit *et* ℣. Vidimus, 301.

Oratio Vota, quǽsumus, 302.

Infra Octavam Epiphaniæ.


Ad Laudes, per Horas et ad Vesperas, omnia ut in die Festi, præter Antiphonas ad Benedictus et ad Magnificat, quæ singulis diebus habentur propriæ, ut sequitur.

¶ *De Dominica infra Octavam, in quamcumque diem Octavæ inciderit, fit Officium ut infra ordinatur,* 301. *Post Dominicam vero continuantur dies Octavæ eodem numero quo notantur, perinde ac si Dominica non intercessisset. Ex. gr. : si Dominica venerit in tertia die infra Octavam, prima die post Dominicam Antiphonæ ad Benedictus et Magnificat dicentur de tertia die infra Octavam, et sic deinceps de aliis.*

Infra Octavam Epiphaniæ non fit nisi de Duplicibus primæ classis occurrentibus, in quibus semper fit Commemoratio Octavæ.

Secunda Die infra Octavam.

Ad Bened. Ant. VIII G




A B O-ri- énte * ve-nérunt Ma- gi in Béthle-hem




ado-rá-re Dómi-num : et a-pértis thesáu-ris su- is, pre-ti- ó-




sa múne- ra obtu-lé- runt : aurum, sic-ut Re- gi magno :




thus, sic-ut De- o ve- ro : myrrham, sepultúræ e-jus, alle-



Ad Magnif. Ant. VII a






Tertia Die.


Ad Bened. Ant. IV E





Ad Magnif. Ant. VIII a





Ma-gi múne- ra óf-fe- runt, alle- lú- ia, alle- lú- ia, alle- lú- ia. E u o u a e.

Quarta Die.


Ad Bened. Ant. IV E

V I-dimus * stellam e-jus in O-ri- én-te, et vé-ni-



mus cum muné-ri-bus ado-rá-re Dómi-num. E u o u a e.

Ad Magnif. Ant. VIII G



I N- terro-gábat * Ma- gos He- ró- des : Quod si- gnum vi-dí- stis super na-tum Re-gem? Stel-lam ví-dimus fulgén- tem, cu- jus splendor il-lú- mi-nat mundum. E u o u a e

Quinta Die.

Ad Bened. Ant. VII a



O -mnes na-ti- ó- nes * vé- ni- ent a longe,



Ad Magnif. Ant. VIII a




Sexta Die.

Ad Bened. Ant. VIII G



Ad Magnif. Ant. I f





¶ *Quando dies Octava Epiphaniæ venerit in Dominica, nihil fit de Dominica in ipsa die Octava, sed Officium Dominicæ infra Octavam anticipatur Sabbato præcedenti, et Feria VI dicuntur I Vesp. de eadem Dominica cum Commem. præcedentis diei infra Octavam (Ant.* Admóniti Magi); *Sabbato vero dicuntur I Vesp. de Octava Epiphaniæ, cum Commem. Dominicæ.*

DOMINICA

INFRA OCTAVAM EPIPHANIÆ.

Semiduplex.

Totum Officium dicitur de Epiphania, præter sequentia :

IN I VESPERIS.

Capitulum Fratres : Obsecro, *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Omnes de Saba *et Hymnus* Hostis Heródes, 288.

℣. Vídimus stellam ejus in Oriénte, allelúia.
℟. Et vénimus cum munéribus adoráre Dóminum, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

II D

Remánsit * pu- er Je-sus in Je- rú-sa- lem, et non co-gnové-runt pa-réntes e- jus, ex-istimántes il-lum es-se in co-mi- tá- tu : et requi- rébant e- um inter cogná- tos et no- tos. E u o u a e.

Oratio Vota, quǽsumus, *ut infra ad Laudes.*

Deinde fit Commemoratio Epiphaniæ per Antiphonam quæ occurrit secundum ordinem dierum infra Octavam.

℣. Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent.
℟. Reges Arabum et Saba dona addúcent.

Oratio Deus, qui hodiérna die, 294.

AD LAUDES.

Capitulum. *Rom. 12, 1.*

FRatres : Obsecro vos per misericórdiam Dei, † ut exhibeátis córpora vestra hóstiam vivéntem, sanctam, Deo placéntem, * rationábile obséquium vestrum.

℟. *br.* Reges Tharsis *et Hymnus* O sola magnárum, 292.

℣. Omnes de Saba vénient, allelúia.
℟. Aurum et thus deferéntes, allelúia.

Ad Benedictus, Ant. Remánsit, *ut supra ad Vesperas.*

Oratio.

VOta, quǽsumus Dómine, supplicántis pópuli cæléstí pietáte proséquere : † ut et quæ agénda sunt, vídeant, * et ad impléndá quæ víderint, convaléscant. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio de Epiphania : Antiphona Hódie cælésti sponso, 293.

℣. Adoráte Deum, allelúia.
℟. Omnes Angeli ejus, allelúia.

Oratio Deus, qui hodiérna die, 294.

AD TERTIAM.

Antiphona Venit lumen tuum, 290. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent, allelúia.
℟. Reges Arabum et Saba dona addúcent, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona Apértis thesáuris suis, 291.

Capitulum. *Rom. 12, 3.*

Dico enim per grátiam quæ data est mihi, ómnibus qui sunt inter vos : † Non plus sápere quam opórtet sápere, * sed sápere ad sobrietátem.

℣. Omnes de Saba vénient, allelúia.
℟. Aurum et thus deferéntes, allelúia.

AD NONAM.

Antiphona Stella ista, 291.

Capitulum. *Rom. 12, 4-5.*

Sicut enim in uno córpore multa membra habémus, ómnia autem membra non eúmdem actum habent : † ita multi unum corpus sumus in Christo, sínguli autem alter altérius membra : * in Christo Jesu Dómino nostro.

℣. Adoráte Dóminum, allelúia.
℟. In aula sancta ejus, allelúia.

IN II VESPERIS.

Antiphona Ante lucíferum génitus, 290, *cum reliquis. Psalmi de Dominica.*

Capitulum Fratres : Obsecro, *ut supra ad Laudes.*

℟. *br.* Omnes de Saba *et Hymnus* Hostis Heródes, 288.


℣. Vídimus stellam ejus in Oriénte, allelúia.
℟. Et vénimus cum munéribus adoráre Dóminum, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G 2

F I-li, * quid fe-cí-sti no-bis sic? E-go et pa-ter tu- us do- lén- tes quære-bámus te. Quid est quod me quæ-re-bá-





Oratio Vota, quǽsumus, 302.

Et fit Commemoratio Epiphaniæ : Antiphona Magi, 289 *(si tamen sequenti die faciendum non sit Officium de die infra Octavam, sumitur Ant.* Tribus miráculis *de II Vesperis Epiphaniæ).*

℣. Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent.
℟. Reges Arabum et Saba dona addúcent.

Oratio Deus, qui hodiérna die, 294.

¶ *Si Octava Epiphaniæ venerit in Feria II, dicuntur I Vesperæ diei Octavæ cum Commemoratione Dominicæ. Si vero Octava Epiphaniæ venerit in Dominica, omnia secundum superiorem Rubricam,* 301.

IN OCTAVA EPIPHANIÆ.

Duplex majus.

In I Vesperis, omnia dicuntur sicut in I Vesperis Epiphaniæ, 287, *excepta Oratione sequenti :*

Oratio.

DEus, cujus Unigénitus in substántia nostræ carnis appáruit : † præsta, quǽsumus; ut per eum, quem símilem nobis foris agnóvimus, * intus reformári mereámur. Qui tecum vivit.

Ad Laudes, Horas et Vesperas, omnia dicuntur sicut in die Epiphaniæ, excepta Oratione Deus, cujus Unigénitus.

¶ *Quando Octava Epiphaniæ venerit in Sabbato, in II Vesperis Octavæ fit Commemoratio Dominicæ II post Epiphaniam ut infra,* 306.

In Dominicis et Feriis post Epiphaniam.

Post Octavam Epiphaniæ usque ad Septuagesimam, quando fit de Tempore, sic ordinatur Officium :

In Sabbatis *ad Vesperas, omnia ut in Psalterio, præter Orationem, quæ dicitur de Dominica sequenti.*

In Dominicis, *omnia ut in Psalterio, præter Antiphonas ad Benedictus et ad Magnificat et Orationem, quæ singulis Dominicis habentur propriæ, ut sequitur.*

In Feriis, *omnia ut in Psalterio, excepta Oratione, quæ dicitur de Dominica præcedenti.*

Ad Laudes et Vesperas, fit Suffragium de Omnibus Sanctis.

Dominica I post Epiphaniam

QUÆ EST INFRA OCTAVAM.

Officium ut supra, 301.

In Feriis vero quæ supersint post Octavam Epiphaniæ usque ad Dominicam II, omnia ut in Psalterio, cum Oratione Dominicæ :

Oratio.

VOta, quǽsumus Dómine, supplicántis pópuli cæléstí pietáte proséquere : † ut et quæ agénda sunt, vídeant, * et ad impléndá quæ víderint, convaléscant. Per Dóminum.

¶ *Si sequens Dom. II vel alia post Epiph., Septuagesima superveniente, impediatur, nec sit ei locus post Pentecosten, juxta Rubricas, de ea anticipatur Officium Sabbato sub ritu semidupl. cum omnibus privilegiis Dominicæ propriis, tam in occursu quam in concursu ad I Vesperas. In II autem Vesperis nihil fit de ea, quamvis sequens Dom. Septuag. commemoranda tantum sit, juxta Rubricas.*

In Officio hujus Dom. anticipatæ omnia dicuntur de Sabbato, et, in I Vesp., de Feria VI ut in Psalterio, præter Capit. Primæ (quod dicitur ut in Festis), Orationem atque Ant. ad Benedictus, quæ de ipsa Dominica dicuntur. (Ubi adest Indultum Apostolicum, dicitur ad Laudes Canticum festivum).

Dominica II post Epiphaniam.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. VIII G 2

NUpti- æ * factæ sunt in Ca-na Ga-li-lǽ-æ, et e-rat i-bi Je-sus cum Ma-rí- a matre su- a.

E u o u a e.

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.

℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui cæléstia simul et terréna moderáris: † supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi; * et pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. I f

DE-fi-ci- énte vi-no, * jussit Je-sus implé-ri hý-dri- as aqua, quæ in vi- num convérsa est, alle- lú- ia.

E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.

℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Dominica III post Epiphaniam.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. VIII G

CUM autem * descendís-set Je-sus de monte, ec-ce lepró- sus vé-ni- ens ad-o-rá-bat e- um, di- cens : Dó-mi- ne, si vis, po- tes me mundá-re. Et exténdens ma- num, té-ti-git e- um, di- cens : Vo- lo, mundá-re. E u o u a e.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius réspice : † atque ad protegéndum nos * déxteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. I g 2

DOmi-ne, * si tu vis, po-tes me mundá- re : et a- it Je-sus : Vo-lo, mundá-re. E u o u a e.

Dominica IV post Epiphaniam.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. VI c




A-scendénte * Jesu in navículam, ecce



motus magnus factus est in mari: et suscitavérunt



eum discípuli ejus, dicéntes: Dómine, salva



nos, períimus. E u o u a e. ℣. Dóminus regnávit, 306.

Oratio.

Deus, qui nos in tantis perículis constitútos, pro humána scis fragilitáte non posse subsístere: † da nobis salútem mentis et córporis; * ut ea quæ pro peccátis nostris pátimur, te adjuvánte vincámus. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. I g 2



Dómine, * salva nos, períimus: ímpera, et



fac Deus tranquillitátem. E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Dominica V post Epiphaniam.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. 1 a 2

D O-mi-ne, * nonne bonum semen semi- násti in agro tu- o? unde er- go ha- bet zi-zá-ni- a? Et a- it il- lis : Hoc fe- cit in- i-mí- cus ho-mo.


E u o u a e.

Oratio.

FAmíliam tuam, quǽsumus Dómine, contínua pietáte custódi : † ut quæ in sola spe grátiæ cæléstis innítitur, * tua semper protectióne muniátur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. 1 g

C Ol-lí- gi-te * primum zi-zá-ni- a, et al-li- gá-te e- a in fascí-cu-los ad combu-réndum : trí- ti- cum au-tem congre-gá- te in hór- re- um me- um, di-cit Dó-



mi-nus. E u o u a e.

Dominica VI post Epiphaniam.

Semiduplex.

Ad Bened.
Ant. VII d

S Imi-le est * regnum cæ-ló-rum gra-no si-ná-pis,



quod mí-nimum est ómni-bus semí-ni- bus : cum autem cré-ve-



rit, ma-jus est ómni-bus o- lé-ri-bus. E u o u a e.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : † ut semper rationabília meditántes, * quæ tibi sunt plácita, et dictis exsequámur et factis. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. I a 2

S I-mi-le est * regnum cæ- ló- rum ferménto,



quod accéptum mú-li- er abscóndit in fa-rí-næ sa-tis tri-



bus, donec fermentá-tum est to- tum. E u o u a e.

Sabbato ante Septuagesimam.


AD VESPERAS.

Antiphonæ et Psalmi ut in Vesperis Sabbati, in Psalterio, 159.
Capitulum Fratres : Nescítis, *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Magnus Dóminus noster *et Hymnus* O lux beáta, 162.
℣. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Ad Magnificat, Antiphona.


VIII G



D-Ixit Dóminus * ad A- dam : De ligno quod est in



mé-di- o pa-ra-dí-si, ne cóme-das : in qua ho-ra comé-



de-ris, mor- te mo-ri- é- ris. E u o u a e.

Oratio Preces pópuli tui, *ut infra ad Laudes.*

℣. Be-ne-di-cámus Dómi-no, alle-lú- ia, alle- lú- ia.
℟. De- o grá-ti- as, alle-lú- ia, alle- lú- ia.

Et sic dicitur præcedens Versus hoc Sabbato, etiam si Vesperæ fuerint de Festo Duplici I vel II Classis.

Et deinceps non dicitur Allelúia, *usque ad Sabbatum Sanctum. Sed, post* Deus, in adjutórium, *ubi dicebatur* Allelúia *dicitur* Laus tibi, Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.

DOMINICA IN SEPTUAGESIMA.

II Classis. Semiduplex.

AD LAUDES.

1 Ant. I a

MIserére * mei Deus, et a delícto meo munda me: quia tibi soli peccávi. E u o u a e.

Ps. Miserére mei Deus, 25, *cum reliquis de Dominica.*

2 Ant. VIII G 2

COnfitébor * tibi Dómine, quóniam exaudísti me. E u o u a e.

3 Ant. I f

DEus Deus meus, * ad te de luce vígilo, quia factus es adjútor meus. E u o u a e.

4 Ant. I a 2

BEnedíctus es * in firmaménto cæli, et laudábi-



5 Ant. 1 a



Capitulum. *1 Cor. 9, 24.*

FRatres : Nescítis quod ii qui in stádio currunt, † omnes quidem currunt, sed unus áccipit bravíum? * Sic cúrrite ut comprehendátis.


℟. *br.* Inclína, 33, *et Hymnus* Ætérne rerum Cónditor, 34.
℣. Dómine refúgium factus es nobis.
℟. A generatióne et progénie.

Ad Benedictus, Antiphona.

1 a 2







Oratio.

PReces pópuli tui, quǽsumus Dómine, cleménter exáudi : † ut qui juste pro peccátis nostris afflígimur, * pro tui nóminis glória misericórditer liberémur. Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1 f

Conventióne autem * facta cum operáriis ex denário diúrno, misit eos in víneam suam. E u o u a e.

Extra Chorum, Lectio brevis Dóminus autem, 10.

AD TERTIAM.

Ant. VIII a

Ite et vos * in víneam meam, et quod justum fúerit, dabo vobis. E u o u a e.

Capitulum Fratres : Nescítis, *ut supra ad Laudes*.

℣. Ego dixi : Dómine, miserére mei.

℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

AD SEXTAM.

Ant. 1 g

Quid hic statis * tota die otiósi? Respondérunt, et dixérunt : Nemo nos condúxit. E u o u a e.


Capitulum. *1 Cor. 9, 25.*


OMnis autem qui in agóne conténdit, ab ómnibus se ábstinet : † et illi quidem ut corruptíbilem corónam accípiant, * nos autem incorrúptam.

℣. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit.
℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

AD NONAM.

Ant. VIII G





Capitulum. *1 Cor. 10, 4-5.*

BIbébant autem de spiritáli, consequénte eos, petra : † petra autem erat Christus : * sed non in plúribus eórum beneplácitum est Deo.

℣. Ab occúltis meis munda me Dómine.
℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

AD VESPERAS.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.
℟. *br.* Quam magnificáta sunt *et Hymnus* Lucis Creátor, 128.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

VII a







hic sta- tis to-ta di- e o-ti- ó- si? At il- li respondéntes



di-xé- runt : Qui- a nemo nos condú- xit. I- te in



ví- ne- am me- am : et quod justum fú- e-rit, da- bo vo- bis.



E u o u a e.

¶ *De Feriis a Dominica Septuagesimæ usque ad Feriam IV Cinerum, quando de eis non fit Officium, semper facienda est Commemoratio in Laudibus et Vesperis, in Festis Duplicibus etiam I Classis et diebus infra Octavas.*

De Vigilia vero occurrente nihil fit in Officio, sive sit de Festo vel de die infra Octavam, sive de Feria. Item non fit de B. M. V. in Sabbato.

Antiphona ad Benedictus ut in Psalterio; ad Magnificat autem cuique Feriæ habetur Antiphona propria, ut infra.

Feria Secunda.

Ad Benedictus, *Antiphona e Psalterio, et sic in sequentibus Feriis.*


Ad Magnif. Ant. 1 a 2



HI no-víssi- mi * u-na ho-ra fe- cé- runt, et



pa- res il-los no- bis fe- cí-sti, qui portá-vimus pondus



di- é- i et æstus. E u o u a e.


℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Feria Tertia.

Ad Magnif.
Ant. VIII G



D I- xit autem * pa-terfamí- li- as : Amí- ce, non




fá-ci- o ti-bi injú- ri- am : nonne ex dená-ri- o conve-nísti



me-cum? tolle quod tu- um est, et va-de. E u o u a e.

Feria Quarta.

Ad Magnif.
Ant. VIII a



T Olle * quod tu- um est, et va-de : qui- a ego



bonus sum, di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

Feria Quinta.

Ad Magnif.
Ant. VIII G

NON li-cet mi-hi * fá-ce- re quod vo- lo? an ó- cu-lus tu- us nequam est? qui- a ego bonus sum, di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

Feria Sexta.

Ad Magnif.
Ant. VIII G

SIC e-runt * no-víssimi primi : et primi no- víssimi; multi e-nim sunt vo-cá-ti, pauci ve-ro e-lé-cti. E u o u a e.

Sabbato ante Sexagesimam.

AD VESPERAS.

Capitulum Fratres : Libénter suffértis, *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Magnus Dóminus noster *et Hymnus* O lux beáta, 162.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.

℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G

DIxit Dómi-nus * ad No- e: Fi- nis u-nivérsæ carnis ve-nit co-ram me: fac ti-bi arcam de lignis lævi-gá- tis, ut salvé- tur u-nivérsum semen in e- a.

E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

II Classis. Semiduplex.

AD LAUDES.


1 Ant. 1 g 2

SEcúndum magnam * mi-se-ri-córdi- am tu- am, mi-se-ré-re me- i De- us. E u o u a e.

Ps. Miserére, 25, *cum reliquis de Dominica.*

2 Ant.
I a 2

S I mi-hi Dómi-nus * salvá-tor fú- e- rit, non timé-bo



quid fá-ci- at mi-hi ho-mo. E u o u a e.

3 Ant.
II D


I N ve-laménto * clamá- vi valde di-lú-cu-lo : De- us



De- us me- us, ad te de lu-ce ví-gi-lo. E u o u a e.

4 Ant.
VIII G

H Ymnum di-cámus * Dó-mi- no De- o nostro.



E u o u a e.

5 Ant.
I f

I N týmpano et cho-ro, * in chordis et órgano



laudá-te De- um. E u o u a e.

Capitulum. *2 Cor. 11, 19-20.*

FRatres : Libénter suffértis insipiéntes, cum sitis ipsi sapiéntes : † sustinétis enim si quis vos in servitútem rédigit, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, * si quis in fáciem vos cædit.

℟. *br.* Inclína, 33, *et Hymnus* Ætérne rerum Cónditor, 34.
℣. Dómine refúgium factus es nobis.
℟. A generatióne et progénie.

Ad Benedictus, Antiphona.

VIII G

CUM turba plú-rima * conve-ní-rent ad Je-sum, et de ci- vi-tá-ti-bus pro-pe- rá-rent ad e- um, di-xit per simi- li- tú-di- nem : Ex-i- it qui sémi- nat, semi- ná-re semen su- um. E u o u a e.


Oratio.

DEus, qui cónspicis quia ex nulla nostra actióne confídimus : † concéde propítius; * ut contra advérsa ómnia, Doctóris géntium protectióne muniámur. Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. VIII G

SEmen cé-ci-dit * in terram bonam, et áttu-lit fructum



in pa-ti- énti- a. E u o u a e.

AD TERTIAM.

Ant. 1 f

QUI verbum De- i ré- ti-nent * corde perfécto et



ópti-mo, fructum áffe-runt in pa-ti- énti- a. E u o u a e.


Capitulum Fratres : Libénter suffértis, *ut supra ad Laudes.*

℣. Ego dixi : Dómine, miserére mei.
℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

AD SEXTAM.

Ant. VIII G

SEmen cé-ci-dit * in terram bonam, et áttu-lit fructum,



á-li- ud centé-simum, et á-li- ud sexagé-simum. E u o u a e.


Capitulum. *2 Cor. 11, 25.*

TER virgis cæsus sum, semel lapidátus sum, ter naufrágium feci, * nocte et die in profúndo maris fui.

℣. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit.
℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

AD NONAM.

Ant. VII c



S I ve-re, fratres, * dí-vi-tes esse cú-pi-tis, ve-ras



di-ví-ti-as amá-te. E u o u a e.

Capitulum. *2 Cor. 12, 9.*

Libénter ígitur gloriábor in infirmitátibus meis, * ut inhábitet in me virtus Christi.

℣. Ab occúltis meis munda me Dómine.
℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

AD VESPERAS.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica, Capitulum e Laudibus.
℟. *br.* Quam magnificáta sunt *et Hymnus* Lucis Creátor, 128.


℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

VI F



V O-bis da-tum est * nosse mysté-ri-um regni



De- i, cé-te-ris autem in pa-rá-bo-lis, di-xit Je-sus discí-



pu-lis su- is. E u o u a e.

Feria Secunda.

Ad Magnif. Ant. VII c




cæ-léstem pátri- am quantó-ci- us prope-rá- te. E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Feria Tertia.

Ad Magnif. Ant. III a






E u o u a e.

Feria Quarta.

Ad Magnif. Ant. I g








Feria Quinta.

Ad Magnif.
Ant. VIII G








Feria Sexta.

Ad Magnif.
Ant. I f





Sabbato ante Quinquagesimam.

AD VESPERAS.

Capitulum Fratres : Si linguis, *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Magnus Dóminus noster *et Hymnus* O lux beáta, 162.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.

℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Ad Magnificat, Antiphona.

VI F

P A- ter * fi-de- i nostræ, Abra- ham summus, ób- tu- lit ho-lo- cáustum super al- tá-re pro fí- li- o. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.


DOMINICA IN QUINQUAGESIMA.

II Classis. Semiduplex.

AD LAUDES.

1 Ant. I f


S Ecúndum multi-tú-di-nem * mi-se-ra-ti- ónum tu-á-rum



Ps. Miserére mei Deus, 25, *cum reliquis de Dominica.*

2 Ant. VIII c

DEus meus es tu, * et confi-tébor ti- bi : De- us



3 Ant. VII a

AD te de lu-ce * ví-gi- lo, De- us, ut ví-de- am




4 Ant. IV E

HYmnum di-ci-te, * et super-exaltá-te e- um in sǽ-



5 Ant. V g

Omnes Ange- li e-jus, * laudá-te Dómi-num de



Capitulum. *1 Cor. 13, 1.*

FRatres : Si linguis hóminum loquar et Angelórum, † caritátem autem non hábeam, * factus sum velut æs sonans, aut cýmbalum tínniens.

℟. *br.* Inclína, 33, *et Hymnus* Ætérne rerum Cónditor, 34.
℣. Dómine refúgium factus es nobis.
℟. A generatióne et progénie.

Ad Benedictus, Antiphona.

IV E

ECce ascéndimus * Jerosólymam, et consummabúntur ómnia quæ scripta sunt de Fílio hóminis : tradétur enim géntibus, et illudétur, et flagellábitur, et conspuétur : et postquam flagelláverint, occídent eum, et die tértia resúrget. E u o u a e.

Oratio.

PReces nostras, quǽsumus Dómine, cleménter exáudi : † atque a peccatórum vínculis absolútos, * ab omni nos adversitáte custódi. Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1 D 2

I-ter fa-ci- énte Je- su, * dum ambu-lá-ret Jé- ri- cho, cæ-cus clamá-bat ad e- um, ut lumen re-cí-pe- re me- re- ré- tur. E u o u a e.

AD TERTIAM.

Ant. 1 f

TRanse- únte Dómi-no, * cla- mábat cæ-cus ad e- um : Mi-se-ré-re me- i, Fi- li Da-vid. E u o u a e.

Capitulum Fratres : Si linguis, *ut supra ad Laudes.*

℣. Ego dixi : Dómine, miserére mei.
℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

AD SEXTAM.

Ant. VII a

ET qui præ- í- bant, * incre-pábant e- um ut ta-





Capitulum. *1. Cor. 13, 8-9.*


CAritas numquam éxcidit : † sive prophetíæ evacuabúntur, sive linguæ cessábunt, sive sciéntia destruétur : * ex parte enim cognóscimus, et ex parte prophetámus.

℣. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit.
℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

AD NONAM.

Ant. 1 f





Capitulum. *1. Cor. 13, 13.*

NUnc autem manent fides, spes, cáritas, tria hæc : * major autem horum est cáritas.

℣. Ab occúltis meis munda me Dómine.
℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

AD VESPERAS

Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.
℟. *br.* Quam magnificáta sunt *et Hymnus* Lucis Creátor, 128.
℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

I D

STans autem Je-sus * jussit cæcum addú- ci ad se, et a- it il- li : Quid vis fá- ci- am ti- bi? Dómi- ne, ut ví-de- am. Et Je-sus a- it il- li : Réspi-ce, fi-des tu- a te salvum fe- cit. Et confé-stim vi- dit, et sequebá- tur il- lum, magní- fi-cans De- um. E u o u a e.

Feria Secunda.

Ad Magnif. Ant. VII a

ET qui præ- í- bant, * incre-pábant e- um ut ta- cé-ret : ipse ve- ro multo ma-gis clamá- bat : Mi-se-ré-re




℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Feria Tertia.

Ad Magnif. Ant. VIII G





Feria Quarta Cinerum.

Ab hac die cessant omnes Octavæ; et si in ea occurrit Festum Duplex I vel II Classis, transfertur in sequentem diem non impeditam.

In hac et seq. Feriis usque ad Nonam Sabbati incl., Capit., ℟℟. br., Hymni et alia omnia dicuntur ut in Psalterio per Annum, exceptis Ant. ad Bened. et Magnif.; Vesperæ hora consueta; Preces autem et Orationes dicuntur flexis genibus, ut in Ordinario de Temp. Quadrag. indicatur, 340.

Ad Bened. Ant. VII a





℣. Replécti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus et delectáti sumus.


Oratio.

PRæsta Dómine fidélibus tuis : † ut jejuniórum veneránda solémnia, et cóngrua pietáte suscípiant, * et secúra devotióne percúrrant. Per Dóminum.

Hæc Oratio dicitur ad omnes Horas diei, præterquam in Vesperis, pro quibus habetur propria. Et sic in sequentibus Feriis.

Ad Magnif. Ant. IV A

THesauri-zá-te vo-bis * thesáuros in cæ- lo, u-bi



nec æ-rú-go, nec tí-ne- a de-mo-lí- tur. E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Oratio.

INclinántes se, Dómine, majestáti tuæ, propitiátus inténde : * ut qui divíno múnere sunt refécti, cæléstibus semper nutriántur auxíliis. Per Dóminum.

Feria Quinta.

Ad Bened. Ant. 1 g 2

DOmi-ne, * pu- er me- us ja-cet pa-ra-lý-ti-cus in



domo, et ma-le torqué- tur. Amen di-co ti-bi, ego vé-



℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus, et delectáti sumus.


Oratio.

DEus, qui culpa offénderis, pæniténtia placáris : † preces pópuli tui supplicántis propítius réspice ; * et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merêmur, avérte. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. 1 g 2







℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Oratio.

PArce Dómine, parce pópulo tuo : * ut dignis flagellatiónibus castigátus, in tua miseratióne respíret. Per Dóminum.

Feria Sexta.

Ad Bened. Ant. 1 f





Oratio.

INchoáta jejúnia, quǽsumus Dómine, benígno favóre proséquere : † ut observántiam, quam corporáliter exhibémus, * méntibus étiam sincéris exercére valeámus. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. I f






Oratio.

TUére Dómine pópulum tuum, et ab ómnibus peccátis cleménter emúnda : * quia nulla ei nocébit advérsitas, si nulla ei dominétur iníquitas. Per Dóminum.

Sabbato.

Ad Bened. Ant. II D





Oratio.

ADésto Dómine supplicatiónibus nostris, et concéde : † ut hoc solémne jejúnium, quod animábus corporibúsque curándis salúbriter institútum est, * devóto servítio celebrémus. Per Dóminum nostrum.

TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

ORDINARIUM
DE TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

AD VESPERAS.

In Dominicis. *Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum proprium, e Laudibus.* ℟. *br.*, *Hymnus et* ℣. *ut infra.*

In Feriis. *Antiphonæ et Psalmi de Feria currenti ut in Psalterio. Capitulum,* ℟. *br.*, *Hymnus et* ℣. *ut infra. In Sabbatis vero omnia ut notatur proprio loco.*

Capitulum. In Feriis tantum. *Joël 2, 17.*

INter vestíbulum et altáre plorábunt sacerdótes, minístri Dómini, et dicent : † Parce Dómine, parce pópulo tuo : * et ne des hæreditátem tuam in oppróbrium, ut dominéntur eis natiónes.

Responsorium breve. iv

SCAPULIS su- is * Obumbrá-bit ti- bi. Scápu-lis.

℣. Et sub pen-nis e-jus spe-rá- bis. * Obumbrá- bit. ℣. Gló-

ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i San- cto. Scápu- lis.

Hymnus.

II

A U-di be-nígne Cóndi-tor Nostras pre-ces cum flé- ti-bus, In hoc sacro je-jú-ni- o Fu-sas quadra-ge-ná- ri- o.

Scrutátor alme córdium,
Infírma tu scis vírium :
Ad te revérsis éxhibe
Remissiónis grátiam.

Multum quidem peccávimus,
Sed parce confiténtibus :
Ad laudem tui nóminis
Confer medélam lánguidis.

Sic corpus extra cónteri
Dona per abstinéntiam,
Jejúnet ut mens sóbria
A labe prorsus críminum.

Præsta beáta Trínitas,
Concéde simplex Unitas :
Ut fructuósa sint tuis
Jejuniórum múnera. Amen.

Hæc doxologia nunquam mutatur.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona propria.
Oratio propria, quæ in Feriis ponitur post Antiphonam ad Magnificat.
Deinde fit Suffragium de Omnibus Sanctis, 165.

Tonus Hymni ad Completorium.

II

T E lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre- á-tor pósci- mus, Ut só-li-ta cleménti- a, Sis præ-sul ad custó-di- am.

Hic tonus servandus est ad Completorium, tam in Dominicis quam in Feriis, Tempore Quadragesimæ, præterquam in Festis.

AD LAUDES.

In Dominicis. *Antiphonæ propriæ cum Psalmis de Dominica. Capitulum proprium.* ℟. *br., Hymnus et* ℣. *ut infra.*

In Feriis. *Antiphonæ et Psalmi de Feria currenti, ut in Psalterio. Capitulum,* ℟. *br., Hymnus et* ℣. *ut infra.*

Capitulum. In Feriis tantum. *Isaiæ 58, 1.*

CLama, ne cesses, quasi tuba exálta vocem tuam, † et annúntia pópulo meo scélera eórum, * et dómui Jacob peccáta eórum.

℟. br. IV

Ipse li-be-rá-vit me * De láque-o ve-nán- ti- um. Ipse. ℣. Et a verbo ás- pe-ro. * De láque-o. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i San-cto. Ipse.

Hymnus.

II

JAM Christe sol justí-ti- æ, Mentis di- éscant té-nebræ, Virtú-tum ut lux réde- at, Terris di- em cum répa-ras.

Dans tempus acceptábile,
Et pænitens cor tribue :
Convértat ut benígnitas
Quos longa suffert píetas.

Quiddámque pæniténtiæ
Da ferre, quamvis grávium,
Majóre tuo múnere,
Quo démptio fit críminum.

Dies venit, dies tua,
In qua reflórent ómnia :
Lætémur in hac ad tuam
Per hanc redúcti grátiam.

Te rerum univérsitas,
Clemens adóret Trínitas,
Et nos novi per véniam
Novum canámus cánticum.
Amen.

Hæc doxologia nunquam mutatur.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Benedictus, Antiphona propria.

Oratio propria, quæ dicitur etiam ad omnes Horas, exceptis Vesperis in Feriis.

Deinde fit Suffragium de Omnibus Sanctis, 165.

AD HORAS

In Dominicis. *Ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam, Antiphonæ, Capitula et ℣℣. ut in Proprio de Tempore. Ad Primam vero, Capit.* Regi sæculórum *et, extra Chorum, Lectio brevis* Quǽrite Dóminum, 10.

In Feriis. *Omnia ut in Psalterio, pro Tempore Quadragesimæ. Ad Primam vero, Capitulum* Pacem et veritátem *et, extra Chorum, Lectio brevis* Quǽrite Dóminum, 10. *Oratio de Laudibus.*

Hymnus vero cantatur in tono sequenti :

1
NUnc Sancte no-bis Spí-ri-tus, Unum Patri cum Fí-li- o, Digná-re promptus inge- ri, Nostro re-fú-sus pécto- ri.

Hic tonus servandus est ad Horas, tam in Dominicis quam in Feriis, Tempore Quadragesimæ, præterquam in Festis.

Omnia in hoc Ordinario assignata servantur in Officiis de Tempore Quadragesimæ usque ad Nonam Sabbati ante Dominicam Passionis inclusive.

¶ *Si die Dominica occurrit Festum Duplex I vel II Classis, transfertur in*

sequentem diem non impeditam; de Duplicibus vero majoribus et minoribus necnon de Memoria, fit tantum Commemoratio juxta Rubricas; et ita usque ad Feriam IV Majoris Hebdomadæ.

In Quadragesima usque ad Feriam IV Majoris Hebdomadæ inclusive, in Officio feriali, dicuntur Preces ad Primam et Completorium flexis genibus, sicut et Pater noster *ante Orationem, et ipsa Oratio sive Orationes per omnes Horas. Vesperæ autem dicuntur ante comestionem, tam in Festis quam in Feriis, exceptis Dominicis, in quibus dicuntur hora consueta.*

Sabbato I in Quadragesima.

AD VESPERAS.

Psalmi et Antiphonæ de Sabbato, 159.


Capitulum Fratres : Hortámur vos, *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Scápulis suis *et Hymnus* Audi benígne Cónditor, 336.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona. VII a





Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam ánnua Quadragesimáli observatióne puríficas : * præsta famíliæ tuæ; ut quod a te obtinére abstinéndo nítitur, hoc bonis opéribus exsequátur. Per Dóminum.

DOMINICA I IN QUADRAGESIMA.

I Classis. Semiduplex.

AD LAUDES.

1 Antiphona. 1 g

C OR mundum * cre- a in me De- us : spí-ri-tum rectum ínno-va in viscé-ri-bus me- is. E u o u a e.

Ps. Miserére mei Deus, 25, *cum reliquis de Dominica.*

2 Ant. II D

O Dó-mi- ne, * salvum me fac : o Dó-mi-ne, be-ne prospe-rá- re. E u o u a e.

3 Ant. VII a

S IC be- ne-dí-cam te * in vi-ta me- a Dómi- ne : et in nó- mi-ne tu- o le-vábo manus me- as. E u o u a e.

4 Ant. II D

IN spí-ri-tu * humi-li-tá-tis et in á-nimo con-trí-to susci-pi-ámur Dó-mi-ne a te: et sic fi-at sacri-fí-ci-um nostrum, ut a te susci-pi-á-tur hó-di-e, et pláce-at ti-bi, Dómi-ne De-us. E u o u a e.

5 Ant. II D

LAudá-te De-um * cæ-li cæ-ló-rum, et aquæ omnes. E u o u a e.

Capitulum. *2 Cor. 6, 1-2.*

FRatres: Hortámur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiátis. + Ait enim: Témpore accépto exaudívi te, * et in die salútis adjúvi te.

℟. *br.* Ipse liberávit me *et Hymnus* Jam Christe, 338.


℣. Angelis suis Deus mandávit de te.

℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Benedictus, Antiphona.

I D

DUctus est Je-sus * in de-sértum a Spí-ri-tu,




Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam ánnua Quadragesimáli observatióne puríficas : † præsta famíliæ tuæ; ut quod a te obtinére abstinéndo nítitur, * hoc bonis opéribus exsequátur. Per Dóminum.

AD PRIMAM.


Ant. I f



AD TERTIAM.

Ant. II D







Capitulum Fratres : Hortámur, *ut supra ad Laudes.*

℣. Ipse liberávit me de láqueo venántium.

℟. Et a verbo áspero.

AD SEXTAM.

Ant. v a





Capitulum. *2 Cor. 6, 2-3.*

Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis : † némini dantes ullam offensiónem, * ut non vituperétur ministérium nostrum.


℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.

℟. Et sub pennis ejus sperábis.

AD NONAM.

Ant. VIII G2





Capitulum. *2 Cor. 6, 9-10.*

UT castigáti, et non mortificáti : quasi tristes, semper autem gaudéntes : † sicut egéntes, multos autem locupletántes : * tamquam nihil habéntes, et ómnia possidéntes.

℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.
℟. Non timébis a timóre noctúrno.

AD VESPERAS.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.
℟. *br.* Scápulis suis *et Hymnus* Audi benígne Cónditor, 336.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.


VIII G 2

ECce nunc * tempus acceptá-bi-le, ecce nunc di-es sa-lú- tis : in his ergo di- é-bus exhi-be- ámus nos sic-ut De- i mi-nístros, in multa pa- ti- énti- a, in je-jú-ni- is, in vi-gí- li- is, et in ca-ri-tá- te non fi-cta. E u o u a e.

Oratio Deus, qui Ecclésiam tuam, 340.

Feria Secunda.

Ad Bened.
Ant. VII a



V

Enite * be-ne-dí-cti Patris me- i: percí- pi- te



regnum, quod vo-bis pa-rá-tum est ab o-rí- gi-ne mundi.




E u o u a e.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.


Oratio.

COnvérte nos Deus salutáris noster: † et ut nobis jejúnium Quadragesimále profíciat, * mentes nostras cæléstibus ínstrue disciplínis. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. I f



QUod u-ni * ex mí-ni-mis me- is fe-cí-stis, mi-hi



fe-cí-stis, di-cit Dó-mi-nus. E u o u a e. ℣. Angelis suis.

Oratio.

ABsólve, quǽsumus Dómine, nostrórum víncula peccatórum: * et quidquid pro eis merémur, propitiátus avérte. Per Dóminum nostrum.

Feria Tertia.

Ad Bened. Ant. 1 g

I Ntrá- vit * Je-sus in templum De- i, et e-ji-ci- é-bat omnes vendéntes et eméntes : et men- sas nummu- la- ri- ó- rum, et cáthedras vendénti- um co-lúm-bas e-vér-tit. E u o u a e.

Oratio.

Respice Dómine famíliam tuam, et præsta : † ut apud te mens nostra tuo desidério fúlgeat, * quæ se carnis maceratióne castígat. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. VIII G 2

S Cri-ptum est e- nim * qui- a domus me- a domus o- ra-ti- ó-nis est cunctis génti-bus : vos autem fe-cí-stis il-lam spe- lúncam latró- num : et e- rat quo-tí-



℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Oratio.


Ascéndant ad te Dómine preces nostræ : * et ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam. Per Dóminum.

Feria Quarta Quatuor Temporum.

Ad Bened. Ant. VIII G

G Ene-rá-ti-o hæc * prava et pervérsa signum





Oratio.


Preces nostras, quǽsumus Dómine, cleménter exáudi : † et contra cuncta nobis adversántia, * déxteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. IV A*



S Ic-ut fu- it Jo-nas * in ventre ce- ti tri-bus di- é-






Oratio.

MEntes nostras, quǽsumus Dómine, lúmine tuæ claritátis illústra : * ut vidére possímus quæ agénda sunt; et quæ recta sunt, ágere valeámus. Per Dóminum.


Feria Quinta.

Ad Bened. Ant. 1 D










Oratio.

DEvotiónem pópuli tui, quǽsumus Dómine, benígnus inténde : † ut qui per abstinéntiam macerántur in córpore, * per fructum boni óperis reficiántur in mente. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. IV A*



O mú-li- er, * magna est fi-des tu- a : fi-at ti- bi sic-ut pe-tí-sti. E u o u a e.


℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Oratio.

DA, quǽsumus Dómine, pópulis christiánis, et quæ profiténtur agnóscere : * et cæléste munus dilígere, quod frequéntant. Per Dóminum.

Feria Sexta Quatuor Temporum.

Ad Bened. Ant. IV A




ANge-lus Dómi-ni * descendé-bat de cæ- lo : mo-ve-bá-tur aqua, et sa-na-bá-tur u-nus. E u o u a e.

℣. Angelis suis.

Oratio.

ESto Dómine propítius plebi tuæ : † et quam tibi facis esse devótam, * benígno réfove miserátus auxílio. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. I f



QUI me sanum fe-cit, * il-le mi-hi præ-cé-pit : Tolle



Oratio.

EXáudi nos miséricors Deus : * et méntibus nostris grátiæ tuæ lumen osténde. Per Dóminum.

Sabbato Quatuor Temporum.

Ad Benedictus, Ant. Assúmpsit Jesus, *ut infra ad Laudes,* 353.


Oratio.

POpulum tuum, quǽsumus Dómine, propítius réspice : * atque ab eo flagélla tuæ iracúndiæ cleménter avérte. Per Dóminum.


AD VESPERAS.

Capitulum Fratres : Rogámus vos, *ut infra ad Laudes.*
℟. *br.* Scápulis suis *et Hymnus* Audi benígne Cónditor, 336.
℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.







Oratio Deus, qui cónspicis, *ut infra ad Laudes.*


DOMINICA II IN QUADRAGESIMA.

I Classis. Semiduplex.

AD LAUDES.

1 Ant.
VII c

D Omi-ne * lá-bi- a me- a a-pé- ri- es, et os me- um



annunti- á-bit laudem tu- am. E u o u a e.

Ps. Miserére mei Deus, 23, *cum reliquis de Dominica.*

2 Ant.
VIII a


D Exte- ra Dómi-ni * fe-cit virtú-tem : déxte- ra Dómi-



ni ex-altá-vit me. E u o u a e.


3 Ant.
I g2

F Actus est * adjú-tor me- us De- us me- us.




E u o u a e.


4 Ant.
VIII G




T Ri- um pu- e-ró-rum * can-témus hymnum, quem cantá-



5 Ant. VII a






Capitulum. *1 Thess. 4, 1.*

FRatres : Rogámus vos, et obsecrámus in Dómino Jesu : † ut quemádmodum accepístis a nobis quómodo vos opórteat ambuláre, et placére Deo : * sic et ambulétis, ut abundétis magis.

℟. *br.* Ipse liberávit me *et Hymnus* Jam Christe sol, 338.
℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Benedictus, Antiphona.

II D





Oratio.

DEus, qui cónspicis omni nos virtúte destítui : intérius exteriúsque custódi ; † ut ab ómnibus adversitátibus muniámur in córpore, * et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1 g 2

DOmi-ne, * bonum est nos hic es-se : si vis, fa-ci- ámus hic tri- a taberná-cu-la : ti-bi unum, Mó- y-si unum, et E-lí- æ u-num. E u o u a e.

AD TERTIAM

Antiphona Dómine, *ut supra ad Primam. Capitulum e Laudibus.*

℣. Ipse liberávit me de láqueo venántium.

℟. Et a verbo áspero.

AD SEXTAM.

Ant. IV. 1

FAci- ámus hic * tri- a tabernácu-la : ti-bi unum, Mó- y-si u-num, et E-lí- æ u-num. E u o u a e.

Capitulum. *1 Thess. 4, 3-4.*

HÆC est enim volúntas Dei, sanctificátio vestra : † ut abstineátis vos a fornicatióne, * ut sciat unusquísque vestrum vas suum possidére in sanctificatióne et honóre.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.

℟. Et sub pennis ejus sperábis.

AD NONAM.

Antiphona Visiónem, *ut in I Vesperis*, 351.

Capitulum. *1 Thess. 4, 7.*

NON enim vocávit nos Deus in immundítiam, † sed in sanctificatiónem, * in Christo Jesu Dómino nostro.

℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.
℟. Non timébis a timóre noctúrno.

AD VESPERAS.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.
℟. *br.* Scápulis suis *et Hymnus* Audi benígne Cónditor, 336.
℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.
Ad Magnificat, Antiphona Visiónem, *ut in I Vesperis*, 351.

Feria Secunda.

Ad Bened. Ant. VIII c

E-go * princí-pi-um, qui et loquor vo-bis.

E u o u a e.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnipotens Deus: † ut família tua, quæ se, affligéndo carnem, ab aliméntis ábstinet; * sectándo justítiam, a culpa jejúnet. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. 1 f

Qui me misit, * mecum est, et non relíquit me solum : quia quæ plácita sunt ei, fácio semper.

E u o u a e.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Oratio.

Adésto supplicatiónibus nostris omnípotens Deus : * et quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum.

Feria Tertia.

Ad Bened. Ant. II D

Unus est enim * magíster vester, qui in cælis est, Christus Dóminus. E u o u a e.

℣. Angelis suis.

Oratio.

Pérfice, quǽsumus Dómine, benígnus in nobis observántiæ sanctæ subsídium : † ut quæ te auctóre faciénda cognóvimus, * te operánte impleámus. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. IV d

O - mnes * autem vos fratres estis : et patrem no-lí-te vo-cá-re vo- bis super ter-ram : unus est e-nim Pa-ter vester, qui in cæ- lis est : nec vo-cémi-ni ma-gístri, qui- a ma-gister ve- ster u- nus est Chri-stus. E u o u a e.

Oratio.

PRopitiáre Dómine supplicatiónibus nostris, et animárum nostrárum medére languóribus : * ut remissióne percépta, in tua semper benedictióne lætémur. Per Dóminum.

Feria Quarta.


Ad Bened. Ant. VII a

E Cce ascéndimus * Je- ro-só-lymam : et Fí- li- us hómi-nis tradé-tur ad cru- ci- figéndum. E u o u a e.

Oratio.

Populum tuum, quǽsumus Dómine, propítius réspice : † et quos ab escis carnálibus prǽcipis abstinére, * a nóxiis quoque vítiis cessáre concéde. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. I f



flagel-lándum, et cru-ci- fi-géndum. E u o u a e.


℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Oratio.

Deus innocéntiæ restitútor et amátor, dírige ad te tuórum corda servórum : * ut spíritus tui fervóre concépto, et in fide inveniántur stábiles, et in ópere efficáces. Per Dóminum.

Feria Quinta.

Ad Bened. Ant. VIII G




vi-ta tu- a, et Lá-za-rus simí- li-ter ma- la. E u o u a e.

℣. Angelis suis.

Oratio.

Præsta nobis, quǽsumus Dómine, auxílium grátiæ tuæ : † ut jejúniis et oratiónibus convenienter inténti, * liberémur ab hóstibus mentis et córporis. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. VII c 2



D I-ves il-le * guttam aquæ pé-ti- it, qui mi-cas




pa-nis Lá-za-ro ne-gá-vit. E u o u a e.

Oratio.


ADésto Dómine fámulis tuis, et perpétuam benignitátem largíre poscéntibus : * ut iis, qui te auctóre et gubernatóre gloriántur, et congregáta restáures, et restauráta consérves. Per Dóminum.

Feria Sexta.


Ad Bened.
Ant. VIII G



M A-los * ma-le per-det, et ví-ne-am su-am lo-



cá-bit á-li- is agrí-co-lis, qui reddant e- i fru-ctum



tempó- ri-bus su- is. E u o u a e.

Oratio.

DA, quǽsumus omnípotens Deus : † ut sacro nos purificánte jejúnio, * sincéris méntibus ad sancta ventúra fácias perveníre. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. III a

Q Uæréntes e- um te-né-re, * ti-mu- é-runt turbam,



qui- a sic-ut prophé- tam e- um ha-bé-bant. E u o u a e.

Oratio.

DA, quǽsumus Dómine, pópulo tuo salútem mentis et córporis : * ut bonis opéribus inhæréndo, tuæ semper virtútis mereátur protectióne deféndi. Per Dóminum.


Sabbato.

Ad Bened. Ant. I a 2

V Adam * ad patrem me- um, et di- cam e- i :



Pa- ter, fac me sic-ut unum ex merce-ná-ri- is tu- is.



E u o u a e. ℣. Angelis suis.

Oratio.

DA, quǽsumus Dómine, nostris efféctum jejúniis salutárem : † ut castigátio carnis assúmpta * ad nostrárum vegetatiónem tránseat animárum. Per Dóminum.

AD VESPERAS.

Capitulum Fratres : Estóte, *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Scápulis suis *et Hymnus* Audi benígne Cónditor, 336.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.

℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G

DIxit autem pater * ad servos suos: Cito proférte stolam primam, et indúite illum, et date ánnulum in manu ejus, et calceaménta in pedes ejus.

E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

DOMINICA III IN QUADRAGESIMA

I Classis. Semiduplex.

AD LAUDES.

1 Ant. III g

FAC benígne * in bona voluntáte tua, ut ædificéntur Dómine muri Jerúsalem. E u o u a e.

Ps. Miserére mei Deus, 25, *cum reliquis de Dominica.*

2 Ant. VIII G 2

DOmi-nus * mi-hi adjú-tor est, non timé-bo quid fá-ci-at mi-hi ho-mo. E u o u a e.

3 Ant. VIII G

LAbi- a me- a * laudá-bunt te in vi-ta me- a De- us me- us. E u o u a e.

4 Ant. I a 2

VIM virtú-tis su- æ * oblí-tus est ignis : ut pú- e-ri tu- i li-be-ra-réntur illǽ- si. E u o u a e.

5 Ant. I g 2

SOL et luna * laudá-te De- um : qui- a exaltá-tum est nomen e-jus so- li- us. E u o u a e.

Capitulum. *Ephes. 5, 1-2.*

FRatres : Estóte imitatóres Dei, sicut fílii caríssimi : + et ambuláte in dilectióne, sicut et Christus diléxit nos, et trádidit semetípsum pro nobis, * oblatiónem et hóstiam Deo in odórem suavitátis.

℣

℟. *br.* Ipse liberávit me *et Hymnus* Jam Christe sol, 338.
℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Benedictus, Antiphona.

III a

DUM fortis ar-má-tus * custó-dit átri- um su- um, in pa-ce sunt ómni- a quæ póssi-det. E u o u a e.

Oratio.

QUæsumus omnípotens Deus, vota humílium réspice: † atque ad defensiónem nostram, * déxteram tuæ majestátis extende. Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. I g

ET cum e-je-cís-set * Je-sus dæ-mó-ni- um, lo-cú-tus est mu-tus, et admi-rá-tæ sunt turbæ. E u o u a e.

AD TERTIAM.

Ant. III a

SI in dí-gi-to De- i * e-jí-ci- o dæmó-ni- a,



pro-fécto ve- nit in vos regnum De- i. E u o u a e.


Capitulum Fratres : Estóte, *ut supra ad Laudes.*

℣. Ipse liberávit me de láqueo venántium.
℟. Et a verbo áspero.

AD SEXTAM.

Ant. 1 f

QUI non cól-li-git me-cum, * dispér-git : et qui non est



me- cum, contra me est. E u o u a e.

Capitulum. *Ephes.* 5, 5.

HOC enim scitóte intelligéntes † quod omnis fornicátor, aut immúndus, aut avárus, quod est idolórum sérvitus, * non habet hæreditátem in regno Christi et Dei.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.
℟. Et sub pennis ejus sperábis.

AD NONAM.

Ant. 1 f

CUM immúndus spí-ri-tus * ex- í- e-rit ab hómi-ne,



ámbu-lat per lo- ca in-aquó- sa, quæ-rens réqui- em, et non



Capitulum. *Ephes. 5, 8-9.*

ERátis enim aliquándo ténebræ : nunc autem lux in Dómino : † ut fílii lucis ambuláte : * fructus enim lucis est in omni bonitáte, et justítia, et veritáte.

℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.
℟. Non timébis a timóre noctúrno.


AD VESPERAS.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.
℟. *br.* Scápulis suis *et Hymnus* Audi benígne Cónditor, 336.
℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.


VIII G











Feria Secunda.

Ad Bened. Ant. 1 f

A-men di-co vo-bis, * qui- a nemo prophé-ta ac-céptus est in pátri- a su- a. E u o u a e.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Oratio.

COrdibus nostris, quǽsumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde : † ut sicut ab escis carnálibus abstinémus; * ita sensus quoque nostros a nóxiis retrahámus excéssibus. Per Dóminum nostrum.

Ad Magnif. Ant. 1 f

JE-sus autem tránsi- ens * per mé-di- um il-ló-rum i- bat. E u o u a e. ℣. Angelis suis.


Oratio.

SUbvéniat nobis Dómine misericórdia tua : * ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári. Per Dóminum.

Feria Tertia.

Ad Bened. Ant. 1 g

SI du- o * ex vo-bis consénse- rint super ter-








Oratio.

EXáudi nos omnípotens et misericors Deus : * et continéntiæ salutáris propítius nobis dona concéde. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. *IV A** U








Oratio.

TUA nos Dómine protectióne defénde : * et ab omni semper iniquitáte custódi. Per Dóminum.

Feria Quarta.

Ad Bened. Ant. VIII G A





Dómi-nus de-dit vo- bis. E u o u a e.


℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Oratio.

PRæsta nobis, quǽsumus Dómine, ut salutáribus jejúniis erudíti, † a nóxiis quoque vítiis abstinéntes, * propitiatiónem tuam facílius impetrémus. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. VII a

NON lo-tis má-ni-bus * mandu-cá- re, non co- ín-



qui-nat hómi-nem. E u o u a e.

℣. Angelis suis.


Oratio.

COncéde, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui protectiónis tuæ grátiam quǽrimus, liberáti a malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum.


Feria Quinta.

Ad Bened.
Ant. VIII G

EX- í-bant autem * dæmó-ni- a a mul-tis clamán-



ti- a, et di-cénti- a : Qui- a tu es Fí- li- us De- i : et







Oratio.

Magníficet te, Dómine, sanctórum tuórum Cosmæ et Damiáni beáta solémnitas : † qua et illis glóriam sempitérnam, * et opem nobis ineffábili providéntia contulísti. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. 1 f







Oratio.

Subjéctum tibi pópulum, quǽsumus Dómine, propitiátio cæléstis amplíficet : * et tuis semper fáciat servíre mandátis. Per Dóminum nostrum.

Feria Sexta.

Ad Bened. Ant. VIII a





Oratio.

JEjúnia nostra, quǽsumus Dómine, benígno favóre proséquere: † ut sicut ab aliméntis abstinémus in córpore; * ita a vítiis jejunémus in mente. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. 1 g 2

DOmi-ne, * ut víde- o, prophé- ta es tu: patres nostri in monte hoc ad-o-ra-vé- runt. E u o u a e.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus: * ut qui in tua protectióne confídimus, cuncta nobis adversántia te adjuvánte vincámus. Per Dóminum.

Sabbato.

Ad Bened. Ant. 1 f

INcli-návit se Je- sus, * scri-bébat in terra: Si quis si-ne peccá-to est, mittat in e- am lá-pi-dem. E u o u a e. ℣. Angelis suis.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : † ut qui se, affligéndo carnem, ab aliméntis ábstinent; * sectándo justítiam a culpa jejúnent. Per Dóminum.

AD VESPERAS.

Capitulum Fratres : Scriptum est, *ut infra ad Laudes.*
℟. *br.* Scápulis suis *et Hymnus* Audi benígne Cónditor, 336.
℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.

III a

NEmo * te condemná- vit, mú- li- er? Nemo, Dó- mi-ne. Nec ego te condemná- bo : jam ámpli- us no- li peccá- re. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.


DOMINICA IV IN QUADRAGESIMA

I Classis. Semiduplex.


AD LAUDES.

1 Ant. VII a

TUnc acceptá- bis * sacri- fi- ci- um justí- ti- æ,



si avérte-ris fá-ci- em tu- am a peccá-tis me- is.




E u o u a e.

Ps. Miserére mei Deus, *cum reliquis de Dominica*, 25.

2 Ant. VIII G 2

BOnum est * spe-rá-re in Dó-mi- no, quam spe-rá-



re in prin-ci-pi-bus. E u o u a e.

3 Ant. t. irreg.


IN ma-tu-tí-nis * Dómi-ne, me-di- tábor in te.



E u o u a e.

4 Ant. VIII G 2


POt-ens es * Dómi-ne e-rí-pe-re nos de manu for-



ti : li-be-rá-re nos, De-us no-ster. E u o u a e.

5 Ant. 1 a 2





Capitulum. *Galat. 4, 22-24.*

FRatres : Scriptum est quóniam Abraham duos filios hábuit : unum de ancílla, et unum de líbera : † sed qui de ancílla, secúndum carnem natus est : qui autem de líbera, per repromissiónem : * quæ sunt per allegoríam dicta.


℟. *br.* Ipse liberávit me *et Hymnus* Jam Christe sol, 338.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.


℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Benedictus, Antiphona.

1 g













Oratio.

Concéde, quǽsumus omnípotens Deus : † ut qui ex mérito nostræ actiónis afflígimur, * tuæ grátiæ consolatióne respirémus. Per Dóminum.

AD PRIMAM.



AD TERTIAM.





Capitulum Fratres : Scriptum est, *ut supra ad Laudes.*

℣. Ipse liberávit me de láqueo venántium.

℟. Et a verbo áspero.

AD SEXTAM.





Capitulum. *Galat. 4, 27.*


LÆtáre stérilis, quæ non paris : † erúmpe et clama, quæ non párturis : * quia multi fílii desértæ, magis quam ejus quæ habet virum.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.
℟. Et sub pennis ejus sperábis.

AD NONAM.

Ant. 1 D 2





Capitulum. *Galat. 4, 31.*

ITaque, fratres, non sumus ancíllæ fílii, sed líberæ : * qua libertáte Christus nos liberávit.

℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.
℟. Non timébis a timóre noctúrno.

AD VESPERAS.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.
℟. *br.* Scápulis suis *et Hymnus* Audi benígne Cónditor, 336.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.

1 g

SUbi- it ergo * in montem Je-sus, et i-bi se-dé-bat cum discí-pu-lis su- is. E u o u a e.

Feria Secunda.

Ad Bened. Ant. III a

AU-férte ista hinc, * di-cit Dómi-nus : et no-lí-te fá-ce- re domum Patris me- i do- mum nego-ti- a-ti- ó-nis. E u o u a e.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : † ut observatiónes sacras ánnua devotióne recoléntes, * et córpore tibi placeámus, et mente. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. V a

SOlvi-te templum hoc, * di-cit Dómi-nus; et post



trí-du- um re- æ-di- fi-cá-bo il-lud : hoc autem di-cé-bat de



templo cór-po-ris su- i. E u o u a e. ℣. Angelis suis.

Oratio.

DEprecatiónem nostram, quǽsumus Dómine, benígnus exáudi : * et quibus supplicándi præstas affectum, tríbue defensiónis auxílium. Per Dóminum.

Feria Tertia.

Ad Bened. Ant. VII c 2



QUid me quǽ-ri-tis * inter-fí-ce-re, hómi-nem qui




ve-ra lo-cú-tus sum vo- bis? E u o u a e.


Oratio.

SAcræ nobis, quǽsumus Dómine, observatiónis jejúnia, † et piæ conversatiónis augméntum, * et tuæ propitiatiónis contínuum præstent auxílium. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. I g



NE-mo in e- um mi-sit manum : * qui- a nondum



vé-ne-rat ho-ra e- jus. E u o u a e.

Oratio.

MIserére, Dómine, pópulo tuo : * et contínuis tribulatiónibus laborántem, propítius respiráre concéde. Per Dóminum.

Feria Quarta.

Ad Bened. Ant. VIII G

RAbbi, * quid peccávit ho-mo i-ste, quod cæcus na-tus est? Respóndit Je-sus, et di- xit : Neque hic peccá- vit, neque pa-réntes e- jus : sed ut ma-ni- festéntur ó-pe-ra De- i in il- lo. E u o u a e.


℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.


Oratio.

DEus, qui et justis præmia meritórum, et peccatóribus per jejúnium véniam præbes : † miserére supplícibus tuis; * ut reátus nostri conféssio indulgéntiam váleat percípere delictórum. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. I a

ILle homo, * qui di-ci-tur Je-sus, lu-tum fe- cit






℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.


Oratio.

PAteant aures misericórdiæ tuæ Dómine précibus supplicántium : * et ut peténtibus desideráta concédas, fac eos quæ tibi sunt plácita postuláre. Per Dóminum.

Feria Quinta.

Ad Bened. Ant. 1 D









Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : * ut quos jejúnia votíva castígant, ipsa quoque devótio sancta lætíficet ; * ut terrénis afféctibus mitigátis, facílius cæléstia capiámus. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. IV A






℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.


Oratio.

POpuli tui Deus institútor et rector, peccáta, quibus impugnátur, expélle : * ut semper tibi plácitus, et tuo muníminc sit secúrus. Per Dóminum.

Feria Sexta.

Ad Bened. Ant. I g 2






℣. Angelis suis.

Oratio.

DEus, qui ineffabílibus mundum rénovas sacraméntis : † præsta quǽsumus; ut Ecclésia tua et ætérnis profíciat institútis, * et temporálibus non destituátur auxíliis. Per Dóminum nostrum.

Ad Magnif. Ant. I g 2



mór-tu-us : ecce jam fœ-tet quatri-du-á-nus in mo-nu-

mén-to. E u o u a e.

Oratio.

DA nobis, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui infirmitátis nostræ cónscii, de tua virtúte confídimus, sub tua semper pietáte gaudeámus. Per Dóminum.

Sabbato.

Ad Bened. Ant. III a

QUI séqui-tur me, * non ámbu-lat in té-nebris :

sed habé-bit lumen vi-tæ, di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

Oratio.

FIat, Dómine quǽsumus, per grátiam tuam fructuósus nostræ devotiónis affectus : † quia tunc nobis próderunt suscépta jejúnia, * si tuæ sint plácita pietáti. Per Dóminum.

TEMPORE PASSIONIS.

ORDINARIUM

DE TEMPORE PASSIONIS.

AD VESPERAS.

In Dominicis. *Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum proprium e Laudibus.* ℟. *br., Hymnus et* ℣. *ut infra.*

In Feriis. *Antiphonæ et Psalmi de Feria currenti ut in Psalterio. Capitulum,* ℟. *br., Hymnus et* ℣. *ut infra. In Sabbatis vero omnia ut notatur proprio loco.*

Capitulum. In Feriis tantum. *Jer. 11, 20.*

Tu autem, Dómine Sábaoth, qui júdicas juste, et probas renes et corda, + vídeam ultiónem tuam ex eis : * tibi enim revelávi causam meam, Dómine Deus meus.

Responsorium breve.

In Sabbatis et Dominicis.

De o-re le- ó-nis * Lí-be-ra me Dó-mi- ne. De o-re. ℣. Et a córni- bus u-ni-córni- um humi- li-tá-tem me- am. * Lí-be-ra. De o-re.

In Feriis.

IV

De ore le-ó-nis * Lí-be-ra me Dó-mi-ne. De o-re. ℣. Et a córni-bus u-ni-córni-um humi-li-tá-tem me-am. * Lí-be-ra. De o-re.

Et non dicitur Glória Patri, *sed ejus loco repetitur* ℟. *a capite usque ad* ℣. *Quod servatur in omnibus* ℟℟. *brevibus usque ad Pascha, præterquam in Festis Sanctorum, in quibus dicitur* Glória Patri *more consueto.*

Hymnus.

I

Vexíl-la Re-gis pród-e-unt : Fulget Cru-cis my-sté-ri-um, Quo carne carnis Cóndi-tor Sus-pén-sus est pa-tí-bu-lo.

Quo vulnerátus ínsuper
Mucróne diro lánceæ,
Ut nos laváret crímine,
Manávit unda et sánguine.

Impléta sunt quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicens : In natiónibus
Regnávit a ligno Deus.

Arbor decóra et fúlgida,
Ornáta Regis púrpura,
Elécta digno stípite
Tam sancta membra tángere.

Beáta, cujus bráchiis
Sæcli pepéndit prétium,
Statéra facta córporis,
Prædámque tulit tártari.

¶ O Crux ave, spes única,
Hoc Passiónis témpore
Auge piis justítiam,
Reísque dona véniam.

Te summa Deus Trínitas,
Colláudet omnis spíritus :
Quos per Crucis mystérium
Salvas, rege per sǽcula. Amen.

¶ *Stropha* O Crux ave *dicitur flexis genibus; et ultima nunquam mutatur.*

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.
℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat, Antiphona propria.
Oratio propria, quæ in Feriis ponitur post Antiphonam ad Magnificat.
Non dicitur Suffragium.

Tonus Hymni ad Completorium.

VIII

TE lu-cis ante términum, Re-rum Cre- á-tor pósci-mus, Ut só-li-ta cle-ménti- a, Sis præ-sul ad custó-di- am.

Hic tonus servandus est ad Completorium in Officio de Tempore Passionis, tam in Dominicis quam in Feriis, præterquam in Festis, usque ad Feriam IV Majoris Hebdomadæ inclusive.

AD LAUDES.

In Dominicis. *Antiphonæ propriæ cum Psalmis de Dominica. Capitulum proprium.* ℟. *br., Hymnus et* ℣. *ut infra.*

In Feriis. *Antiphonæ et Psalmi de Feria currenti, ut in Psalterio; in Feriis vero II, III et IV Majoris Hebdomadæ, Antiphonæ propriæ. Capitulum,* ℟. *br., Hymnus et* ℣. *ut infra :*

Capitulum. In Feriis tantum. *Jerem. 11, 19.*

VEníte, mittámus lignum in panem ejus † et eradámus eum de terra vivéntium * et nomen ejus non memorétur ámplius.

Responsorium breve.

In Dominicis.

E-ru-e a fráme-a * De-us á-nimam me- am. E-ru-e. ℣. Et de ma-nu ca-nis ú-ni-cam me- am. * De- us. E-ru- e.

In Feriis.

IV E-ru-e a frá-me-a * De-us á-nimam me- am. E-ru- e. ℣. Et de manu ca-nis ú-ni- cam me- am. * De- us. E-ru- e.

Hymnus.

1

L Ustris sex qui jam per-á-ctis, Tempus implens cór-po-ris, Se vo- lénte na-tus ad hoc, Passi- ó- ni dé-di- tus, Agnus in Cru- cis le-vá-tur Immo-lándus stí-pi- te.

Hic acétum, fel, arúndo,
Sputa, clavi, láncea :
Mite corpus perforátur,
Sanguis, unda prófluit :
Terra, pontus, astra, mundus,
Quo lavántur flúmine!

Crux fidélis, inter omnes
Arbor una nóbilis :
Nulla silva talem profert
Fronde, flore, gérmine :
Dulce lignum, dulces clavos,
Dulce pondus sústinet.

Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa víscera,
Et rigor lentéscat ille,
Quem dedit natívitas :
Ut supérni membra Regis
Miti tendas stípite.

Sola digna tu fuísti
Ferre sæcli prétium,
Atque portum præparáre
Nauta mundo náufrago :
Quem sacer cruor perúnxit,
Fusus Agni córpore.

Glória et honor Deo
Usquequáque altíssimo,
Una Patri Filióque,
Inclyto Paráclito :
Cui laus est et potéstas
Per ætérna sæcula. Amen.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus.
℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Ad Benedictus, Antiphona propria.

Oratio propria, quæ dicitur ad omnes Horas, exceptis Vesperis in Feriis.


Non dicitur Suffragium.

AD HORAS.

In Dominicis. *Ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam, Antiphonæ, Capitula et ℣℣. ut in Proprio de Tempore. Ad Primam vero, Capit.* Regi sæculórum *et, extra Chorum, Lectio brevis* Fáciem, 10.

In Feriis. *Omnia ut in Psalterio, pro Tempore Passionis; in Feriis vero II, III et IV Majoris Hebdomadæ, Antiphonæ e Laudibus propriis. Ad Primam, Capitulum* Pacem et veritátem *et, extra Chorum, Lectio brevis* Fáciem, 10.

Hymnus cantatur in tono sequenti :



Hic tonus servandus est ad Horas, tam in Dominicis quam in Feriis, per totum Tempus Passionis, præterquam in Festis.

Orationes et Preces dicuntur flexis genibus, ut in Quadragesima.

Omnia in hoc Ordinario assignata servantur in Officio de Tempore Passionis usque ad Completorium Feriæ IV Majoris Hebdomadæ inclusive.

Sabbato ante Dominicam Passionis.

AD VESPERAS.

Capitulum Fratres : Christus assístens, *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* De ore leónis *et Hymnus* Vexílla Regis, 382.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.

℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat, Antiphona. VIII G

E-GO sum * qui testi-mó-ni- um perhí-be- o de me- ípso : et testi-mó-ni- um pérhi-bet de me, qui mi- sit me Pa- ter. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Ab his Vesperis usque ad Festum Ss. Trinitatis inclusive, omittitur Suffragium de Omnibus Sanctis.

DOMINICA DE PASSIONE.

I Classis. Semiduplex.


AD LAUDES.

1 Antiphona, VIII G

VIDE Dómi-ne * affli-cti- ó-nem me- am, quó-ni- am e-réctus est in- imí-cus me- us. E u o u a e.

Ps. Miserére, 25, *cum reliquis de Dominica.*

2 Ant. VII c




IN tri-bu-la-ti- ó-ne * invo-cávi Dómi- num, et exau-



dí-vit me in la-ti-tú-di-ne. E u o u a e.

3 Ant. IV A *




JUdi-cásti Dómi-ne * causam á-nimæ me- æ, de-fén-




sor vi-tæ me- æ, Dómi-ne De- us me- us. E u o u a e.

4 Ant. IV A




POpu-le me- us, * quid fe-ci ti- bi, aut quid mo-lé-



stus fu- i? respónde mi- hi. E u o u a e.

5 Ant. IV A *



NUmquid réddi-tur * pro bo-no ma- lum, qui- a fodé-



runt fóve- am á-nimæ me- æ? E u o u a e.

Capitulum. *Hebr. 9, 11-12.*

FRatres : Christus assistens pôntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manu factum, id est, non hujus creatiónis : † neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, * ætérna redemptióne invénta.

℟. *br.* Erue a frámea *et Hymnus* Lustris sex, 385.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus.
℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Ad Benedictus, Antiphona.

III a

DI-cé-bat Je- sus * turbis Judæ- ó- rum et princi-pi-bus sa-cerdó- tum : Qui ex De- o est, verba De- i audit : proptér-e- a vos non au- dí- tis, qui- a ex De- o non e-stis. E u o u a e.

Oratio.

QUǽsumus omnípotens Deus, famíliam tuam propítius réspice : † ut te largiénte regátur in córpore ; * et te servánte custodiátur in mente. Per Dóminum.

Ad Horas, Hymni cantantur in Tono suprascripto ad Tertiam in Ordinario, 387.

AD PRIMAM.

Ant. VIII c




E-go * dæmó-ni- um non hábe- o, sed hono-rí- fi-



co Patrem me- um, di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

AD TERTIAM.

Ant. VIII c



E-go * gló-ri- am me- am non quæ-ro : est qui



quæ-rat, et jú-di-cet. E u o u a e.


Capitulum Fratres : Christus assístens, *ut supra ad Laudes*.

℣. Erue a frámea Deus ánimam meam.


℟. Et de manu canis únicam meam.

AD SEXTAM.


Ant. I f



A-men, amen di-co vo-bis : * si quis sermó-nem me- um



servá- ve- rit, mortem non gustá- bit in æ- tér-num.



E u o u a e.

Capitulum. *Hebr. 9, 13-14.*

SI enim sanguis hircórum et taurórum, et cinis vítulæ aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis : † quanto magis sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, * emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti?

℣. De ore leónis líbera me Dómine.

℟. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

AD NONAM.

Ant. 1 g

TUlé-runt * lá-pi-des Ju-dǽ- i, ut já-ce-rent in e- um : Je-sus autem abscóndit se, et ex-í- vit de templo. E u o u a e.

Capitulum. *Hebr. 9, 15.*

ET ídeo novi Testaménti mediátor est : † ut morte intercedénte, in redemptiónem eárum prævaricatiónum quæ erant sub prióri Testaménto, repromissiónem accípiant qui vocáti sunt ætérnæ hæreditátis, * in Christo Jesu Dómino nostro.

℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam.

℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

AD VESPERAS.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.
℟. *br.* De ore leónis *et Hymnus* Vexílla Regis, 382.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.

℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat, Antiphona.

II D

A-bra-ham * pa-ter vester ex-sultá- vit ut vi-dé-

ret di- em me- um: vi-dit, et gaví-sus est. E u o u a e.

Oratio Quǽsumus, *ut supra ad Laudes.*

Feria Secunda.

Ad Bened. Ant. VIII G

IN di- e ma-gno * festi-vi-tá- tis sta- bat Je-

sus, et clamá-bat di- cens : Si quis si- tit, vé-ni- at ad

me, et bi- bat. E u o u a e.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus.
℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Oratio.

SAnctífica, quǽsumus Dómine, nostra jejúnia : * et cunctárum nobis indulgéntiam propítius largíre culpárum. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. IV A*

SI quis si- tit, * vé-ni- at et bi- bat : et de ven- tre e-jus flu- ent aquæ vi-væ. E u o u a e.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.
℟. A viro iníquo éripe me.

Oratio.

DA, quǽsumus Dómine, pópulo tuo salútem mentis et córporis : * ut bonis opéribus inhæréndo, tua semper mereátur protectióne defféndi. Per Dóminum.

Feria Tertia.

Ad Bened. Ant. IV A*

TEmpus me- um * nondum advé- nit, tempus autem vestrum semper est pa-rá- tum. E u o u a e.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus.
℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Oratio


NOstra tibi, Dómine quǽsumus, sint accépta jejúnia : † quæ nos et expiándo, grátia tua dignos effíciant, * et ad remédia perdúcant ætérna. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. I D2

VOS ascéndi-te * ad di- em festum hunc : e- go



non ascéndam, qui- a tempus me- um nondum advé- nit.



E u o u a e.


Oratio.

DA nobis, quǽsumus Dómine, perseverántem in tua voluntáte famulátum : * ut in diébus nostris, et mérito et número pópulus tibi sérviens augeátur. Per Dóminum.

Feria Quarta.

Ad Bened. Ant. *IV A*

O - ves me- æ * vo-cem me- am áudi- unt : et




e-go Dómi-nus agnósco e- as. E u o u a e.

Oratio.

SAnctificáto hoc jejúnio, Deus, tuórum corda fidélium miserátor illústra : † et quibus devotiónis præstas afféctum, * præbe supplicántibus pium benígnus audítum. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. *IV A*

MUlta bo-na ó-pe-ra * o-pe-rá-tus sum vo- bis :



propter quod o-pus vultis me occí-de-re? E u o u a e.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.
℟. A viro iníquo éripe me.

Oratio.

ADésto supplicatiónibus nostris, omnípotens Deus, * et quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum.

Feria Quinta.

Ad Bened.
Ant. IV A

MAgíster di-cit : * Tem-pus me- um pro-pe est, apud te fá-ci- o Pascha cum di-scí-pu-lis me- is.

E u o u a e.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus.
℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : † ut dígnitas conditiónis humánæ per immoderántiam sauciáta, * medicinális parsimóniæ stúdio reformétur. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. IV A*

DE-si-dé-ri- o * de-si-de-rá-vi hoc Pascha manducá-re vo-bis-cum, ántequam pá-ti- ar.

E u o u a e.

Oratio.

ESto, quǽsumus Dómine, propítius plebi tuæ : * ut quæ tibi non placent respuéntes, tuórum pótius repleántur delectatiónibus mandatórum. Per Dóminum.

Feria Sexta.


Ad Bened. Ant. 1 g



A Pproprinquábat autem * di- es festus, et quæ-



ré- bant prínci-pes sa-cerdó- tum quó- modo Je- sum in-



terfí- ce- rent, sed timé-bant ple- bem. E u o u a e.


Oratio.

COrdibus nostris, quǽsumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde : † ut peccáta nostra castigatióne voluntária cohibéntes, * temporáliter pótius macerémur, quam suppliciis deputémur ætérnis. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. 1 g




P Rín- ci-pes sacerdó- tum * consí- li- um fe- cé-



runt ut Je-sum occi-de-rent ; di-cé-bant au- tem : Non in





℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.
℟. A viro iníquo éripe me.


Oratio.

COncéde, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui protectiónis tuæ grátiam quǽrimus, liberáti a malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum.

Sabbato.

Ad Bened. Ant. 1 f





℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus.
℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Oratio.

PRofíciat, quǽsumus Dómine, plebs tibi dicáta piæ devotiónis affectu : † ut sacris actiónibus erudíta, quanto majestáti tuæ fit grátior, * tanto donis potióribus augeátur. Per Dóminum.

AD VESPERAS.

Capitulum Fratres : Hoc enim sentíte, *ut infra ad Laudes.*
℟. *br.* De ore leónis *et Hymnus* Vexílla Regis, 382.
℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.
℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat, Antiphona.

IV E

PAter juste, * mundus te non cognó-vit : e-go autem cognó-vi te, qui-a tu me mi- sí-sti. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

DOMINICA IN PALMIS.

I Classis. Semiduplex.

AD LAUDES.


1 Antiphona. II D

DOmi-nus De- us * auxi- li- á-tor me- us : et íd- e- o non sum confú- sus. E u o u a e.

Ps. Miserére, 25, *cum reliquis de Dominica.*

2 Ant. I a 2


CIrcumdántes * circumde-dé-runt me : et in nómi-ne



Dómi-ni vindi- cábor in e- is. E u o u a e.

3 Ant. VIII G

JUdi-ca * cau-sam me- am : de-fénde, qui- a po-



tens es Dómi-ne. E u o u a e.

4 Ant. VII a

CUM Ange-lis * et pú- e-ris fi-dé-les inve- ni- ámur,



tri- umpha-tó-ri mortis clamántes : Ho-sánna in excél-




sis. E u o u a e.

5 Ant. *IV A**



COnfundántur * qui me persequúntur, et non confún-



dar e-go, Dómi-ne De- us me- us. E u o u a e.

Capitulum. *Philipp. 2, 5-7.*

FRatres : Hoc enim sentíte in vobis quod et in Christo Jesu : † qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo : sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, * in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo.

℟. *br.* Erue a frámea *et Hymnus* Lustris sex, 385.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus.

℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Ad Benedictus, Antiphona.

IV E



TUrba multa, * quæ convé-ne-rat ad di- em festum,



clamá-bat Dó-mi-no : Be-ne-díctus qui ve-nit in nómi-ne Dó-



mi-ni : Ho-sánna in excél-sis. E u o u a e.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri, ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, et crucem subíre fecísti : † concéde propítius; ut et patiéntiæ ipsíus habére documénta, * et resurrectiónis consórtia mereámur. Per eúmdem Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. I f

PUeri Hebræórum * portántes ramos olivárum, obviavérunt Dómino, clamántes et dicéntes: Hosánna in excélsis. E u o u a e.

AD TERTIAM.

Ant. I f

PUeri Hebræórum * vestiménta prosternébant in via, et clamábant dicéntes: Hosánna Fílio David: benedíctus qui venit in nómine Dómini. E u o u a e.

Capitulum Fratres: Hoc enim, *ut supra ad Laudes.*


℣. Erue a frámea Deus ánimam meam.

℟. Et de manu canis únicam meam.

AD SEXTAM.

Ant. IV A*

TIbi revelávi * causam meam, Dómine, defén-



Capitulum. *Philipp. 2, 8-9.*

HUmiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. † Propter quod et Deus exaltávit illum, * et donávit illi nomen, quod est super omne nomen.

℣. De ore leónis libera me Dómine.

℟. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

AD NONAM.

Ant. *IV A**





Capitulum. *Philipp. 2, 10-11.*

IN nómine Jesu omne genu flectátur cæléstium, terréstrium, et infernórum : † et omnis lingua confiteátur * quia Dóminus noster Jesus Christus in glória est Dei Patris.

℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam.

℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

AD VESPERAS.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.

℟. *br.* De ore leónis *et Hymnus* Vexílla Regis, 382.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.

℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G 2

SCriptum est enim : * Percú-ti- am pastó- rem, et di-spergéntur oves gre- gis : postquam au-tem re-surréxe-ro, præcé-dam vos in Ga- li-lǽ- am : i-bi me vi-dé-bi- tis, di-cit Dó-mi-nus. E u o u a e.

¶ *Ab hac die usque ad Octavam Paschæ, si occurrat aliquod Festum Duplex I vel II classis, transfertur post Octavam; de aliis Festis fit Commemoratio, præterquam tribus diebus Pascha præcedentibus et duobus consequentibus, juxta Rubricam de Commemorationibus.*


In tribus sequentibus Feriis, Antiphonæ propriæ ad Laudes et per Horas; reliqua ut in Ordinario de Tempore Passionis.

Feria II Majoris Hebdomadæ.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. IV A

FAci- em me- am * non a-vér-ti ab increpánti-bus




et conspu- én-ti-bus in me. E u o u a e.

Psalmi de Feria II, 39.

2 Ant. II D



FRáme- a, * susci-tá-re advérsus e- os qui di-



spérgunt gregem me- um. E u o u a e.

3 Ant. IV E*




APpendé-runt * mercé-dem me- am tri- gínta argén-




te- is, quos appre-ti- á-tus sum ab e- is. E u o u a e.


4 Ant. VIII G



IN- undavé-runt aquæ * super caput me- um : di-xi.



Pér-i- i : invocá-bo nomen tu- um, Dómi-ne De- us.



E u o u a e.

5 Ant. VIII G

LAbi- a * insurgénti- um et cogi-ta-ti- ónes e-ó-rum vi-de, Dómi-ne. E u o u a e.

Capitulum, ℟. br., Hymnus et ℣. ut in Ordinario, 385.

Ad Bened. Ant. 1 f

CLa-rí- fi- ca me Pa-ter * apud temet-ípsum, cla-ri-tá-te quam há-bu- i, pri- úsquam mundus fí- e-ret. E u o u a e.

Oratio.

DA, quǽsumus omnípotens Deus: † ut qui in tot advérsis ex nostra infirmitáte defícimus; * intercedénte unigéniti Fílii tui passióne respirémus. Qui tecum vivit.

AD HORAS.

Antiphonæ de Laudibus; Capitula et ℣℣. ut in Psalterio pro Tempore Passionis.


AD VESPERAS.

Antiphonæ et Psalmi de Psalterio.
Capitulum, ℟. br., Hymnus et ℣. ut in Ordinario, 382.

Ad Magnif. Ant. IV A *



NON habé-res * in me po-te-stá- tem, ni- si dé-



super da-tum ti-bi fu- ísset. E u o u a e.


Oratio.

ADjuva nos Deus salutáris noster : * et ad benefícia recolénda, quibus nos instauráre dignátus es, tríbue veníre gaudéntes. Per Dóminum.


Feria III Majoris Hebdomadæ.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. VII c 2



VI-de Dómi-ne, * et consí-de-ra quó-ni- am trí-bu-lor :



ve-ló-ci-ter exáudi me. E u o u a e.

Psalmi de Feria III, 45.

2 Ant. VII d



DIscér- ne * causam me- am, Dómi-ne : ab hó- mi- ne



ĭn-í-quo et do-ló-so é-ri-pe me. E u o u a e.

3 Ant. VII a

DUM tri-bu-lá-rer, * clamávi ad Dómi-num de ventre ínfe-ri, et exaudí-vit me. E u o u a e.

4 Ant. III a

DOmi-ne, vim pá-ti- or, * respónde pro me : qui- a né-sci- o quid di-cam in-imí-cis me- is. E u o u a e.


5 Ant. VIII G

DIxé-runt ímpi- i : * Opprimámus vi-rum ju-stum, quó-ni- am contrá-ri- us est o-pé-ri-bus nostris. E u o u a e.

Capitulum, ℟. *br.*, *Hymnus et* ℣. *ut in Ordinario*, 385.

Ad Bened. Ant. 1 g

ANte di- em * festum Paschæ, sci- ens Je-




Oratio.


OMnípotens sempitérne Deus, † da nobis ita Domínicæ passiónis sacraménta perágere : * ut indulgéntiam percípere mereámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. *IV A**



POt-está-tem hábe- o * ponéndi á-nimam me- am,



et í-te-rum suméndi e- am. E u o u a e.

Oratio.

TUA nos misericórdia, Deus, et ab omni subreptióne vetustátis expúrget : * et capáces sanctæ novitátis effíciat. Per Dóminum nostrum.


Feria IV Majoris Hebdomadæ.

AD LAUDES ET PER HORAS.


1 Ant. VIII. G



LI-be-ra me * de sanguí-ni-bus, De- us, De- us




me- us : et exsultá-bit lingua me- a justí-ti- am tu- am.



E u o u a e.

Psalmi de Feria IV, 52.

2 Ant. VIII a



C Ontumé- li- as * et terró- res passus sum ab



e- is : et Dómi-nus me-cum est tamquam bel-lá- tor for-tis. E u o u a e.

3 Ant. II D




I -psi ve-ro * in vanum quæ-si- é-runt á-nimam




me- am, intro- í-bunt in infe- ri- ó-ra terræ. E u o u a e.


4 Ant. VII a

O -mnes in-imí-ci me- i * audi- é-runt ma-lum me- um.



5 Ant. 1 g 2






Capitulum, ℟. *br.*, *Hymnus et* ℣. *ut in Ordinario*, 385.

Ad Bened. Ant. VIII G






Oratio.


PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : † ut qui nostris excéssibus incessánter afflígimur, * per unigéniti Fílii tui passiónem liberémur. Qui tecum vivit et regnat.

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 1 g







Oratio.

RESpice, quǽsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, * pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et crucis subíre torméntum. Qui tecum vivit.

In Ultimo Triduo Majoris Hebdomadæ.

Tribus sequentibus diebus, dictis secreto Pater noster, Ave María, *et in principio Primæ* Credo, *et omnibus aliis prætermissis, absolute incipitur Officium ad Laudes et Vesperas ab Antiphona primi Psalmi, vel ad Horas a Psalmis infra signatis; et Antiphonæ duplicantur sicut in Festo Duplici.*

Hoc triduo, ad omnes Horas usque ad Nonam Sabbati Sancti inclusive, Capitulum, ℟. *breve et Hymnus non dicuntur, et in fine Psalmorum omittitur* Glória Patri.

In Officio cantato, ultimi Versiculi Psalmorum et Canticorum terminantur sicut et alii, scilicet in finali Antiphonæ convenienti. In Officio vero recitato, vox deprimitur per tonum in fine cujusque Psalmi (ad Horas autem minores et Completorium, in fine ultimi Psalmi tantum) vel Cantici, et item etiam in fine Psalmi Miserére, *qui post Horas voce submissa recitatur.*


Oratio Réspice *dicitur gravi et recta voce, et ultima syllaba deprimitur ut in Psalmis.*

FERIA QUINTA
IN CŒNA DOMINI

Duplex I Classis.

AD LAUDES.

1 Antiphona. VIII G



Psalmus 50.

MIserére mei, Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea : * et a peccáto meo munda me :

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco : * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci : * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti : * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor : * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam : * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis : * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus : * et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua : * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui : * et spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas : * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ : * et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries : * et os meum annuntiábit laudem tuam.


Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique : * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus : * cor contrítum et humiliátum, Deus, non despícies.


Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion : * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes et holocáusta : * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Antiphona.




Justi- fi-cé-ris, Dómi-ne, in sermó-ni-bus tu- is, et




vincas cum ju-di-cá- ris.

2 Ant. II D



D Omi-nus * tamquam o-vis ad ví-ctimam ductus est,



et non a-pé- ru- it os su- um. E u o u a e.

Psalmus 89.

DOmine, refúgium factus es nobis, * a generatióne in generatiónem.

Priúsquam montes fíerent, aut formarétur terra et orbis : * a sǽculo et usque in sǽculum tu es, Deus.

Ne avértas hóminem in humilitátem : * et dixísti : Convertímini fílii hóminum.

Quóniam mille anni antè óculos tuos, * tamquam dies hestérna quæ prætériit,

Et custódia in nocte : * quæ pro níhilo habéntur, eórum anni erunt.

Mane sicut herba tránseat, † mane flóreat et tránseat : * véspere décidat, indúret et aréscat.

Quia defécimus in ira tua, * et in furóre tuo turbáti sumus.

Posuísti iniquitátes nostras in conspéctu tuo : * sǽculum nostrum in illuminatióne vultus tui.

Quóniam omnes dies nostri defecérunt : * et in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aránea meditabúntur : * dies annórum nostrórum in ipsis, septuagínta anni.

Si autem in potentátibus, octogínta anni : * et ámplius eórum, labor et dolor.

Quóniam supervénit mansuetúdo : * et corripiémur.

Quis novit potestátem iræ tuæ : * et præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Déxteram tuam sic notam fac: * et erudítos corde in sapiéntia.

Convértere, Dómine, úsquequo : * et deprecábilis esto super servos tuos.

Repléti sumus mane misericórdia tua : * et exsultávimus, et delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Lætáti sumus pro diébus quibus nos humiliásti : * annis quibus vídimus mala.


Réspice in servos tuos, et in ópera tua : * et dírige fílios eórum.

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, † et ópera mánuum nostrárum dírige super nos : * et opus mánuum nostrárum dírige.

Antiphona.



Dó-mi-nus tamquam o-vis ad ví-ctimam ductus est,



et non a-pé- ru- it os su- um.

3 Ant. VIII G

COntrí-tum est * cor me- um in mé-di- o me- i, contremu- é-runt ómni- a ossa me- a. E u o u a e.

Psalmus 35.

DIxit injústus ut delínquat in semetípso : * non est timor Dei ante óculos ejus.

Quóniam dolóse egit in conspéctu ejus : * ut inveniátur iníquitas ejus ad ódium.

Verba oris ejus iníquitas et dolus : * nóluit intellígere ut bene ágeret.

Iniquitátem meditátus est in cubíli suo : † ástitit omni viæ non bonæ, * malítiam autem non odívit.

Dómine, in cælo misericórdia tua : * et véritas tua usque ad nubes.

Justítia tua sicut montes Dei : * judícia tua abýssus multa.

Hómines et juménta salvábis, Dómine : * quemádmodum multiplicásti misericórdiam tuam, Deus.

Fílii autem hóminum, * in tégmine alárum tuárum sperábunt.

Inebriabúntur ab ubertáte domus tuæ : * et torrénte voluptátis tuæ potábis eos.

Quóniam apud te est fons vitæ : * et in lúmine tuo vidébimus lumen.

Præténde misericórdiam tuam sciéntibus te, * et justítiam tuam his qui recto sunt corde.


Non véniat mihi pes supérbiæ : * et manus peccatóris non móveat me.

Ibi cecidérunt qui operántur iniquitátem : * expúlsi sunt, nec potuérunt stare.

Antiphona.

Contrí-tum est cor me- um in mé-di- o me- i, contremu- é-runt ómni- a ossa me- a.





Canticum Moysi.
Exodi 15, 1-19.

CAntémus Dómino : gloriósc enim magnificátus est : * equum et ascensórem dejécit in mare.

Fortitúdo mea et laus mea Dóminus, * et factus est mihi in salútem.

Iste Deus meus, et glorificábo eum : * Deus patris mei, et exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pugnátor, † Omnípotens nomen ejus. * Currus Pharaónis et exércitum ejus projécit in mare.

Elécti príncipes ejus submérsi sunt in mari Rubro : † abýssi operuérunt eos, * descendérunt in profúndum quasi lapis.

Déxtera tua, Dómine, magnificáta est in fortitúdine : † déxtera tua, Dómine, percússit inimícum. * Et in multitúdine glóriæ tuæ deposuísti adversários tuos.

Misísti iram tuam, quæ devorávit eos sicut stípulam. * Et in spíritu furóris tui congregátæ sunt aquæ.

Stetit unda fluens, * congregátæ sunt abýssi in médio mari.

Dixit inimícus : Pérsequar et comprehéndam, * dívidam spólia, implébitur ánima mea :

Evaginábo gládium meum, * interfíciet eos manus mea.

Flavit spíritus tuus, et opéruit eos mare : * submérsi sunt quasi plumbum in aquis veheméntibus.

Quis símilis tui in fórtibus, Dómine? † quis símilis tui, magníficus in sanctitáte, * terríbilis atque laudábilis, fáciens mirabília?

Extendísti manum tuam, et devorávit eos terra. * Dux fuísti in misericórdia tua pópulo quem redemísti.

Et portásti eum in fortitúdine tua, * ad habitáculum sanctum tuum.

Ascendérunt pópuli, et iráti sunt : * dolóres obtinuérunt habitatóres Philísthiim.

Tunc conturbáti sunt príncipes Edom, † robústos Moab obtínuit tremor : * obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat super eos formído et pavor, * in magnitúdine bráchii tui.

Fiant immóbiles quasi lapis, † donec pertránseat pópulus tuus, Dómine : * donec pertránseat pópulus tuus iste, quem possedísti.

Introdúces eos, et plantábis in monte hæreditátis tuæ, * firmíssimo habitáculo tuo quod operátus es, Dómine :

Sanctuárium tuum, Dómine, quod firmavérunt manus tuæ. * Dóminus regnábit in ætérnum et ultra.

Ingréssus est enim eques Phárao cum cúrribus et equítibus ejus in mare : * et redúxit super eos Dóminus aquas maris.

Fílii autem Israel ambulavérunt per siccum * in médio ejus.

Antiphona.



Exhortá-tus es in virtú-te tu- a, et in re-fe-




cti- ó-ne sancta tu- a Dómi-ne.

5 Ant. II D



O-blá-tus est, * qui- a ipse vó- lu- it, et



peccá-ta nostra i-pse portá- vit. E u o u a e.

Psalmus 146.

LAudáte Dóminum quóniam bonus est psalmus : * Deo nostro sit jucúnda decóraque laudátio.

Ædíficans Jerúsalem Dóminus : * dispersiónes Israélis congregábit.

Qui sanat contrítos corde : * et álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitúdinem stellárum : * et ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus : * et sapiéntiæ ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus : * humílians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne : * psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cælum núbibus : * et parat terræ plúviam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum : * et herbam servitúti hóminum.

Qui dat juméntis escam ipsórum : * et pullis corvórum invocántibus eum.


Non in fortitúdine equi voluntátem habébit : * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super timéntes eum : * et in eis qui sperant super misericórdia ejus.

Anti-phona.



Oblá-tus est, qui- a ipse vó-lu- it, et



peccá-ta nostra i-pse portá-vit.


Capitulum et Hymnus non dicuntur in hoc triduo.



℣. Homo pa-cis me- æ, in quo spe-rá-vi.



℟. Qui e-dé-bat panes me- os, ampli- ávit advérsum me supplanta-ti- ó- nem.



Dum canitur Cant. Benedictus, *extinguuntur candelæ Altaris juxta Rubricas.*

Ad Benedictus, Antiphona. 1 g

TRá-di-tor autem * de-dit e- is signum, di-cens : Quem oscu-lá-tus fú- e-ro, ipse est, te-né- te e- um. E u o u a e.

Canticum Benedíctus *in tono solemni. Repetita Antiphona post* Benedíctus, *dicitur*

Antiphona. v

CHri- stus * factus est pro no- bis ob-é- di- ens us- que ad mor- tem.

Secunda nocte additur :

Mor- tem au- tem cru- cis.

Tertia nocte additur :

Propter quod et De- us exal-tá-vit il-lum,



Et sic dicitur etiam per omnes Horas diei (sed sine cantu).

Cum incipitur Ant. Christus, *omnes genuflectunt; qua finita, dicitur* Pater noster *totum sub silentio. Postea Ps.* Miserére *aliquantulum altius,* 413. *Postea, sine* Orémus, *dicitur simili voce*

Oratio.

RESpice, quǽsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et crucis subíre torméntum. *Sed* Qui tecum vivit *dicitur sub silentio.*

Sic terminantur omnes Horæ in hoc Triduo, usque ad Nonam Sabbati Sancti inclusive. Ad Laudes tamen, finita Oratione, fit fragor et strepitus aliquantulum : mox profertur candela accensa de sub Altari, et omnes surgunt et cum silentio discedunt.

AD HORAS.

Prima, Tertia, Sexta et Nona, dictis secreto Pater noster, Ave María, *et ad Primam* Credo, *absolute inchoantur a Psalmis infra signatis; quibus finitis, dicitur Antiphona* Christus factus est, *cum reliquis, ut supra in Laudibus.*

AD PRIMAM.

Pater noster, Ave María, Credo *secreto.*

Psalmus 53.

DEus, in nómine tuo salvum me fac : * et in virtúte tua júdica me.

Deus, exáudi oratiónem meam : * áuribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, + et fortes quæ-

siérunt ánimam meam : * et non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me : * et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis : * et in veritáte tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, * et confitébor nómini tuo, Dómine : quóniam bonum est :

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me : * et super inimícos meos despéxit óculus meus.

Psalmus 118.

BEáti immaculáti in via : * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui scrutántur testimónia ejus : * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti * mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, * ad custodiéndas justificatiónes tuas!

Tunc non confúndar, * cum perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis : * in eo quod dídici judícia justítiæ tuæ.

Justificatiónes tuas custódiam : * non me derelínquas usquequáque.

In quo córrigit adolescéntior viam suam? * in custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te : * ne repéllas me a mandátis tuis.

In corde meo abscóndi elóquia tua : * ut non peccem tibi.

Benedíctus es, Dómine : * doce me justificatiónes tuas.

In lábiis meis, * pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum, * sicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor : * et considerábo vias tuas.

In justificatiónibus tuis meditábor : * non oblivíscar sermónes tuos.

REtríbue servo tuo, vivífica me : * et custódiam sermónes tuos.

Revéla óculos meos : * et considerábo mirabília de lege tua.

Incola ego sum in terra : * non abscóndas a me mandáta tua.

Concupívit ánima mea desideráre justificatiónes tuas, * in omni témpore.

Increpásti supérbos : * maledícti qui declínant a mandátis tuis.

Aufer a me oppróbrium et contémptum : * quia testimónia tua exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, et advérsum me loquebántur : * servus autem tuus exercebátur in justificatiónibus tuis.

Nam et testimónia tua meditátio mea est : * et consílium meum justificatiónes tuæ.

Adhǽsit paviménto ánima mea : * vivífica me secúndum verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, et exaudísti me : * doce me justificatiónes tuas.

Viam justificatiónum tuárum ínstrue me : * et exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tǽdio : * confírma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove a me : * et de lege tua miserére mei.

Viam veritátis elégi : * judícia tua non sum oblítus.

Adhǽsi testimóniis tuis, Dómine : * noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri, * cum dilatásti cor meum.

Ant. Christus factus est, *cum reliquis ut supra in Laudibus.*

¶ *In hoc triduo non legitur Martyrologium, nec dicuntur cetera omnia usque ad finem Horæ.*

AD TERTIAM.

Pater noster, Ave María *secreto.*

Psalmus.

Legem pone mihi, Dómine, viam justificatiónum tuárum : * et exquíram eam semper.

Da mihi intelléctum, et scrutábor legem tuam : * et custódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam mandatórum tuórum : * quia ipsam vólui.

Inclína cor meum in testimónia tua : * et non in avarítiam.

Avérte óculos meos ne vídeant vanitátem : * in via tua vivífica me.

Státue servo tuo elóquium tuum, * in timóre tuo.

Ámputa oppróbrium meum quod suspicátus sum : * quia judícia tua jucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua : * in æquitáte tua vivífica me.

Et véniat super me misericórdia tua, Dómine : * salutáre tuum secúndum elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum : * quia sperávi in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáque : * quia in judíciis tuis supersperávi.

Et custódiam legem tuam semper : * in sæculum et in sæculum sæculi.

Et ambulábam in latitúdine : * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar in testimóniis tuis in conspéctu regum : * et non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis, * quæ diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua, quae diléxi : * et exercébar in justificatiónibus tuis.

MEmor esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedísti.

Hæc me consoláta est in humilitáte mea : * quia elóquium tuum vivificávit me.

Supérbi iníque agébant usquequáque : * a lege autem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum a sæculo, Dómine : * et consolátus sum.

Deféctio ténuit me, * pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant justificatiónes tuæ, * in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui, Dómine : * et custodívi legem tuam.

Hæc facta est mihi : * quia justificatiónes tuas exquisívi.

Pórtio mea, Dómine, * dixi custodíre legem tuam.

Deprecátus sum fáciem tuam in toto corde meo : * miserére mei secúndum elóquium tuum.

Cogitávi vias meas : * et convérti pedes meos in testimónia tua.

Parátus sum, et non sum turbátus : * ut custódiam mandáta tua.

Funes peccatórum circumpléxi sunt me : * et legem tuam non sum oblítus.

Média nocte surgébam ad confiténdum tibi, * super judícia justificatiónis tuæ.

Párticeps ego sum ómnium timéntium te : * et custodiéntium mandáta tua.

Misericórdia tua, Dómine, plena est terra : * justificatiónes tuas doce me.

BOnitátem fecísti cum servo tuo, Dómine, * secúndum verbum tuum.

Bonitátem, et disciplínam, et sciéntiam doce me : * quia mandátis tuis crédidi.

Priúsquam humiliárer ego delíqui : * proptérea elóquium tuum custodívi.

Bonus es tu : * et in bonitáte tua doce me justificatiónes tuas.

Multiplicáta est super me iníquitas superbórum : * ego au-

tem in toto corde meo scrutábor mandáta tua.

Coagulátum est sicut lac cor eórum : * ego vero legem tuam meditátus sum.

Bonum mihi quia humiliásti me : * ut discam justificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, * super míllia auri et argénti.

Manus tuæ fecérunt me, et plasmavérunt me : * da mihi intelléctum, et discam mandáta tua.

Qui timent te vidébunt me, et lætabúntur : * quia in verba tua supersperávi.

Cognóvi, Dómine, quia ǽquitas judícia tua : * et in veritáte tua humiliásti me.

Fiat misericórdia tua ut consolétur me, * secúndum elóquium tuum servo tuo.

Véniant mihi miseratiónes tuæ, et vivam : * quia lex tua meditátio mea est.

Confundántur supérbi, quia injúste iniquitátem fecérunt in me : * ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertántur mihi timéntes te : * et qui novérunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in justificatiónibus tuis, * ut non confúndar.

Ant. Christus factus est, *cum reliquis ut supra in Laudibus.*

AD SEXTAM.

Pater noster, Ave Maria *secreto.*

Psalmus.

DEfécit in salutáre tuum ánima mea : * et in verbum tuum supersperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicéntes : Quando consoláberis me?

Quia factus sum sicut uter in pruína : * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui? * quando fácies de persequéntibus me judícium?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes : * sed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua véritas : * iníque persecúti sunt me, ádjuva me.

Paulo minus consummavérunt me in terra : * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secúndum misericórdiam tuam vivífica me : * et custódiam testimónia oris tui.

In ætérnum, Dómine, * verbum tuum pérmanet in cælo.

In generatiónem et generatiónem véritas tua : * fundásti terram, et pérmanet.

Ordinatióne tua persevérat dies : * quóniam ómnia sérviunt tibi.

Nisi quod lex tua meditátio mea est : * tunc forte periíssem in humilitáte mea.

In ætérnum non oblivíscar justificatiónes tuas : * quia in ipsis vivificásti me.

Tuus sum ego, salvum me fac : * quóniam justificatiónes tuas exquisívi.

Me exspectavérunt peccatóres ut pérderent me : * testimónia tua intelléxi.

Omnis consummatiónis vidi finem : * latum mandátum tuum nimis.

QUómodo diléxi legem tuam, Dómine! * tota die meditátio mea est.

Super inimícos meos prudéntem me fecísti mandáto tuo : * quia in ætérnum mihi est.

Super omnes docéntes me intelléxi : * quia testimónia tua meditátio mea est.

Super senes intelléxi : * quia mandáta tua quæsívi.

Ab omni via mala prohíbui pedes meos : * ut custódiam verba tua.

A judíciis tuis non declinávi : * quia tu legem posuísti mihi.

Quam dúlcia fáucibus meis elóquia tua! * super mel ori meo.

A mandátis tuis intelléxi : * proptérea odívi omnem viam iniquitátis.

Lucérna pédibus meis verbum tuum, * et lumen sémitis meis.

Jurávi, et státui * custodíre judícia justítiæ tuæ.

Humiliátus sum usquequáque, Dómine : * vivífica me secúndum verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita fac, Dómine : * et judícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper : * et legem tuam non sum oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum mihi : * et de mandátis tuis non errávi.

Hæreditáte acquisívi testimónia tua in ætérnum : * quia exsultátio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum ad faciéndas justificatiónes tuas in ætérnum, * propter retributiónem.

INíquos ódio hábui : * et legem tuam diléxi.

Adjútor et suscéptor meus es tu : * et in verbum tuum supersperávi.

Declináte a me malígni : * et scrutábor mandáta Dei mei.

Súscipe me secúndum elóquium tuum, et vivam : * et non confúndas me ab exspectatióne mea.

Adjuva me, et salvus ero : * et meditábor in justificatiónibus tuis semper.

Sprevísti omnes discedéntes a judíciis tuis : * quia injústa cogitátio eórum.

Prævaricántes reputávi omnes peccatóres terræ : * ideo diléxi testimónia tua.

Confíge timóre tuo carnes meas : * a judíciis enim tuis tímui.

Feci judícium et justítiam : * non tradas me calumniántibus me.

Súscipe servum tuum in bonum : * non calumniéntur me supérbi.

Oculi mei defecérunt in salutáre tuum : * et in elóquium justítiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam : * et justificatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego : * da mihi intelléctum, ut sciam testimónia tua.

Tempus faciéndi, Dómine : * dissipavérunt legem tuam.

Ideo diléxi mandáta tua, * super aurum et topázion.

Proptérea ad ómnia mandáta tua dirigébar : * omnem viam iníquam ódio hábui.

Ant. Christus factus est, *cum reliquis ut supra in Laudibus.*

AD NONAM.

Pater noster, Ave María *secreto.*

Psalmus.

Mirabília testimónia tua : * ídeo scrutáta est ea ánima mea.

Declarátio sermónum tuórum illúminat : * et intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui, et attráxi spíritum : * quia mandáta tua desiderábam.

Adspice in me, et miserére mei, * secúndum judícium diligéntium nomen tuum.

Gressus meos dírige secúndum elóquium tuum : * et non dominétur mei omnis injustítia.

Rédime me a calúmniis hóminum : * ut custódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina super servum tuum : * et doce me justificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei : * quia non custodiérunt legem tuam.

Justus es, Dómine : * et rectum judícium tuum.

Mandásti justítiam testimónia tua : * et veritátem tuam nimis.

Tabéscere me fecit zelus meus : * quia oblíti sunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum veheménter : * et servus tuus diléxit illud.

Adolescéntulus sum egó et contémptus * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Justítia tua, justítia in ætérum : * et lex tua véritas.

Tribulátio et angústia invenérunt me : * mandáta tua meitátio mea est.

Æquitas testimónia tua in ætérnum : * intelléctum da nihi, et vivam.

CLamávi in toto corde meo, exáudi me, Dómine : * ustificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te, salvum me ac : * ut custódiam mandáta ua.

Prævéni in maturitáte, et clanávi : * quia in verba tua suersperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te ilúculo : * ut meditárer elóquia ua.

Vocem meam audi secúndum nisericórdiam tuam, Dómine : * t secúndum judícium tuum viífica me.

Appropinquavérunt perseuéntes me iniquitáti : * a lege utem tua longe facti sunt.

Prope es tu, Dómine : * et mnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de testimóniis uis : * quia in ætérnum funásti ea.

Vide humilitátem meam, et ripe me : * quia legem tuam on sum oblítus.

Júdica judícium meum, et réime me : * propter elóquium uum vivífica me.

Longe a peccatóribus salus : * quia justificatiónes tuas non exquisiérunt.

Misericórdiæ tuæ multæ, Dómine : * secúndum judícium tuum vivífica me.

Multi qui persequúntur me et tríbulant me : * a testimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricántes, et tabescébam : * quia elóquia tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua diléxi, Dómine : * in misericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tuórum, véritas : * in ætérnum ómnia judícia justítiæ tuæ.

PRíncipes persecúti sunt me gratis : * et a verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego super elóquia tua : * sicut qui invénit spólia multa.

Iniquitátem ódio hábui, et abominátus sum : * legem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem dixi tibi,* super judícia justítiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam : * et non est illis scándalum.

Exspectábam salutáre tuum, Dómine : * et mandáta tua diléxi.

Custodívit ánima mea testimónia tua : * et diléxit ea veheménter.

Servávi mandáta tua et testi-
ónia tua : * quia omnes viæ
æ in conspéctu tuo.
Appropínquet deprecátio mea
conspéctu tuo, Dómine : *
xta elóquium tuum da mihi
telléctum.
Intret postulátio mea in con-
éctu tuo : * secúndum eló-
ium tuum éripe me.
Eructábunt lábia mea hym-
m, * cum docúeris me justifi-
tiónes tuas.
Pronuntiábit lingua mea eló-
quium tuum : * quia ómnia mandáta tua æ̃quitas.

Fiat manus tua ut salvet me : * quóniam mandáta tua elégi.

Concupívi salutáre tuum, Dómine : * et lex tua meditátio mea est.

Vivet ánima mea, et laudábit te : * et judícia tua adjuvábunt me.

Errávi sicut ovis quæ périit : * quære servum tuum, quia mandáta tua non sum oblítus.

Ant. Christus factus est, *cum reliquis ut supra in Laudibus.*

AD VESPERAS.


Vesperæ, dictis secreto Pater noster, Ave María, *inchoantur* *solute a prima Antiphona.*

¶ *Juxta morem hodiernum Vesperæ hodie et die sequenti dicuntur sine ntu. Attamen hic ponuntur Antiphonæ cum cantu proprio, si qua sint onasteria quæ morem cantandi olim ubique observatum adhuc retineant.*

Ant. II D



C A- li-cem * sa-lu-tá- ris accí-pi- am, et nomen Dó-



mi-ni invo-cá- bo. E u o u a e.

Psalmus 115.

CRédidi, propter quod locútus sum : * ego autem umiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam : * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus : * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus :

O Dómine, quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et filius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea : † tibi sacrificábo hóstiam laudis, * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus : * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

Antiphona.




Cá- li-cem sa-lu-tá-ris accí-pi- am, et nomen Dó-




mi-ni invo-cá-bo.


2 Ant. VIII G



CUM his qui o-dé-runt pa-cem, * e-ram pa-cí-fi-cus :



dum loqué-bar il- lis, impugná-bant me gra- tis.



E u o u a e.

Psalmus 119.

AD Dóminum cum tribulárer clamávi : * et exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * et a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi, * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi! quia incolátus meus prolongátus est : † habitávi cum habitántibus Cedar : * multum íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus : * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Antiphona.

Cum his qui o-dérunt pa-cem, e-ram pa-cí-fi-cus : dum loqué-bar il- lis, impugná-bant me gra- tis.

3 Ant. VIII G

AB homí-ni-bus in-íquis * lí-be-ra me, Dómi-ne.

E u o u a e.

Psalmus 139.

ERipe me, Dómine, ab hómine malo : * a viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde : * tota die constituébant prǽlia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis : * venénum áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me, Dómine, de manu peccatóris : * et ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos : * abscondérunt supérbi láqueum mihi :

Et funes extendérunt in láqueum : * juxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino : Deus meus es tu : * exáudi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ.

Dómine, Dómine, virtus salútis meæ : * obumbrásti super caput meum in die belli :

Ne tradas me, Dómine, a desidério meo peccatóri : † cogitavérunt contra me, * ne derelínquas me, ne forte exalténtur.

Caput circúitus eórum : * labor labiórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, † in ignem dejícies eos : * in misériis non subsístent.

Vir linguósus non dirigétur in terra : * virum injústum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus judícium inopis, * et vindíctam páuperum.

Verúmtamen justi confitebúntur nómini tuo : * et habitábunt recti cum vultu tuo.

Anti-phona.



4 Ant. VII a





Psalmus 140.

DOmine, clamávi ad te, exáudi me : * inténde voci meæ cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo : * elevátio mánuum meárum sacrifícium vespertínum.

Pone, Dómine, custódiam ori meo : * et óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ, * ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem : * et non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me justus in misericórdia, et increpábit me : * óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.

Quóniam adhuc et orátio mea in beneplácitis eórum : * absórpti sunt juncti petræ júdices eórum.

Audient verba mea quóniam potuérunt : * sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum : † quia ad te, Dómine, Dómine, óculi mei : * in te sperávi, non áuferas ánimam meam.

Custódi me a láqueo quem statuérunt mihi : * et a scándalis operántium iniquitátem.


Cadent in retiáculo ejus peccatóres : * singuláriter sum ego donec tránseam.


Anti-phona.





5 Ant. VII a





Psalmus 141.

VOce mea ad Dóminum clamávi : * voce mea ad Dóminum deprecátus sum.

Effúndo in conspéctu ejus oratiónem meam, * et tribulatiónem meam ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spíritum meum, * et tu cognovísti sémitas meas.

In via hac qua ambulábam, * abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad déxteram et vidébam : * et non erat qui cognósceret me.

Périit fuga a me, * et non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te, Dómine, † dixi : Tu es spes mea, * pórtio mea in terra vivéntium.


Inténde ad deprecatiónem meam : * quia humiliátus sum nimis.

Líbera me a persequéntibus me : * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo : * me exspéctant justi, donec retríbuas mihi.

Antiphona.





Capitulum, Hymnus et ℣. non dicuntur in hoc Triduo.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 f

CŒnánti-bus au-tem, * accé-pit Je-sus panem, be-ne-dí-xit ac fre-git, de-dit di-scí-pu-lis su- is.

E u o u a e.

Ant. Christus factus est, *cum reliquis ut supra ad Laudes (sine cantu).*

AD DENUDATIONEM ALTARIUM.

Vesperis expletis, Sacerdos, Alba et Stola violacea indutus, cum Ministris denudet Altaria legendo Antiphonam :

Divisérunt sibi * vestiménta mea : et super vestem meam misérunt sortem.

Psalmus 21.

DEus, Deus meus, réspice in me : † quare me dereliquísti? * longe a salúte mea verba delictórum meórum.

Deus meus, clamábo per diem, et non exáudies : * et nocte, et non ad insipiéntiam mihi.

Tu autem in sancto hábitas, * laus Israel.

In te speravérunt patres nostri : * speravérunt, et liberásti eos.

Ad te clamavérunt, et salvi facti sunt : * in te speravérunt, et non sunt confúsi.

Ego autem sum vermis, et non homo : * oppróbrium hóminum, et abjéctio plebis.

Omnes vidéntes me, derisérunt me : * locúti sunt lábiis, et movérunt caput.

Sperávit in Dómino, erípiat eum : * salvum fáciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es, qui extraxísti me de ventre : * spes mea ab ubéribus matris meæ.

In te projéctus sum ex útero : ✝ de ventre matris meæ Deus meus es tu, * ne discésseris a me :

Quóniam tribulátio próxima est : * quóniam non est qui ádjuvet.

Circumdedérunt me vítuli multi : * tauri pingues obsedérunt me.

Aperuérunt super me os suum, * sicut leo rápiens et rúgiens.

Sicut aqua effúsus sum : * et dispérsa sunt ómnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquéscens * in médio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, † et lingua mea adhǽsit fáucibus meis : * et in púlverem mortis deduxísti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi : * concílium malignántium obsédit me.

Fodérunt manus meas et pedes meos : * dinumeravérunt ómnia ossa mea.

Ipsi vero consideravérunt et inspexérunt me : † divisérunt sibi vestiménta mea, * et super vestem meam misérunt sortem.

Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxílium tuum a me : * ad defensiónem meam cónspice.

Erue a frámea, Deus, ánimam meam : * et de manu canis únicam meam :

Salva me ex ore leónis : * et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis : * in médio ecclésiæ laudábo te.

Qui timétis Dóminum, laudáte eum : * univérsum semen Jacob, glorificáte eum.

Tímeat eum omne semen Israel : * quóniam non sprevit, neque despéxit deprecatiónem páuperis.

Nec avértit fáciem suam a me : * et cum clamárem ad eum, exaudívit me.

Apud te laus mea in ecclésia magna : * vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.

Edent páuperes, et saturabúntur : † et laudábunt Dóminum, qui requírunt eum : * vivent corda eórum in sǽculum sǽculi.

Reminiscéntur et converténtur ad Dóminum * univérsi fines terræ.

Et adorábunt in conspéctu ejus * univérsæ famíliæ Géntium.

Quóniam Dómini est regnum : * et ipse dominábitur Géntium.

Manducavérunt et adoravérunt omnes pingues terræ : * in conspéctu ejus cadent omnes qui descéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet : * et semen meum sérviet ipsi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra : † et annuntiábunt cæli justítiam ejus pópulo qui nascétur, * quem fecit Dóminus.

Ant. Divisérunt sibi vestiménta mea : et super vestem meam misérunt sortem.

AD COMPLETORIUM.

Non dicitur Jube domne, *nec Lectio brevis, nec* Adjutórium, *neque Oratio Dominica : sed, facta Confessione et Absolutione, incipitur a Ps.* Cum invocárem.

Psalmus 4.

CUM invocárem exaudívit me Deus justítiæ meæ : * in tribulatióne dilatásti mihi.

Miserére mei, * et exáudi oratiónem meam.

Fílii hóminum, úsquequo gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem et quǽritis mendácium?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum : * Dóminus exáudiet me cum clamávero ad eum.

Irascímini, et nolíte peccáre : † quæ dícitis in córdibus vestris, * in cubílibus vestris compungímini.

Sacrificáte sacrifícium justítiæ, † et speráte in Dómino. * Multi dicunt : Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui, Dómine : * dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini et ólei sui, * multiplicáti sunt.

In pace in idípsum * dórmiam et requiéscam.

Quóniam tu, Dómine, singuláriter in spe * constituísti me.

Psalmus 90.

QUI hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cæli commorábitur.

Dicet Dómino : Suscéptor meus es tu et refúgium meum : * Deus meus, sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de iqueo venántium : * et a verbo spero.

Scápulis suis obumbrábit tii : * et sub pennis ejus speábis.

Scuto circúmdabit te véritas jus : * non timébis a timóre octúrno.

A sagítta volánte in die, † a egótio perambulánte in ténepris : * ab incúrsu, et dæmónio neridiáno.

Cadent a látere tuo mille, † t decem míllia a dextris tuis : * d te autem non appropinquápit.

Verúmtamen óculis tuis considerábis : * et retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es Dómine spes nea : * Altíssimum posuísti efúgium tuum.

Non accédet ad te malum : * et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis suis mandávit de te : * ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te : * ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem et basilíscum ambulábis : * et conculcábis leónem et dracónem.

Quóniam in me sperávit, liberábo eum : * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, et ego exáudiam eum : + cum ipso sum in tribulatióne : * erípiam eum et glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum : * et osténdam illi salutáre meum.

Psalmus 133.

Ecce nunc benedícite Dóminum, * omnes servi Dómini:

Qui statis in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri.

In nóctibus extóllite manus vestras in sancta, * et benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cælum et terram.

Post hos Psalmos immediate dicitur Canticum sequens :

Canticum Simeonis.

Luc. 2, 29-32.

Nunc dimíttis servum tuum, Dómine, * secúndum verbum tuum in pace :

Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum :

Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum :

Lumen ad revelatiónem géntium, * et glóriam plebis tuæ Israel.

Ant. Christus factus est, *cum reliquis ut supra in Laudibus.*

FERIA SEXTA IN PARASCEVE

Duplex I Classis.

AD LAUDES.

1 Antiphona. VII c transpos.

PROPRI- O * Fí- li- o su- o non pe-pér-cit De- us,

sed pro no-bis ómni-bus trá-di-dit il-lum. *Ps.* Mi-se-ré-re

me- i De- us. E u o u a e.

Ps. Miserére, 413.

2 Ant. IV E

ANxi- á-tus est in me * spí- ri-tus me- us : in me tur-

bá- tum est cor me- um. E u o u a e.

Psalmus 142.

DOmine, exáudi oratiónem meam : † áuribus pércipe secratiónem meam in veritáte ı : * exáudi me in tua justí- .

Et non intres in judícium cum rvo tuo : * quia non justificá- ur in conspéctu tuo omnis vens.

Quia persecútus est inimícus imam meam : * humiliávit in ra vitam meam.

Collocávit me in obscúris sic- mórtuos sǽculi : † et an- átus est super me spíritus eus, * in me turbátum est cor eum.

Memor fui diérum antiquó- m, † meditátus sum in ómni- s opéribus tuis : * in factis ánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te : * ima mea sicut terra sine aqua bi.

Velóciter exáudi me, Dómine : * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam a me : * et símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi mane misericórdiam tuam : * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem : * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis, Dómine, ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : * propter nomen tuum Dómine vivificábis me in æquitáte tua.


Edúces de tribulatióne ánimam meam : * et in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam : * quóniam ego servus tuus sum.

Anti- hona.




Anxi- á-tus est in me spí- ri-tus me- us : in me tur-



bá- tum est cor me- um.

Ant. 1 f



A - it latro ad latró-nem : * Nos quidem digna fa-





Psalmus 84.

BEnedixísti, Dómine, terram tuam : * avertísti captivitátem Jacob.

Remisísti iniquitátem plebis tuæ : * operuísti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam : * avertísti ab ira indignatiónis tuæ.

Convérte nos Deus salutáris noster : * et avérte iram tuam a nobis.

Numquid in ætérnum irascéris nobis? * aut exténdes iram tuam a generatióne in generatiónem?

Deus tu convérsus vivificábis nos : * et plebs tua lætábitur in te.

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam : * et salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus : * quóniam loquétur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos : * et in eos qui convertúntur ad cor.

Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsíus : * ut inhábitet glória in terra nostra.


Misericórdia et véritas obviavérunt sibi : * justítia et pax osculátæ sunt.


Véritas de terra orta est : * et justítia de cælo prospéxit.


Etenim Dóminus dabit benignitátem : * et terra nostra dabit fructum suum.

Justítia ante eum ambulábit : * et ponet in via gressus suos.


Antiphona.











Canticum Habacuc.

Hab. 3, 2-19.

DOmine, audívi auditiónem tuam, * et tímui.

Dómine, opus tuum, * in médio annórum vivífica illud :

In médio annórum notum fácies : * cum irátus fúeris, misericórdiæ recordáberis.

Deus ab Austro véniet, * et sanctus de monte Pharan :

Opéruit cælos glória ejus : * et laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit : * córnua in mánibus ejus :

Ibi abscóndita est fortitúdo ejus : * ante fáciem ejus ibit mors.

Et egrediétur diábolus ante pedes ejus. * Stetit, et mensus est terram.

Aspéxit, et dissólvit gentes : * et contríti sunt montes sǽculi.

Incurváti sunt colles mundi, * ab itinéribus æternitátis ejus.

Pro iniquitáte vidi tentória Æthiópiæ, * turbabúntur pelles terræ Mádian.

Numquid in flumínibus irátus es, Dómine? † aut in flumínibus furor tuus? * vel in mari indignátio tua?

Qui ascéndes super equos tuos : * et quadrígæ tuæ salvátio.

Súscitans suscitábis arcum tuum : * juraménta tríbubus quæ locútus es.

Flúvios scindes terræ : † vidérunt te, et doluérunt montes : * gurges aquárum tránsiit.

Dedit abýssus vocem suam : * altitúdo manus suas levávit.

Sol et luna stetérunt in habitáculo suo, + in luce sagittárum tuárum, * ibunt in splendóre fulgurántis hastæ tuæ.

In frémitu conculcábis terram : * in furóre obstupefácies gentes.

Egréssus es in salútem pópuli tui, * in salútem cum Christo tuo.

Percussísti caput de domo ímpii : * denudásti fundaméntum ejus usque ad collum.

Maledixísti sceptris ejus, † cápiti bellatórum ejus, * veniéntibus ut turbo ad dispergéndum me.

Exsultátio eórum * sicut ejus qui dévorat páuperem in abscóndito.

Viam fecísti in mari equis tuis, * in luto aquárum multárum.

Audívi, et conturbátus est venter meus : * a voce contremuérunt lábia mea.

Ingrediátur putrédo in óssibus meis, * et subter me scáteat.

Ut requiéscam in die tribulatiónis : * ut ascéndam ad pópulum accínctum nostrum.

Ficus enim non florébit : * et non erit germen in víneis.

Mentiétur opus olívæ : * et arva non áfferent cibum.

Abscindétur de ovíli pecus : * et non erit arméntum in præsépibus.

Ego autem in Dómino gaudébo : * et exsultábo in Deo Jesu meo.

Deus Dóminus fortitúdo mea : * et ponet pedes meos quasi cervórum.

Et super excélsa mea dedúcet me victor, * in psalmis canéntem.

Antiphona. Dum conturbáta fú- e- rit á-nima me- a, Dómine, mi- se-ri-córdi- æ me-mor e- ris.

5 Ant. VIII G

MEménto me- i, * Dómi-ne De- us, dum vé-ne- ris in regnum tu- um. E u o u a e.

Psalmus 147.

Auda Jerúsalem Dóminum: * lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras ortárum tuárum : * benedíxit liis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pa-em : * et ádipe fruménti sátiat e.

Qui emíttit elóquium suum erræ : * velóciter currit sermo us.

Qui dat nivem sicut lanam : * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas : * ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emíttet verbum suum, et liquefáciet ea : * flabit spíritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob : * justítias et judícia sua Israël.

Non fecit táliter omni natióni * et judícia sua non manifestávit eis.

Antiphona. Meménto me- i, Dómi-ne De- us, dum vé-ne- ris in regnum tu- um.

℣. Collo-cá-vit me in obscú-ris.

℟. Sic-ut mórtu- os sǽ-cu- li.

Ad Benedictus, Antiphona. 1 g

P O-su- é- runt * super caput e- jus causam





Ant. Christus factus est, *cum reliquis ut supra*, 420.

AD HORAS.


Omnia ut supra in Cœna Domini, 421.


AD VESPERAS.

Antiphonæ et Psalmi præcedentis diei, 429.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 f







Ant. Christus factus est, *cum reliquis ut supra*, 420.

AD COMPLETORIUM.


Omnia ut in Cœna Domini, 436.


SABBATO SANCTO

Duplex I Classis.

AD LAUDES.


1 Antiphona. *IV d*






Ps. Miserére, 413.

2 Ant. *IV A**





Psalmus 91.

BOnum est confitéri Dómino : * et psállere nómini tuo Altíssime.

Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam : * et veritátem tuam per noctem.

In decachórdo, psaltério : * cum cántico in cíthara.

Quia delectásti me, Dómine, in factúra tua, * et in opéribus mánuum tuárum exsultábo.

Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine! * nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.

Vir insípiens non cognóscet : * et stultus non intélliget hæc.

Cum exórti fúerint peccatóres sicut fœnum : * et apparúerint omnes qui operántur iniquitátem :

Ut intéreant in sǽculum sǽculi : * tu autem Altíssimus in ætérnum, Dómine.

Quóniam ecce inimíci tui, Dómine, † quóniam ecce inimíci tui períbunt : * et dispergéntur omnes qui operántur iniquitátem.

Et exaltábitur sicut unicórnis cornu meum : * et senéctus mea in misericórdia úberi.

Et despéxit óculus meus inimícos meos : * et in insurgéntibus in me malignántibus áudiet auris mea.


Justus ut palma florébit : * sicut cedrus Líbani multiplicábitur.


Plantáti in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri florébunt.

Adhuc multiplicabúntur in senécta úberi : * et bene patiéntes erunt, ut annúntient :


Quóniam rectus Dóminus Deus noster : * et non est iníquitas in eo.

Antiphona.





3 Ant. VII d





Psalmus 63.

EXaudi, Deus, oratiónem meam cum déprecor : * a timóre inimíci éripe ánimam meam.

Protexísti me a convéntu malignántium : * a multitúdine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt ut gládium linguas suas : † intendérunt

rcum rem amáram, * ut sagítent in occúltis immaculátum.

Súbito sagittábunt eum, et on timébunt : * firmavérunt ibi sermónem nequam.

Narravérunt ut abscónderent íquеos : * dixérunt : Quis vi-ébit eos?

Scrutáti sunt iniquitátes : * efecérunt scrutántes scrutínio.

Accédet homo ad cor altum : * t exaltábitur Deus.


Sagíttæ parvulórum factæ sunt plagæ eórum : * et infirmátæ sunt contra eos linguæ eórum.

Conturbáti sunt omnes qui vidébant eos : * et tímuit omnis homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei, * et facta ejus intellexérunt.

Lætábitur justus in Dómino et sperábit in eo, * et laudabúntur omnes recti corde.









Canticum Ezechiæ.

Isaiæ 38, 10-20.

EGO dixi : In dimídio diérum meórum, * vadam ad portas ínferi.

Quæsívi resíduum annórum meórum : * dixi : Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non aspíciam hóminem ultra, * et habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta est, et convolúta est a me, * quasi tabernáculum pastórum.

Præcísa est velut a texénte vita mea : † dum adhuc ordírer, succídit me : * de mane usque ad vésperam fínies me.

Sperábam usque ad mane : * uasi leo sic contrívit ómnia ssa mea.

De mane usque ad vésperam inies me : † sicut pullus hirúninis sic clamábo, * meditábor ut olúmba.

Attenuáti sunt óculi mei, * uspiciéntes in excélsum.

Dómine vim pátior, respónde ro me. * Quid dicam, aut quid espondébit mihi, cum ipse féerit?

Recogitábo tibi omnes annos neos, * in amaritúdine ánimæ neæ.

Dómine, si sic vívitur et in álibus vita spíritus mei, † corípies me et vivificábis me. * Ecce in pace amaritúdo mea amaríssima.

Tu autem eruísti ánimam meam ut non períret : * projecísti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, † neque mors laudábit te : * non exspectábunt qui descéndunt in lacum veritátem tuam.

Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut et ego hódie : * pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine salvum me fac : * et psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.

Antiphona. A porta ínfe-ri éru-e Dómi-ne á-nimam me- am.

5 Ant. VIII a O vos omnes, * qui transí-tis per vi- am, attén-di-te, et vi-dé- te si est do- lor sic- ut do- lor me- us. E u o u a e.

Psalmus 150.

Audáte Dóminum in sanctis ejus : * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.


Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ : * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro : * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus, † laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis : * omnis spíritus laudet Dóminum.


Antiphona.




O vos omnes, qui transí- tis per vi- am, atténdi-



te, et vi-dé- te si est do- lor sic- ut do- lor me- us.



Ca-ro me- a requi- éscet in spe.




Et non da-bis Sanctum tu- um vi-dé-re corrupti- ó-nem.

Ad Bened. Ant. 1 g



M Ú-li- e- res * se-déntes ad monuméntum,



lamenta-bántur, flentes Dómi-num. E u o u a e.


AD HORAS.

Omnia ut supra in Cœna Domini, 421.

AD VESPERAS.

In Missa, facta Communione, statim pro Vesperis in Choro cantatur :

Ant. VI F



Psalmus 116.

Laudáte Dóminum, omnes Gentes : * laudáte eum, omnes pópuli :

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : * et véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri.

Et repetitur Antiphona Allelúia.

Capitulum, Hymnus et ℣. *non dicuntur, sed statim Celebrans in cantu incipit Antiphonam ad Magnificat, quam Chorus prosequitur :*

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G







Cant. Magnificat *in tono solemni, cum* Glória Patri, *et repetitur Ant.* Véspere autem sábbati.

Deinde Sacerdos dicit :

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

SPíritum nobis, Dómine, tuæ caritátis infúnde : * ut, quos sacraméntis paschálibus satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Deinde ℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Et Diaconus vertens se ad populum cantat :



I-te, missa est, alle-lú-ia, alle- lú- ia.
De- o grá-ti- as, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

Et Sacerdos, dicto Pláceat tibi, Sancta Trínitas, *dat benedictionem more solito.*

¶ *Extra Chorum, dictis* Pater noster, Ave María, *Vesperæ inchoantur absolute ab Ant.* Allelúia, *cum reliquis, ut supra; et loco* Ite, missa est, *dicitur* ℣. Benedicámus Dómino, allelúia; allelúia. ℟. Deo grátias, allelúia, allelúia. *Postea* ℣. Fidélium ánimæ. *Deinde dicitur secreto* Pater noster *et nihil aliud.*

AD COMPLETORIUM.

℣. Jube domne benedícere. *Lectio brevis* Fratres : Sóbrii estóte.
℣. Adjutórium. Pater noster. Confíteor.
℣. Convérte nos.
℣. Deus in adjutórium, *in cujus fine dicitur deinceps* Allelúia.

Deinde absolute dicuntur, in tono in directum, Psalmi consueti cum Glória Patri *in fine cujuslibet.*

Quibus expletis, omissis Hymno, Capitulo et ℣., *inchoatur Antiphona* Véspere autem sábbati *ut supra*, 450, *et statim incipitur Canticum* Nunc dimíttis, *cum intonatione festiva ad omnes versiculos.*

Canticum Simeonis.

Luc. 2, 29-32.

NUnc dimíttis servum tuum Dómine, * secúndum verbum tuum in pace :

Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum,

Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum :

Lumen ad revelatiónem géntium, * et glóriam plebis tuæ Israel.

Glória Patri.

Repetita Antiphona, statim dicitur :

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

VIsita, quǽsumus Dómine, habitatiónem istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle : † Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant; * et benedíctio tua sit super nos semper. Per Dóminum.

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.

Benedictio.

BEnedícat et custódiat nos omnípotens et miséricors Dóminus, Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus. ℟. Amen.

Et statim dicitur Ant. Regína cæli, 176, *et in fine :*

℣. Divínum auxílium máneat semper nobíscum.
℟. Amen.

Deinde dicuntur secreto Pater noster, Ave María, *et* Credo.


DOMINICA

RESURRECTIONIS


Duplex I Classis cum Octava privilegiata I Ordinis

AD LAUDES.

1 Ant. VIII G




A NGELUS autem Dó-mi-ni * de-



scéndit de cæ- lo, et accé- dens



revólvit lá-pi-dem, et sedé-bat super e- um, alle-lú- ia, alle-



lú- ia. E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit, 28, *cum reliquis.*

2 Ant. VII c

ET ecce terræmó- tus * factus est magnus : Ange-lus e-nim Dómi-ni descéndit de cæ-lo, alle- lú- ia.

E u o u a e.

3 Ant. VIII c

Erat au- tem * aspéctus e-jus sic- ut ful-gur : vesti-ménta e-jus sic-ut nix, al-le- lú- ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. VII a

PRÆ timó-re autem e-jus * extérri-ti sunt custó-des, et facti sunt vel-ut mórtu- i, alle-lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. VIII G

REspóndens autem Ange-lus * di-xit mu-li- é-ri-bus : Nol-li-te timé- re : sci- o e-nim quod Je-sum quǽ-ri-tis, alle-

lú-

F

est C

℟.

S


lú-

lú-

tu-

A

Mu




Capitulum. *1 Cor. 5, 7.*


FRatres : Expurgáte vetus ferméntum, † ut sitis nova conspérsio, sicut estis ázymi. * Etenim Pascha nostrum immolátus Christus.

℟ br.
VI











Hymnus.

VIII





Cum Rex ille fortíssimus,
Mortis confráctis víribus,
Pede concúlcans tártara,
Solvit a pœna míseros.


Ille qui clausus lápide
Custodítur sub mílite,
Triúmphans pompa nóbili,
Victor surgit de fúnere.

Solútis jam gemítibus,
Et inférni dolóribus,
Quia surréxit Dóminus,
Resplèndens clamat Angelus.

Quǽsumus, Auctor ómnium,
In hoc pascháli gáudio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.

Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

In eodem tono cantantur Hymni ad Horas et Completorium cum Doxologia propria Glória tibi Dómine, Qui surrexísti a mórtuis, *ut notatur infra in Ordinario de Tempore Paschali,* 469.




℣. Hæc di- es quam fe-cit Dómi-nus, alle- lú- ia.




℟. Exsultémus et lætémur in e- a, alle- lú- ia.

Ad Benedictus, Antiphona. VIII G



ET valde mane * u-na sabba-tó- rum, véni- unt ad



monuméntum, orto jam so- le, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum æternitátis nobis áditum devícta morte reserásti : † vota nostra, quæ præveniéndo aspíras, * étiam adjuvándo proséquere. Per eúmdem Dóminum.



Sic dicitur cum duplici Allelúia *in Vesperis et Laudibus tantum, usque ad Vesperas Sabbati in Albis exclusive.*

AD TERTIAM.

Antiphona Et ecce terræmótus, 454. *Capitulum* Fratres : Expurgáte *ut supra ad Laudes.*

℣. Hæc dies quam fecit Dóminus, allelúia.
℟. Exsultémus et lætémur in ea, allelúia.

Prædictus ℣. Hæc dies *dicitur ad omnes Horas usque ad Dominicam in Albis, præterquam ad Primam et Completorium.*

AD SEXTAM.

Antiphona Erat autem, 454.

Capitulum. *1 Cor. 5, 8.*

ITaque epulémur : † non in ferménto véteri, neque in ferménto malítiæ et nequítiæ, * sed in ázymis sinceritátis et veritátis.

℣. Hæc dies quam fecit Dóminus, allelúia.
℟. Exsultémus et lætémur in ea, allelúia.

AD NONAM.

Antiphona Respóndens autem Angelus, 454.

Capitulum. *Coloss. 3, 1-2.*

SI consurrexístis cum Christo, † quæ sursum sunt quǽrite, ubi Christus est in déxtera Dei sedens : * quæ sursum sunt sápite, non quæ super terram.

℣. Hæc dies quam fecit Dóminus, allelúia.
℟. Exsultémus et lætémur in ea, allelúia.

AD VESPERAS.

Antiphona Angelus autem Domini, 453, *cum reliquis de Laudibus.*
salmi de Dominica.

Capitulum. *1 Cor. 5, 7.*

FRatres : Expurgáte vetus ferméntum, † ut sitis nova conspérsio, sicut estis ázymi. * Etenim Pascha nostrum immolátus st Christus.

℟. br. VI

SUrré-xit Dó-mi-nus ve- re, * Alle- lú- ia, alle- lú- ia. Surré-xit. ℣. Et appá-ru- it Simó- ni. * Alle- lú- ia. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- ri- tu- i Sancto. Surré-xit.

Tonus simplex.

℟. br. VI

SUrré-xit Dómi-nus ve-re, * Alle- lú-ia, alle-lú-ia.

S

Pa

di


In
Cr
Gu

A
Eré
Ph

J


Qu
Sin
Ca

Pe





Hymnus.





Cujus corpus sanctíssimum,
ara crucis tórridum,
ruóre ejus róseo
ustándo vívimus Deo.

Protécti Paschæ véspere
devastánte Angelo,
répti de duríssimo
naraónis império.


Jam Pascha nostrum Christus est,
ui immolátus Agnus est,
nceritátis ázyma,
aro ejus obláta est.

O vere digna hóstia,
er quam fracta sunt tártara,
Redémpta plebs captiváta,
Réddita vitæ prǽmia.

Consúrgit Christus túmulo,
Victor redit de báratro,
Tyránnum trudens vínculo,
Et Paradísum réserans.

Quǽsumus, Auctor ómnium,
In hoc paschali gáudio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.

Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula.
Amen.



℣. Hæc di- es quam fe-cit Dómi-nus, alle- lú- ia.



℟. Exsultémus et lætémur in e- a, alle- lú- ia.

Ad Magnificat, Antiphona. III a



ET respici-én-tes * vi-dé-runt revo-lú-tum lápi-



dem : e-rat quippe magnus valde, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum æternitátis nobis áditum devícta morte reserásti : * vota nostra, quæ præveniéndo adspíras, étiam adjuvándo proséquere. Per eúmdem.

¶ *Infra Octavam Paschæ usque ad Vesperas Sabbati exclusive, ad Laudes et Horas omnia dicuntur ut in die, præter Orationem et Antiphonam ad Benedictus et Magnificat. ℣. autem ad Laudes et Vesperas cantatur in tono communi.*


Feria Secunda.


Duplex I Classis.

Ad Bened. Ant. VIII G



JE-sus junxit se * discí-pu-lis su- is in vi-











Oratio.

DEus, qui solemnitáte pascháli mundo remédia contulísti : † pópulum tuum, quǽsumus, cælésti dono proséquere; * ut et perféctam libertátem cónsequi mereátur, et ad vitam profíciat sempitérnam. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. VIII G 2







Feria Tertia.

Duplex I Classis.

Ad Bened. Ant. VIII G

STe-tit Je-sus * in mé-di- o disci-pu-ló-rum su- ó-rum, et di-xit e- is: Pax vo-bis, alle-lú- ia, alle-lú- ia.

E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam novo semper fœtu multíplicas: † concéde fámulis tuis, ut sacraméntum vivéndo téneant, * quod fide percepérunt. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. VIII G

VI-dé-te * manus me- as et pe-des me- os, qui- a ego ipse sum, alle-lú- ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

Feria Quarta.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. VII c

MIt- ti-te * in déxte-ram naví-gii re-te, et




in-ve-ni- é- tis, alle-lú- ia. E u o u a e.


Oratio.

DEus, qui nos resurrectiónis Domínicæ ánnua solemnitáte lætíficas : † concéde propítius; ut per temporália festa quæ ágimus, * perveníre ad gáudia ætérna mereámur. Per eúmdem Dóminum.


Ad Magnif. Ant. VIII G



D I- xit Je-sus * di-scí-pu-lis su- is : Affér- te de



písci-bus quos prendi-dí-stis nunc. Ascéndit autem Si-mon



Pe-trus, et traxit re-te in terram, plenum magnis píscibus,



alle-lú- ia. E u o u a e.


Feria Quinta.

Semiduplex.


Ad Bened. Ant. VII a



M A-rí- a stabat * ad monuméntum plo- rans : vi-



dit du- os Ange-los in al-bis, se-dén-tes, et sudá-ri- um




Oratio.


Deus, qui diversitátem géntium in confessióne tui nóminis adunásti : † da, ut renátis fonte baptísmatis, * una sit fides méntium et píetas actiónum. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. VII d










Feria Sexta.

Semiduplex.

Ad Bened.
Ant. VII c





Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui paschále sacraméntum in reconciliatiónis humánæ fœdere contulísti : † da méntibus nostris, ut quod professióne celebrámus, * imitémur efféctu. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. VIII G

DA- ta est mi-hi * omnis po-té-stas in cæ-lo et in terra, alle- lú- ia. E u o u a e.

Sabbato in Albis.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. I f

CUrré-bant du- o simul, * et ille á-li- us di- scí- pu-lus praecu-cúrrit cí-ti- us Pe-tro, et venit pri- or ad monuméntum, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

COncéde, quǽsumus, omnípotens Deus : † ut qui festa paschália venerándo égimus, * per hæc contíngere ad gáudia ætérna mereámur. Per Dóminum.

TEMPORE PASCHALI.

ORDINARIUM

DE TEMPORE PASCHALI.

AD VESPERAS.

In Dominicis. *Psalmi de Dominica sub unica Antiphona* Allelúia, *ut in Psalterio. Capitulum proprium e Laudibus.* ℟. *br., Hymnus et* ℣. *ut infra.*

In Feriis. *Psalmi de Feria currenti sub unica Antiphona* Allelúia, *ut in Psalterio. Capitulum,* ℟. *br., Hymnus et* ℣. *ut infra. In Sabbatis vero, omnia ut notatur proprio loco.*

Capitulum. In Feriis tantum. *Rom. 6, 9-10.*

CHristus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. † Quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel : * quod autem vivit, vivit Deo.

Responsorium breve. VI

SUrré-xit Dómi-nus ve-re, * Alle- lú- ia, alle-lú- ia.

Surré-xit. ℣. Et appá-ru- it Simó-ni. * Alle- lú- ia. ℣. Gló-ri- a


Patri, et Fi- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Surré-xit.

Hymnus.

VIII



AD cœnam Agni pró-vi-di, Et sto- lis albis cándi-



di, Post tránsi- tum ma-ris Rubri, Christo ca-námus Prínci-pi.

Cujus corpus sanctíssimum,
In ara crucis tórridum,
Cruóre ejus róseo
Gustándo vívimus Deo.

Protécti Paschæ véspere
A devastánte Angelo,
Erépti de duríssimo
Pharaónis império.

Jam Pascha nostrum Christus est,
Qui immolátus Agnus est,
Sinceritátis ázyma,
Caro ejus obláta est.

O vere digna hóstia,
Per quam fracta sunt tártara,
Redémpta plebs captiváta,
Réddita vitæ prǽmia.

Consúrgit Christus túmulo,
Victor redit de bárathro,
Tyránnum trudens vínculo,
Et Paradísum réserans.

Quǽsumus, Auctor ómnium,
In hoc pascháli gáudio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.

Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula.
Amen.

Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri, usque ad Nonam in Vigilia Ascensionis inclusive, etiam in Officiis Sanctorum, nisi propriam doxologiam habeant.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.
℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona propria.

Oratio de Dominica, vel, in Feriis, de Dominica præcedenti (non flectuntur genua toto Tempore Paschali).


Postea fit Commemoratio de Cruce, tam in Officio de Tempore quam de Sanctis, nisi sit Duplex aut infra Octavam, usque ad Ascensionem.

Commemoratio de Cruce.


Ant. II



CRu-cem sanctam súb-i- it, * qui inférnum confré-



git, accínctus est po- ténti- a, surré-xit di- e térti- a,



alle- lú- ia.

℣. Dícite in natiónibus, allelúia.
℟. Quia Dóminus regnávit a ligno, allelúia.

Oratio.

DEus qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem : * concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

℣. Benedicamus Domino. VII

℣.



BEnedicámus Dó- mi-no.

℟.



DEo grá- ti- as.

Sic dicitur ℣. Benedicámus Dómino, *sine* Allelúia, *in Vesperis et Laudibus, et quidem sub hoc tono, in Officio de Tempore, tam in Dominicis quam in Feriis, nisi sit Duplex I Classis, usque ad Festum SS. Trinitatis. In Festis vero Sanctorum, ut in Tonis Communibus.*

Tonus Hymni ad Completorium.

VIII

TE lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre- á-tor pósci-mus, Ut só-li-ta cleménti- a Sis præ-sul ad custó-di- am.

Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata :
Hostémque nostrum cómprime,
Ne polluántur córpora.

Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

Hic tonus servandus est ad Completorium et ad Horas, tam in Dominicis quam in Feriis, usque ad Pentecosten exclusive, etiam in Festis Sanctorum, nisi fiat de B. M. V.; ab Ascensione autem usque ad Pentecosten, pro doxologia dicitur Glória tibi Dómine, Qui scandis super sídera.

AD LAUDES.

In Dominicis. *Psalmus* Dóminus regnávit *cum aliis sub tribus Antiphonis ut in Psalterio. Capitulum proprium.* ℟. *br., Hymnus et* ℣. *ut infra.*


In Feriis. *Psalmi Feriales sub tribus Antiphonis, modo sequenti : Ps.* Miserére mei Deus, *cum duobus sequentibus psalmis, sub Antiphona* Allelúia, * allelúia, allelúia; *deinde Canticum, cum Antiphona sua propria, cui additur* allelúia; *denique Ps.* Laudáte Dóminum de cælis, *cum duobus sequentibus, sub Antiphona* Allelúia, * allelúia, allelúia. *Deinde Capitulum,* ℟. *br., Hymnus et* ℣. *ut infra.*

Capitulum. In Feriis tantum. *Rom. 6, 9-10.*

CHristus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. † Quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel : * quod autem vivit, vivit Deo.


Responsorium breve.

VI










Hymnus.

VIII





Cum Rex ille fortíssimus,
Mortis confráctis víribus,
Pede concúlcans tártara,
Solvit a pœna míseros.

Ille qui clausus lápide
Custoditur sub mílite,
Triúmphans pompa nóbili,
Victor surgit de fúnere.

Solútis jam gemítibus,
Et inférni dolóribus,
Quia surréxit Dóminus,
Resplendens clamat Angelus.

Quǽsumus, Auctor ómnium,
In hoc pascháli gáudio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.

Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia.
℟. Cæli et terra lætétur, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona propria.
Oratio de Dominica, vel, in Feriis, de Dominica præcedenti.
Deinde fit sequens Commemoratio de Cruce :

Commemoratio de Cruce.

Ant. VI

Cruci- fi-xus * surré-xit a mór- tu- is, et red-

émit nos, al-le- lú- ia, alle-lú- ia.

℣. Dicite in natiónibus, allelúia.
℟. Quia Dóminus regnávit a ligno, allelúia.

Oratio.

Deus qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem : * concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

AD HORAS.

In Dominicis. *Ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam, Antiphona* Allelúia, *ut in Psalterio pro Tempore Paschali. Capitula,* ℣℣. *et Oratio ut in Proprio de Tempore.*

In Feriis. *Omnia ut in Psalterio, pro Tempore Paschali. Oratio de Dominica præcedenti.*

Ad Primam vero, tam in Dominicis quam in Feriis, Capitulum Regi sæculórum, *et, extra Chorum, Lectio brevis* Si consurrexístis. *Et dicuntur Preces ad Primam et Completorium, nisi sit Duplex vel infra Octavas, juxta Rubricas.*

Hymnus autem cantatur in tono sequenti :

VIII

N Unc Sancte no-bis Spí-ri-tus, Unum Patri cum Fí-li- o, Digná-re promptusínge-ri, Nostro re-fú-sus pécto-ri.

Hic tonus servandus est ad Horas, tam in Dominicis quam in Feriis, usque ad Pentecosten exclusive, etiam in Festis Sanctorum, nisi fiat de B. M. V.; ab Ascensione autem usque ad Pentecosten, pro doxologia dicitur Glória tibi Dómine, Qui scandis super sídera.

¶ *Ordo Officii in hoc Ordinario assignatus servatur in Officiis de Tempore Paschali, usque ad Ascensionem.*

In Festis Sanctorum Tempore Paschali.

Tempore Paschali, speciale habetur Commune pro Apostolis, Evangelistis et Martyribus; in Communi autem Confessorum, Virginum et non Virginum, Dedicationis Ecclesiæ et Festorum B. M. V., omnia dicuntur ut extra Tempus Paschale, sed additur Allelúia *juxta Rubricas.*

Notandum est enim quod Tempore Paschali usque ad Sabbatum post Pentecosten, tam in Officio de Tempore quam in Festis Sanctorum, in fine Antiphonarum, ℟℟. *brev. et* ℣℣. *per omnes Horas, dicitur* Allelúia, *præterquam in* ℣℣. *ad Preces Primæ et Completorii, quando dicuntur. In* ℟℟. *brevibus,* Allelúia *duplicatur; sed in* ℣℣. *dicitur semel. Nec dicitur ad* Pretiósa *et ad ea quæ dicuntur in fine Primæ.*

In Sabbatis, Tempore Paschali, nisi persolvendum sit Officium de Festo Duplici aut de qualibet Octava, fit Officium de Sancta Maria, sub ritu Paschali, et in Feria VI, ad Vesperas, a Capitulo fit de Eadem. Ad Magnificat et Benedictus, Antiphona Regína cæli.

In Festis Duplicibus minoribus quæ occurrunt Tempore Paschali (etiam infra Octavam Ascensionis et Feria VI post eamdem Octavam), Psalmi,

quando ad Laudes sumendi sunt de Feria occurrente in Psalterio, dicuntur sub tribus Antiphonis modo feriali ut supra, 469, *sed sub ritu duplici.*

In Festis Sanctorum, Tempore Paschali non fit commem. Feriæ.

¶ *In Festis Sanctorum, Tempore Paschali (nisi fiat de B. M. V.), ad Horas et Completorium, Hymnus cantatur in tono Paschali suprascripto; ad Laudes vero et Vesperas, in Officio tam Apostolorum et Martyrum quam Confessorum, Virginum et non Virginum, omnes Hymni ejusdem metri iambici cantantur in tono Hymni* Tristes erant Apóstoli *(de Communi Apostolorum et Martyrum Tempore Paschali). Quod fit usque ad Pentecosten, nisi aliter notetur, etiam infra Octavam Ascensionis; ab Ascensione autem usque ad Pentecosten, pro doxologia dicitur* Glória tibi Dómine, Qui scandis super sídera.


Sabbato in Albis.

AD VESPERAS.

Officium fit Duplex.

Ant. VII c 2





E u o u a e.

Sub qua sola dicuntur Ps. Confiteántur tibi, *et reliqui de Psalterio,* 159.

Capitulum Caríssimi : Omne, *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere *et Hymnus* Ad cœnam, 466.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.

℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Ant. Cum ésset sero *et Oratio* Præsta, quǽsumus, *ut infra ad Laudes,* 475.

DOMINICA IN ALBIS

IN OCTAVA PASCHÆ.

I Classis. Duplex majus.

AD LAUDES.


1 Ant.
VIII G



A L-le-lú- ia, * alle-lú- ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia,




al-le- lú- ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia.



E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit. Jubiláte Deo. Deus Deus meus, 28.


2 Ant.
VI F



S Urré-xit Christus * de se-púlcro, qui li-be-rá-



vit tres pú- e- ros de camí-no ignis ardéntis, alle- lú- ia.



E u o u a e.

Cant. Benedícite ómnia ópera, 29.

3 Ant. VI F



Ps. Laudáte Dóminum de cælis, 31.

Capitulum. *1 Joan. 5, 4.*

CAríssimi : Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum : † et hæc est victória quæ vincit mundum, * fides nostra.


℟. *br.* Surréxit Dóminus de sepúlcro *et Hymnus* Auróra, 470.


℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia.
℟. Cæli et terra læténtur, allelúia.


Ad Benedictus, Antiphona.

I D









Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : † ut qui paschália festa perégimus, * hæc, te largiénte, móribus et vita teneámus. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Capitulum Caríssimi : Omne, *ut supra ad Laudes.*

℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúia.

℟. Qui pro nobis pependit in ligno, allelúia.

AD SEXTAM.

Capitulum. *1 Joan. 5, 5-6.*

QUis est autem qui vincit mundum, nisi qui credit quóniam Jesus est Fílius Dei? Hic est qui venit per aquam et sánguinem, Jesus Christus : * non in aqua solum, sed in aqua et sánguine.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúia.

℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

AD NONAM.

Capitulum. *1 Joan. 5, 9-10.*

SI testimónium hóminum accípimus, testimónium Dei majus est : † quóniam hoc est testimónium Dei, quod majus est, quóniam testificátus est de Fílio suo. * Qui credit in Fílium Dei, habet testimónium Dei in se.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia.

℟. Viso Dómino, allelúia.

AD VESPERAS.

Ant. VII c2

A L-le-lú-ia, al-le-lú- ia, al-le- lú- ia. E u o u a e.

Sub qua sola dicuntur Psalmi de Dominica.

Capitulum. *1 Joan. 5, 4.*

CArissimi : Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum : † et hæc est victória quæ vincit mundum, * fides nostra.

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere *et Hymnus* Ad cœnam, 466.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.
℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII c

POst di- es o- cto * já- nu- is clau-sis, ingréssus ...ómi-nus di-xit e- is : Pax vo- bis, alle-lú- ia, alle-lú- ia.

E u o u a e.

Feria Secunda.

Ad Bened. Ant. VIII G

SUrgens Je-sus * mane prima sábba-ti, appá- ...ru- it primo Ma- rí- æ Magda- lé- næ, de qua e- jé- ce- rat septem dæmó-ni- a, alle-lú- ia. E u o u a e.

Ad Magnif. Ant. VI F

PAX vo-bis, ego sum, * alle-lú-ia : no-lí-te ti-




mé-re, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Feria Tertia.

Ad Bened. Ant. VII c


PRæcé-dam vos * in Ga-li-lǽ-am : i-bi me vi-dé-




bi-tis, sic-ut di-xi vo-bis, alle-lú-ia. E u o u a e.

Ad Magnif. Ant. VIII G 2

MItte * manum tu-am, et cognósce lo-ca clavó-



rum, alle-lú-ia : et no-li esse incré-du-lus, sed fi-dé-lis,



alle-lú-ia. E u o u a e.

Feria Quarta.

Ad Bened. Ant. VI F

E-go sum vi-tis ve-ra, * alle-lú-ia : et vos pál-mi-tes ve-ri, alle-lú-ia. E u o u a e.

Ad Magnif. Ant. VIII G


QUi-a vi-dísti me, * Thoma, cre-di-dí-sti : be-á-ti qui non vi-dé-runt, et cre-di-dé-runt, alle-lú-ia.


E u o u a e.

Feria Quinta.


Ad Bened. Ant. VIII G2


ARdens est * cor me-um, de-sí-de-ro vi-dé-re Dóminum me-um : quæ-ro, et non in-





Ad Magnif. Ant. VIII G 2






Feria Sexta.

Ad Bened. Ant. I f





Ad Vesperas, nisi sequenti die persolvendum sit Officium de Festo Duplici aut de qualibet Octava, a Capitulo fit de Sancta Maria, et de Ea dicitur Officium in Sabbato sequenti. Quod item servatur in reliquis Sabbatis similiter non impeditis usque ad Sabbatum infra Hebdomadam IV post Octavam Paschæ inclusive.

Sabbato.

AD VESPERAS.

Capitulum Caríssimi : Christus, *ut infra ad Laudes.*
℟. *br.* Surréxit Dóminus vere *et Hymnus* Ad cœnam, 466.
℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.
℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona Ego sum *et Oratio* Deus qui, *ut infra ad Laudes.*

DOMINICA II POST PASCHA.

Semiduplex.

AD LAUDES.

Capitulum. *1 Petr. 2, 21-22.*

CAríssimi : Christus passus est pro nobis, † vobis relínquens exémplum, ut sequámini vestígia ejus. * Qui peccátum non fecit, nec invéntus est dolus in ore ejus.

℟. *br.* Surréxit Dóminus de sepúlcro *et Hymnus* Auróra, 470.
℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia.
℟. Cæli et terra læténtur, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.





Oratio.

DEus, qui in Fílii tui humilitáte jacéntem mundum erexísti : † fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam ; * ut quos perpétuæ mortis eripuísti cásibus, gáudiis fácias pérfrui sempitérnis. Per eúmdem Dóminum.

AD TERTIAM.

Capitulum Caríssimi : Christus *ut supra ad Laudes.*

℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúia.

℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

AD SEXTAM.

Capitulum. *1 Petr. 2, 23-24.*

TRadébat autem judicánti se injúste : † qui peccáta nostra ipse pértulit in córpore suo super lignum : ut peccátis mórtui, justítiæ vivámus : * cujus livóre sanáti sumus.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúia.

℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

AD NONAM.

Capitulum. *1 Petr. 2, 25.*

ERátis enim sicut oves errántes, † sed convérsi estis nunc ad pastórem * et epíscopum animárum vestrárum.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia.

℟. Viso Dómino, allelúia.

AD VESPERAS.

Capitulum Caríssimi : Christus *e Laudibus*.
℟. *br*. Surréxit Dóminus vere *et Hymnus* Ad cœnam, 466.
℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.
℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

III a

E-go sum * pastor bo-nus, qui pasco oves me- as, et pro ó-vi-bus me- is po-no á-nimam me- am, al-le-lú- ia. E u o u a e.

Feria Secunda.

Ad Bened. Ant. VI F

E - úntes in mundum, * alle- lú- ia, do-cé-te omnes gentes, al-le- lú- ia. E u o u a e.

Ad Magnif. Ant. III a


PAstor bo-nus * á- nimam su- am po- nit pro




ó- vi-bus su- is, al-le- lú- ia. E u o u a e.

Feria Tertia.


Ad Bened. Ant. VIII G



E - úntes in mundum, * do-cé- te omnes gen-



tes, bapti-zántes e- os in nómi-ne Patris, et Fí- li- i,



et Spí-ri-tus Sancti, alle-lú- ia. E u o u a e.

Ad Magnif. Ant. III a




M Erce-ná- ri- us est, * cu-jus non sunt oves pró-



pri- æ : vi-det lu-pum ve-ni- éntem, et dimít-tit o- ves, et



fu-git, et lupus ra- pit et dispérgit oves, al-le- lú- ia.




E u o u a e.


Feria Quarta.

Ad Bened. Ant. IV E

I










Ad Magnif. Ant. V g

S








Feria Quinta.

Ad Bened. Ant. I g


T







Ad Magnif. Ant. VIII G









Feria Sexta.

Ad Bened. Ant. VIII G 2





Sabbato.

AD VESPERAS.

Capitulum Caríssimi : Obsecro, *ut infra ad Laudes.*
℟. *br.* Surréxit Dóminus vere *et Hymnus* Ad cœnam, 466.
℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.
℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona Módicum *et Oratio* Deus qui, *ut infra ad Laudes.*

DOMINICA III POST PASCHA.

Semiduplex.

AD LAUDES.

Capitulum. *1 Petr. 2, 11.*


CAríssimi : Obsecro vos tamquam ádvenas et peregrínos, † abstinére vos a carnálibus desidériis, * quæ mílitant advérsus ánimam.

℟. *br.* Surréxit Dóminus de sepúlcro *et Hymnus* Auróra, 470.
℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia.
℟. Cæli et terra læténtur, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

VI F

MOdi-cum, * et non vi-dé-bi-tis me, di-cit Dómi-nus : í-te-rum mó-di- cum, et vi-dé-bi-tis me : qui- a vado ad



Oratio.

DEus, qui errántibus, ut in viam possint redíre justítiæ, veritátis tuæ lumen osténdis : † da cunctis qui christiána professióne censéntur, et illa respúere quæ huic inimíca sunt nómini ; * et ea quæ sunt apta sectári. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Capitulum Caríssimi : Obsecro *ut supra ad Laudes.*

℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúia.

℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

AD SEXTAM.

Capitulum. *1 Petr. 2, 13-14.*

SUbjécti ígitur estóte omni humánæ creatúræ propter Deum : † sive regi quasi præcellénti : sive dúcibus tamquam ab eo missis * ad vindíctam malefactórum, laudem vero bonórum.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúia.

℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

AD NONAM.

Capitulum. *1 Petr. 2, 18-19.*

SErvi, súbditi estóte in omni timóre dóminis, † non tantum bonis et modéstis, sed étiam dýscolis. * Hæc est enim grátia in Christo Jesu Dómino nostro.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia.

℟. Viso Dómino, allelúia.

AD VESPERAS.

Capitulum Caríssimi : Obsecro *e Laudibus.*

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere *et Hymnus* Ad cœnam, 466.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.

℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G




A -men, amen di-co vo- bis, * qui- a plo-rá-bi-tis et



flé-bi-tis vos: mundus au- tem gaudé-bit, vos ve-ro con-



tri-sta-bimi-ni: sed tristí- ti- a vestra verté-tur in gáu-




di- um, alle-lú- ia. E u o u a e.

Feria Secunda.

Ad Bened. Ant. 1 g



ET in-cí- pi- ens * a Mó- y-se et ómni-bus pro-




phé- tis, interpre-tabá-tur il-lis Scriptú-ras quæ de ipso




e-rant, alle- lú- ia. E u o u a e.

Ad Magnif. Ant. VIII G



T Ristí- ti- a vestra * verté- tur in gáudi- um :



et gáudi- um vestrum nemo tol-let a vo- bis, alle-lú-ia.


alle-lú- ia. E u o u a e.

Feria Tertia.

Ad Bened. Ant. II D



E T co- egé-runt il-lum, * di-céntes : Mane no-bís-



cum Dómi-ne, qui- a advespe- rá-scit, al-le- lú- ia.

E u o u a e.


Ad Magnif. Ant. VIII G



T Ristí- ti- a * implé-vit cor vestrum : et gáu-




di- um vestrum nemo tol-let a vo- bis, alle-lú-ia, alle-




lú- ia. E u o u a e.

Feria Quarta.


Ad Bened.
Ant. VII a



M Ane no-bíscum, * quó-ni- am advespe-ráscit,




et incli-ná-ta est jam di- es, alle- lú- ia, alle- lú- ia.




E u o u a e.

Ad Magnif.
Ant. VI F



T Ristí-ti- a vestra, * alle-lú- ia, verté-tur in gáu-



di- um, alle- lú- ia. E u o u a e.

Feria Quinta.

Ad Bened. Ant. III a

ET intrá-vit cum il- lis : * et factum est, dum re-cúmbe-ret cum il-lis, accé-pit pa- nem, et bene-dí- xit, ac fre-git, et porri-gé-bat il-lis, alle- lú- ia. E u o u a e.


Ad Magnif. Ant. VIII G2

I - te-rum autem * vi-dé-bo vos, et gaudé-bit cor vestrum, et gáudi- um vestrum nemo tollet a vo-bis, alle-lú- ia. E u o u a e.

Feria Sexta.

Ad Bened. Ant. VI F

COgnové-runt Dómi-num, * alle-lú- ia, in fra-



Sabbato.

AD VESPERAS.

Capitulum Caríssimi : Omne datum, *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere *et Hymnus* Ad cœnam, 466.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.

℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona Vado *et Oratio* Deus qui, *ut infra ad Laudes.*

DOMINICA IV POST PASCHA.

Semiduplex.

AD LAUDES.

Capitulum. *Jac. 1, 17.*

CAríssimi : Omne datum óptimum, et omne donum perféctum desúrsum est, descéndens a Patre lúminum, † apud quem non est transmutátio, * nec vicissitúdinis obumbrátio.


℟. *br.* Surréxit Dóminus de sepúlcro *et Hymnus* Auróra, 470.

℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia.

℟. Cæli et terra læténtur, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.





Oratio.

DEus, qui fidélium mentes unius éfficis voluntátis : † da pópulis tuis id amáre quod prǽcipis, id desideráre quod promíttis; * ut inter mundánas varietátes, ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáudia. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Capitulum Caríssimi : Omne datum, *ut supra ad Laudes.*

℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúia.
℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

AD SEXTAM.

Capitulum. *Jac. 1, 19-20.*

SCitis, fratres mei dilectíssimi. † Sit autem omnis homo velox ad audiéndum : tardus autem ad loquéndum, et tardus ad iram. * Ira enim viri justítiam Dei non operátur.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúia.
℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

AD NONAM.

Capitulum. *Jac. 1, 21.*

PRopter quod abjiciéntes omnem immundítiam et abundántiam malítiæ, † in mansuetúdine suscípite ínsitum verbum, * quod potest salváre ánimas vestras.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia.
℟. Viso Dómino, allelúia.

AD VESPERAS.

Capitulum Caríssimi : Omne datum *e Laudibus*.

℟. *br*. Surréxit Dóminus vere *et Hymnus* Ad cœnam, 466.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.

℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

1 g

VAdo ad e- um * qui mi-sit me : sed qui- a hæc lo-cú-tus sum vo-bis, tri-stí- ti- a implé-vit cor vestrum, al-le- lú- ia. E u o u a e.

Feria Secunda.

Ad Bened. Ant. 1 D

NOnne cor nostrum * ardens e- rat in no-bis de Je- su, dum loqueré-tur no-bis in vi- a? alle- lú- ia. E u o u a e.

Ad Magnif. Ant. VII a

E-go ve-ri-tá-tem * di-co vo-bis : éxpe-dit



vo- bis ut ego va- dam : si e-nim non ab-í- e-ro, Pa-rá-



cli-tus non vé-ni- et, alle-lú- ia. E u o u a e.

Feria Tertia.

Ad Bened. Ant. VI F


PAX vo-bis, ego sum, * alle-lú- ia : no-lí-te ti-



mé-re, al-le- lú- ia. E u o u a e.

Ad Magnif. Ant. VIII G

CUM vé-ne- rit * Pa-rácli-tus Spí- ri- tus ve-ri-



tá- tis, il-le árgu- et mundum de peccá- to, et de ju-



stí-ti- a, et de ju-dí- ci- o, alle-lú- ia. E u o u a e.

Feria Quarta.

Ad Bened. Ant. VIII G 2




SPí-ri-tus * carnem et ossa non ha-bet, sic-ut me vi-dé-tis habé- re : jam cré-di-te, alle-lú- ia. E u o u a e.

Ad Magnif. Ant. V g


A Dhuc * multa há-be- o vo-bis dí- ce-re, sed non



po-téstis portá-re mo-do : cum autem vé-ne- rit il-le Spí-ri-



tus ve- ri- tá- tis, do-cé- bit vos omnem ve- ri- tá- tem, alle-




lú- ia. E u o u a e.

Feria Quinta.


Ad Bened. Ant. I g



OBtu- lé- runt * discí-pu- li Dómi- no partem



piscis as- si, et favum mel-lis, alle- lú- ia, al-




le- lú- ia. E u o u a e.


Ad Magnif. Ant. VIII G



NON e-nim loqué-tur * a semet-ípso ; sed quæ-



cúmque áudi- et, loqué- tur : et quæ ventú-ra sunt, annun-




ti- á-bit vo- bis, alle-lú- ia. E u o u a e.

Feria Sexta.

Ad Bened. Ant. VIII G 2



I-sti sunt sermónes, * quos di-cé-bam vo-bis,



cum es-sem vo- bíscum, alle-lú- ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

Sabbato.

AD VESPERAS.

Capitulum Caríssimi : Estóte, *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere *et Hymnus* Ad cœnam, 466.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.

℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona Usque modo *et Oratio* Deus a quo, *ut infra ad Laudes.*

DOMINICA V POST PASCHA.

Semiduplex.

AD LAUDES.

Capitulum. *Jac. 1, 22-24.*

CAríssimi : Estóte factóres verbi, et non auditóres tantum, falléntes vosmetípsos. † Quia si quis audítor est verbi, et non factor : hic comparábitur viro consideránti vultum nativitátis suæ in spéculo : * considerávit enim se, et ábiit, et statim oblítus est qualis fúerit.

℟. *br.* Surréxit Dóminus de sepúlcro *et Hymnus* Auróra, 470.

℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia.

℟. Cæli et terra læténtur, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

II D

USque modo * non pe-tí-stis quidquam in nómi-ne me- o : pé-ti-te, et acci-pi- é-tis, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis : † ut cogitémus te inspiránte quæ recta sunt; * et te gubernánte éadem faciámus. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Capitulum Caríssimi : Estóte *ut supra ad Laudes.*

℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúia.
℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

AD SEXTAM.

Capitulum. *Jac. 1, 25.*

QUI autem perspéxerit in legem perféctam libertátis, et permánserit in ea, † non audítor obliviósus factus, sed factor óperis : * hic beátus in facto suo erit.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúia.
℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

AD NONAM.

Capitulum. *Jac. 1, 27.*

REligio munda et immaculáta apud Deum et Patrem, hæc est : † Visitáre pupíllos et víduas in tribulatióne eórum, * et immaculátum se custodíre ab hoc sǽculo.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia.
℟. Viso Dómino, allelúia.

AD VESPERAS.

Capitulum Caríssimi : Estóte *e Laudibus.*
℟. *br.* Surréxit Dóminus vere *et Hymnus* Ad cœnam, 466.
℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.
℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G 2

PEtite, * et accipiétis, ut gáudium vestrum sit plenum : ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis, et credidístis, allelúia. E u o u a e.

Feria Secunda in Rogationibus.

Si hodie occurrat Festum I vel II Classis, fit de eo cum Commemoratione de Feria ut infra, sed in Laudibus tantum. De aliis Festis fit tantum Commemoratio.

Omnia ut in Ordinario Tempore Paschali præter sequentia :

Ad Bened. Ant. VIII G 2

PEtite, * et accipiétis : quǽrite, et inveniétis : pulsáte, et aperiétur vobis, allelúia. E u o u a e.

℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia.
℟. Cæli et terra læténtur, allelúia.

Oratio.


PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : † ut qui in afflictióne nostra de tua pietáte confídimus, * contra advérsa ómnia, tua semper protectióne muniámur. Per Dóminum.

Hæc Oratio dicitur ad Laudes et per Horas, præter Vesperas, et hodie tantum. Duabus autem sequentibus Feriis dicitur Oratio Deus a quo *e Dominica præcedenti, ut infra ad Vesperas.*

¶ *Hoc triduo, qui non intersunt Processionibus Rogationum, privatim post Laudes dicant Litanias cum suis Precibus et Orationibus, sine Psalmis Pœnitentialibus.*

Ad Magnif. Ant. VIII G 2

I-pse e-nim * Pa-ter amat vos, qui- a vos me



Oratio.

DEus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis : † ut cogitémus te inspiránte quæ recta sunt ; * et te gubernánte, éadem faciámus. Per Dóminum.

Si Vesperæ fuerint de aliquo Festo, non fit Commemoratio Feriæ.


Feria Tertia in Rogationibus.

Si hodie occurrat Festum, fit de eo, sine Commemoratione de Feria.

Omnia ut in Ordinario Tempore Paschali præter sequentia :

Ad Bened. Ant. VIII G 2

O -porté-bat * pa-ti Chri-stum, et re-súrge-re




Oratio Deus, a quo, *ut supra*, 502.

Ad Magnif. Ant. VIII G

E X-i-vi a Patre, * et ve-ni in mundum :






Feria Quarta in Rogationibus.

VIGILIA ASCENSIONIS.


Si hodie occurrat Officium Duplex vel Semiduplex, fit de eo cum Commemoratione Vigiliæ in Laudibus. De Memoria fit Commemoratio.


Omnia ut in Ordinario Tempore Paschali præter sequentia :

Ad Bened. Ant. I f



P A-ter, ve-nit ho-ra : * cla- rí- fi-ca Fi- li- um





℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia.
℟. Cæli et terra læténtur, allelúia.

Oratio.

DEus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis : † ut cogitémus te inspiránte quæ recta sunt ; * et te gubernánte, éadem faciámus. Per Dóminum.

IN ASCENSIONE DOMINI

Duplex I Classis cum Octava privilegiata III Ordinis.

IN I VESPERIS.

Antiphona Viri Galilǽi, *cum reliquis de Laudibus. Ps. de Dominica.*

Capitulum. *Act. 1, 1-2.*

PRimum quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, quæ cœpit Jesus fácere, et docére † usque in diem, qua præcípiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elégit, * assúmptus est.

Responsorium breve. VI

A-SCENDENS Christus in al- tum, * Alle- lú- ia, al- le- lú- ia. Ascéndens. ℣. Captí-vam du-xit capti- vi-







Vel, ad libitum ℟. Ponis nubem, *ad calcem Antiphonarii.*


Tonus simplex pro diebus infra Octavam.

℟. br.
VI










Hymnus.

IV






Quæ te vicit cleméntia,
Ut ferres nostra crímina,
Crudélem mortem pátiens,
Ut nos a morte tólleres!

Inférni claustra pénetrans,
Tuos captívos rédimens,
Victor triúmpho nóbili
Ad dextram Patris résidens :


Ipsa te cogat píetas,
Ut mala nostra súperes
Parcéndo, et voti cómpotes
Nos tuo vultu sáties.

Tu esto nostrum gáudium,
Qui es futúrus prǽmium :
Sit nostra in te glória
Per cuncta semper sǽcula.
Amen.





Ad Magnificat, Antiphona. VI F







Oratio.

Concéde, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad cælos ascendísse crédimus, ipsi quoque mente in cæléstibus habitémus. Per eúmdem Dóminum.

Tonus Hymni ad Horas et Completorium.

Ad Horas et Completorium, Hymnus cantatur in tono paschali, cum doxologia propria :

VIII

GLó-ri-a ti-bi Dómi-ne Qui scandis super sí-de-ra

Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu In sempi-térna sǽcu-la.

Hic tonus (vel, ad libitum, tonus Hymni ad Vesperas) servatur ad Horas et Completorium, doxologia vero ad omnes Hymnos ejusdem metri, usque ad Pentecosten, etiam in Officiis Sanctorum, nisi aliter notetur.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. VII a

VIRI Ga-li-lǽ- i, * quid aspí-ci-tis in cæ-lum? Hic Je-sus, qui assúmptus est a vo-bis in cæ- lum, sic vé-ni- et, alle-lú- ia. E u o u a e.

Psalmus Dóminus regnávit, 28, *cum reliquis.*

2 Ant. VIII G 2

CUmque * intu-e-réntur in cæ-lum e-úntem illum, di-xé-runt, alle-lú- ia. E u o u a e.

3 Ant. IV A *

E-le-vá-tis máni-bus, * bene-dí-xit e- is : et fe-re-bá-tur in cæ-lum, alle-lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. VIII G 2

EXaltá-te * Regem re- gum, et hymnum dí-ci- te De- o, alle-lú- ia. E u o u a e.


5 Ant. VIII G

VI-dénti-bus il-lis * e-le-vá-tus est, et nubes suscé-pit e- um in cæ-lo, alle-lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. *Act. 1, 1-2.*

PRimum quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, quæ cœpit Jesus fácere, et docére † usque in diem, qua præcípiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elégit, * assúmptus est.

℟. br. VI




A-scéndit De-us in ju-bi-la-ti-óne, * Alle-lú-ia.



alle-lú-ia. Ascéndit. ℣. Et Dómi-nus in vo-ce tubæ.



* Alle-lú-ia. ℣. Gló-ri-a Patri, et Fi-li-o, et Spi-rí-tu-i




Sancto. Ascéndit.

Hymnus Jesu, nostra redémptio, *ut in Vesperis,* 506.



℣. Dómi-nus in cæ-lo, alle-lú-ia.



℟. Pa-rá-vit se-dem su-am, alle-lú-ia.

Ad Benedictus, Antiphona. VII a



A-scéndo * ad Patrem me-um, et Pa-trem vestrum :



De-um me-um, et De-um vestrum, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Concéde, quǽsumus omnípotens Deus : † ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad cælos ascendísse crédimus, * ipsi quoque mente in cæléstibus habitémus. Per eúmdem Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Cumque, 509. *Capitulum* Primum quidem, *ut supra in Laudibus*.

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúia.
℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona Elevátis mánibus, 509.

Capitulum. *Act.* 1, 4-5.

Et convéscens, præcépit eis ab Jerosólymis ne discéderent, sed exspectárent promissiónem Patris, quam audístis (inquit) per os meum : † quia Joánnes quidem baptizávit aqua, * vos autem baptizabímini Spíritu Sancto non post multos hos dies.

℣. Ascéndens Christus in altum, allelúia.
℟. Captívam duxit captivitátem, allelúia.

AD NONAM.

Antiphona Vidéntibus illis, 509.

Capitulum. *Act.* 1, 11.

Viri Galilǽi, quid statis adspiciéntes in cælum? Hic Jesus, qui assúmptus est a vobis in cælum, * sic véniet, quemádmodum vidístis eum eúntem in cælum.

℣. Ascéndo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, allelúia.
℟. Deum meum, et Deum vestrum, allelúia.

IN II VESPERIS.


Antiphonæ, Psalmi, Capit., ℟. *br.*, *Hymnus et* ℣. *in tono solemni ut in I Vesperis.*


℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúia.
℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona. II D











Oratio.

Concéde, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad cælos ascendísse crédimus, ipsi quoque mente in cæléstibus habitémus. Per eúmdem Dóminum.

Infra Octavam Ascensionis quotidie fit Officium vel Commemoratio de Ascensione. ℣. *autem ad Laudes et Vesperas cantatur in tono communi.*

DOMINICA
INFRA OCTAVAM ASCENSIONIS.

Semiduplex.

Totum Officium fit de Ascensione, præter sequentia :

IN I VESPERIS.

Capitulum Caríssimi : Estóte, *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Ascéndens *et Hymnus* Jesu, nostra redémptio, 506.

℣. Dóminus in cælo, allelúia.

℟. Parávit sedem suam, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona Cum vénerit *et Oratio* Omnípotens, *ut infra ad Laudes.*

Et fit Commem. Ascensionis. Ant. O Rex glóriæ, 512.

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúia.

℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

Oratio Concéde, quǽsumus.

AD LAUDES.

Capitulum. *1 Petr. 4, 7-8.*

CAríssimi : Estóte prudéntes, et vigiláte in oratiónibus. † Ante ómnia autem, mútuam in vobismetípsis caritátem contínuam habéntes : * quia cáritas óperit multitúdinem peccatórum.

℟. *br.* Ascéndit Deus, 510, *et Hymnus* Jesu, nostra redémptio, 506.

℣. Ascéndens Christus in altum, allelúia.

℟. Captívam duxit captivitátem, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.





Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, † fac nos tibi semper et devótam gérere voluntátem, * et majestáti tuæ sincéro corde servíre. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio de Ascensione : Ant. Ascéndo, 510.

℣. Dóminus in cælo, allelúia.
℟. Parávit sedem suam, allelúia.

Oratio Concéde, quǽsumus.

AD TERTIAM.

Antiphona Cumque, 509. *Capitulum* Caríssimi : Estóte, *ut supra in Laudibus*.

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúia.
℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

AD SEXTAM

Antiphona Elevátis mánibus, 509.

Capitulum. *1 Petr. 4, 9-10.*

HOspitáles ínvicem sine murmuratióne : † unusquísque, sicut accépit grátiam, in altérutrum illam administrántes, * sicut boni dispensatóres multifórmis grátiæ Dei.

℣. Ascéndens Christus in altum, allelúia.
℟. Captívam duxit captivitátem, allelúia.

AD NONAM.

Antiphona Vidéntibus illis, 509.

Capitulum. *1 Petr. 4, 11.*

SI quis lóquitur, quasi sermónes Dei : † si quis minístrat, tamquam ex virtúte quam adminístrat Deus : * ut in ómnibus honorificétur Deus per Jesum Christum Dóminum nostrum.

℣. Ascéndo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, allelúia.
℟. Deum meum, et Deum vestrum, allelúia.

IN II VESPERIS.

Capitulum Caríssimi : Estóte *e Laudibus.*

℟. *br.* Ascéndens *et Hymnus* Jesu nostra redémptio, 506.

℣. Dóminus in cælo, allelúia.
℟. Parávit sedem suam, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G

HÆC lo-cú-tus sum vo- bis, * ut cum vé-ne-rit ho-ra e- ó-rum, remi-niscámi-ni qui- a ego di-xi vo-bis, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio Omnípotens *ut supra ad Laudes.*

Et fit Commemoratio sequentis diei infra Octavam. Ant : Pater, ℣. Ascéndit *et Oratio* Concéde, *ut in I Vesperis Festi,* 507.

Si autem seq. die non fit Offic. de Oct., dicitur : Ant. O Rex glóriæ, ℣. Ascéndit *et Oratio* Concéde, *ut in II Vesp. Festi,* 512.

IN OCTAVA ASCENSIONIS.

Duplex majus.

In I Vesperis, *in Feria Quarta, omnia ut in I Vesp. Festi,* 505.

Ad Laudes, Horas et II Vesperas, *omnia ut in die,* 508; *in II Vesperis non fit Commemoratio Officii sequentis diei.*

¶ *Duobus sequentibus diebus, non dicuntur Preces ad Primam et Completorium. Nec fit Commemoratio de Ascensione, neque de Cruce.*

Feria VI post Octavam Ascensionis.

Semiduplex.

Ad Laudes *(quæ absolute incipiuntur),* Horas et Vesperas, *omnia ut in Dominica præcedenti,* 513, *sine Commemoratione de Ascensione.*

¶ *Si Feria VI occurrat Officium Duplex XII vel III Lectionum, fit de Festo (in Duplicibus minoribus Psalmi feriales, juxta Rubricas), cum Commemoratione Feriæ etiam in Duplicibus I vel II Classis; tunc, in II Vesperis Festi, fit Commemoratio Officii sequentis ex I Vesperis Dominicæ præcedentis : Ant.* Cum vénerit. ℣. Dóminus in cælo *et Oratio* Omnípotens *ut supra,* 513. — *De die autem infra Octavam fit tantum Commemoratio.*

Sabbato

IN VIGILIA PENTECOSTES.

I Classis. Semiduplex.

Ad Laudes *(quæ absolute incipiuntur)* et per Horas, *omnia ut in Dominica præcedenti,* 513, *sine Commemoratione Octavæ Ascensionis.*

¶ *Ab hac die usque ad Festum Ss. Trinitatis inclusive, si occurrat Festum Duplex I vel II Classis, transfertur post Festum Ss. Trinitatis. De aliis Festis Duplicibus, ac de Memoria fit tantum Commemoratio excepto triduo Pentecostes. Eodem tempore cessant omnes Octavæ particulares.*

IN FESTO PENTECOSTES

Duplex I Classis cum Octava privilegiata I Ordinis.

IN I VESPERIS.

Antiphona Dum compleréntur, *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica.*


Capitulum. *Act. 2, 1-2.*

CUM compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes discípuli páriter in eódem loco : † et factus est repénte de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis, * et replévit totam domum ubi erant sedéntes.


Responsorium breve. VI



SPIRITUS Pa-rá-cli- tus, * Al-le-



lú- ia, al-le- lú- ia. Spí- ri- tus.



℣. Do-cé-bit vos ómni- a. * Alle- lú- ia, al-le-





Vel, ad libitum, ℟. Repléti sunt, *ad calcem Antiphonarii.*

Tonus simplex pro diebus infra Octavam.

℟. br. VI









Hymnus.

VIII





Qui Paráclitus díceris,
Donum Dei altíssimi,
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere,
Dextræ Dei tu dígitus,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.


Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus :
Ductóre sic te prǽvio
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium,
Te utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.

Glória Patri Dómino,
Natóque, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sǽcula. Amen.

Sic terminantur Hymni usque ad Vesperas Sabbati sequentis.




℣. Replé-ti sunt omnes Spíritu Sancto, al-le- lú- ia.



℟. Et cœpé-runt loqui, al-le- lú- ia.


Ad Magnificat, Antiphona. I D*



NON vos re-línquam * órpha-nos, alle-lú- ia :



vado, et vé-ni- o ad vos, alle-lú- ia : et gaudé-bit cor



vestrum, al-le- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : * da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Tonus Hymni ad Completorium.

1 TE lu-cis ante términum, Re-rum Cre- á-tor pósci-mus, Ut só- li- ta cleménti- a Sis præ-sul ad custó-di- am.

Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata;
Hostémque nostrum cómprime,
Ne polluántur córpora.

Glória Patri Dómino,
Natóque, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sǽcula. Amen.

Sic cantantur et terminantur Hymni per totam Octavam ad Primam, Sextam et Nonam.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. III a 2

DUM comple-réntur * di- es Pente-có-stes, e-rant omnes pá-ri-ter di-céntes, al-le- lú- ia. E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit, 28, *cum reliquis.*


2 Ant. VIII G SPí- ri- tus Dómi- ni * replé- vit orbem terrá- rum,



al- le-lú-ia. E u o u a e.

3 Ant. VIII G

REplé- ti sunt omnes * Spí-ri-tu Sancto, et cœpé-



runt loqui, alle-lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. I a 2

FOntes, * et ómni- a quæ movéntur in aquis, hy-



mnum dí-ci-te De- o, al-le- lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. VII c 2

LOquebántur * vá- riis linguis Apósto- li ma-



gná-li- a De- i, alle-lú- ia, al-le- lú- ia, alle-



lú-ia. E u o u a e.

Capitulum. *Act. 2, 1-2.*

CUM compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes discípuli páriter in eódem loco : † et factus est repénte de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis, * et replévit totam domum ubi erant sedéntes.

℟. br.
VI

Spí-ri-tus Dómi-ni replé-vit orbem terrá-rum, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Spí-ri-tus. ℣. Et hoc quod cónti-net ómni- a, sci- énti- am ha-bet vo-cis. * Alle- lú- ia. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Spí-ri-tus.

Hymnus.

I

Beá-ta no-bis gáudi- a Anni re-dú- xit órbi-ta, Cum Spí-ri-tus Pa- rácli-tus Effúlsit in di-scí-pu- los.

Ignis vibránte lúmine
Linguæ figúram détulit,
Verbis ut essent próflui,
Et caritáte férvidi.

Linguis loquúntur ómnium,
Turbæ pavent Gentílium :
Musto madére députant
Quos Spíritus repléverat.


Patráta sunt hæc mýstice,
Paschæ perácto témpore,
Sacro diérum número,
Quo lege fit remíssio.

Te nunc Deus piíssime
Vultu precámur cérnuo,
Illápsa nobis cǽlitus
Largíre dona Spíritus.


Dudum sacráta péctora
Tua replésti grátia :
Dimítte nostra crímina,
Et da quiéta témpora.


Glória Patri Dómino,
Natóque, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sǽcula. Amen.






Ad Benedictus, Antiphona. vii a







Oratio.

Deus, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : † da nobis in eódem Spíritu recta sápere, * et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

AD TERTIAM.

Hymnus Veni Creátor, *ut supra,* 518. *Qui dicitur ad Tertiam per totam Octavam, loco Hymni* Nunc Sancte.

Ant. Spíritus Dómini, 520. *Capitulum* Cum compleréntur, *ut supra ad Laudes.*

℣. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúia.
℟. Et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona Repléti sunt omnes, 521.

Capitulum. *Act.* 2, 6.

FActa autem hac voce, convénit multitúdo, † et mente confúsa est : * quóniam audiébat unusquísque lingua sua illos loquéntes.

℣. Spíritus Paráclitus, allelúia.
℟. Docébit vos ómnia, allelúia.

AD NONAM.

Antiphona Loquebántur, 521.

Capitulum. *Act.* 2, 11.

JUdǽi quoque, et Prosélyti, Cretes, et Arabes : † audívimus eos loquéntes nostris linguis * magnália Dei.

℣. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, allelúia.
℟. Et cœpérunt loqui, allelúia.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ, Psalmi, Capitulum, ℟. br. et Hymnus ut in I Vesperis.



℣. Loquebántur vá-ri- is línguis Apósto- li, al-le- lú- ia.



℟. Magná-li- a De- i, al-le- lú- ia.


Ad Magnificat, Antiphona. I D *



HOdi- e * complé- ti sunt dí- es Pente-có- stes,



al-le- lú- ia : hó- di- e Spí- ri- tus Sanctus in igne



discí-pu-lis appá- ru- it, et trí-bu- it e- is cha-rísma- tum



do- na : mi- sit e- os in u-ni- vérsum mundum prædi-cá-re



et testi- fi- cá- ri : qui cre-dí-de-rit, et bapti-zá- tus fú- e-




rit, salvus e- rit, al-le- lú- ia. E u o u a e.

Infra Octavam Pentecostes, fit Officium sicut in die, exceptis Antiphonis ad Benedictus et ad Magnificat, et Oratione. ℣. autem ad Vesperas et Laudes cantatur in tono communi.

Feria Secunda.

Duplex I Classis.


Ad Bened. Ant. VIII G



S IC De- us di- lé-xit mundum, * ut Fí- li- um









Oratio.


DEus, qui Apóstolis tuis Sanctum dedísti Spíritum : † concéde plebi tuæ piæ petitiónis efféctum : * ut quibus dedísti fidem, largiáris et pacem. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Ad Magnif. Ant. III a










Feria Tertia.

Duplex I Classis.


Ad Bened. Ant. VIII G



E-go sum ósti- um, * di- cit Dómi-nus : per me



si quis intro- í- e-rit, salvá-bi- tur, et páscu- a invé-ni- et,



alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

ADsit nobis, quǽsumus Dómine, virtus Spíritus Sancti : † quæ et corda nostra cleménter expúrget, * et ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.


Ad Magnif. Ant. VI F



PAcem * re- línquo vo- bis, pa-cem me- am do



vo- bis : non quómo-do mundus dat, e-go do vo- bis, al-



le- lú- ia. E u o u a e.

Feria Quarta Quatuor Temporum.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. VIII G

E-go sum pa-nis vi-vus, * di-cit Dómi-nus, qui de cæ-lo descén-di, alle-lú-ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

MEntes nostras, quǽsumus Dómine, Paráclitus, qui a te procédit, illúminet: * et indúcat in omnem, sicut tuus promísit Fílius, veritátem. Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Ad Magnif. Ant. I f

E-go sum pa-nis vi-vus, * qui de cæ-lo descén-di: si quis mandu-cáve-rit ex hoc pa- ne, vi-vet in æ-térnum: et pa- nis quem ego da- bo, ca-ro me- a est pro mundi vi- ta, al-le-lú- ia. E u o u a e.

Feria Quinta.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. IV E


C Onvo-cá-tis Je-sus * du-ó-de-cim A- pó-sto-lis, de-dit il-lis virtú-tem et po-te- stá- tem super ómni- a dæ- mó-ni- a, et ut languó-res cu-rá- rent : et mi-sit il-los prædi-cá-re regnum De- i, et saná-re infírmos, alle-lú-ia, alle-lú- ia. E u o u a e.


Oratio.

DEus, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : † da nobis in eódem Spíritu recta sápere, * et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Ad Magnif. Ant. VIII G 2

S Pí-ri-tus * qui a Patre pro-cé-dit, alle-lú- ia :







Feria Sexta Quatuor Temporum.


Semiduplex.

Ad Bened. Ant. I D 2









Oratio.

DA, quǽsumus, Ecclésiæ tuæ, miséricors Deus : † ut Sancto Spíritu congregáta, * hostíli nullátenus incursióne turbétur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Ad Magnif. Ant. VIII G

PAráclitus autem * Spíritus Sanctus, quem mittet Pater in nómine meo, ille vos docébit, et súggeret vobis ómnia quæcúmque díxero vobis, allelúia. E u o u a e.

Sabbato Quatuor Temporum.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. I f

CAritas Dei diffúsa est * in córdibus nostris, per inhabitántem Spíritum ejus in nobis, allelúia. E u o u a e.

Oratio.

MEntibus nostris, quǽsumus Dómine, Spíritum Sanctum benígnus infúnde: † cujus et sapiéntia cónditi sumus, * et providéntia gubernámur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Post Nonam, celebrata Missa, terminatur Tempus Paschale.

IN FESTO SS. TRINITATIS

Duplex I Classis


IN I VESPERIS.

Antiphona Glória tibi Trínitas, *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica.*


Capitulum. *Rom. 11, 33.*

O altitúdo divitiárum sapiéntiæ et sciéntiæ Dei : † quam incomprehensibília sunt judícia ejus, * et investigábiles viæ ejus!

Responsorium breve. VI



BENEDICAMUS Patrem, et Fí- li-



um, * Cum Sancto Spí-rí- tu.



Be-ne-di-cámus. ℣. Laudémus et super-ex-altémus e- um in



sǽcu- la. * Cum. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et



Spi-rí- tu- i Sancto. Be-ne-di-cámus.

Vel, ad libitum, ℟. Benedíctus Dóminus Deus Israel, *ad calcem Antiphonarii.*

Hymnus.

VIII




O lux be- á-ta Trí-ni-tas, Et princi-pá-lis U-ni-tas :



Jam sol re-cé-dit ígne- us, Infúnde lumen córdi-bus.

Te mane laudum cármine,
Te deprecémur véspere :
Te nostra supplex glória
Per cuncta laudet sǽcula.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito
Et nunc et in perpétuum. Amen.



℣. Be-ne-díctus es Dómi-ne in firmaménto cæ-li.



℟. Et laudá-bi-lis et glo-ri- ó-sus in sǽcu-la.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 D*

GRá-ti- as * ti- bi De- us, grá- ti- as ti-bi ve-ra et u- na Trí- ni- tas : u- na et summa Dé- i- tas : san- cta et u- na U- ni-tas.

E u o u a e.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fídei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre Unitátem : * quǽsumus, ut ejúsdem fídei firmitáte, ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum.

Et fit commemoratio Dominicæ I post Pentecosten, ut sequitur :

Ant. 1

LOque-re Dó-mi-ne, * qui- a au- dit servus tu- us.


℣. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Oratio.

Deus, in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatiónibus nostris : * et quia sine te nihil potest mortális infírmitas, præsta auxílium grátiæ tuæ; ut in exsequéndis mandátis tuis, et voluntáte tibi et actióne placeámus. Per Dóminum.


AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. 1 f




G

LO-RI-A * ti- bi Trí- ni- tas æquá- lis, una




Dé- i-tas, et an- te ómni- a sǽ-cu- la, et nunc, et in



per-pé-tu- um. E u o u a e.


Ps. Dóminus regnávit, 28, *cum reliquis.*

2 Ant. II D



L

Aus et per-énnis gló- ri- a * De- o Pa-tri, et Fí-



li- o, sancto si-mul Pa-rácli- to, in sǽ-cu- la sæ-cu- ló-



rum. E u o u a e.

3 Ant. III a 2

GLó-ri- a laudis * ré- sonet in o-re ómni- um, Pa- tri, ge-ni- tǽque Pro- li, Spi- ri- tu- i Sancto pá-ri- ter re-súl- tet lau-de per- énni. E u o u a e.

4 Ant. IV E

LAus De- o Patri, * pa- ri- líque Pro- li, et ti- bi Sancte stú-di- o per-én-ni Spí- ri- tus, nostro ré- sonet ab o-re omne per ǽ-vum. E u o u a e.

5 Ant. V a

EX quo ómni- a, * per quem ómni- a, in quo ómni- a : i-psi gló- ri- a in sǽ-cu- la. E u o u a e.

Capitulum. *Rom. 11, 33.*

O altitúdo divitiárum sapiéntiæ et sciéntiæ Dei : † quam incomprehensibília sunt judícia ejus, * et investigábiles viæ ejus.

℟. br. VI

BEne-díctus es, Dómi-ne, * In firmaménto cæ- li.

Bene-díctus. ℣. Et laudá-bi- lis et glo-ri- ó-sus in saécu-la.

* In. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Bene-díctus.

Hymnus.

VIII

TU Tri- ni- tá-tis Uni- tas, Orbem po-ténter qui re-gis, Atténde laudum cánti- ca, Quæ excubántes psállimus.

Ortus refúlget lúcifer,
Sparsámque lucem núntiat,
Cadit calígo nóctium,
Lux sancta nos illúminet.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum. Amen.

℣. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.
℟. Laudémus et superexaltémus eum in saécula.

Ad Benedictus, Antiphona. VI C

B

Ene-dí- cta sit * cre- á- trix et guberná-trix ómni- um, sancta et indi-ví-du- a Trí- ni- tas, et nunc, et semper, et per infi-ní- ta sæcu-ló- rum sǽ-cu-la.

E u o u a e.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fídei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre Unitátem : † quǽsumus; ut ejúsdem fídei firmitáte, * ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum.

Et fit commemoratio Dominicæ :

Ant. I

E

-stó-te ergo * mi-se-ri- córdes, sic-ut et Pa-ter vester mi- sé-ri- cors est, di-cit Dómi-nus.

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.

℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

Oratio.

DEus, in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatiónibus nostris : † et quia sine te nihil potest mortális infírmitas, præsta auxílium grátiæ tuæ; * ut in exsequéndis mandátis tuis, et voluntáte tibi et actióne placeámus. Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Glória, 535. *Ps.* Beáti immaculáti in via *ut in Psalterio, in Dominica ad Primam,* 83. *Dicto, post ultimam Psalmi partem,* Glória Patri, *immediate additur :*

Symbolum Athanasianum.

QUicúmque vult salvus esse, * ante ómnia opus est ut téneat cathólicam fidem :

Quam nisi quisque íntegram inviolatámque serváverit, * absque dúbio in ætérnum períbit.

Fides autem cathólica hæc est : † ut unum Deum in Trinitáte, * et Trinitátem in unitáte venerémur :

Neque confundéntes persónas, * neque substántiam separántes.

Alia est enim persóna Patris, ália Fílii, * ália Spíritus Sancti.

Sed Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti una est divínitas, * æquális glória, coætérna majéstas.

Qualis Pater, talis Fílius, * talis Spíritus Sanctus.

Increátus Pater, increátus Fílius, * increátus Spíritus Sanctus.

Imménsus Pater, imménsus Fílius, * imménsus Spíritus Sanctus.

Ætérnus Pater, ætérnus Fílius, * ætérnus Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres ætérni, * sed unus ætérnus.

Sicut non tres increáti, nec tres imménsi, * sed unus increátus, et unus imménsus.

Simíliter omnípotens Pater, omnípotens Fílius, * omnípotens Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres omnipoténtes, * sed unus omnípotens.

Ita Deus Pater, Deus Fílius, * Deus Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres Dii, * sed unus est Deus.

Ita Dóminus Pater, Dóminus Fílius, * Dóminus Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres Dómini, * sed unus est Dóminus.

Quia sicut singillátim unamquámque persónam Deum ac Dó-

minum confitéri christiána veritáte compéllimur : * ita tres Deos aut Dóminos dícere cathólica religióne prohibémur.

Pater a nullo est factus : * nec creátus, nec génitus.

Fílius a Patre solo est : * non factus, nec creátus, sed génitus.

Spíritus Sanctus a Patre et Fílio : * non factus, nec creátus, nec génitus, sed procédens.

Unus ergo Pater, non tres Patres : † unus Fílius, non tres Fílii : * unus Spíritus Sanctus, non tres Spíritus Sancti.

Et in hac Trinitáte nihil prius aut postérius, † nihil majus aut minus : * sed totæ tres persónæ coætérnæ sibi sunt et coæquáles.

Ita ut per ómnia, sicut jam supra dictum est, † et únitas in Trinitáte, * et Trínitas in unitáte veneránda sit.

Qui vult ergo salvus esse, * ita de Trinitáte séntiat.

Sed necessárium est ad ætérnam salútem, * ut Incarnatiónem quoque Dómini nostri Jesu Christi fidéliter credat.

Est ergo fides recta, ut credámus et confiteámur, † quia Dóminus noster Jesus Christus Dei Fílius, * Deus et homo est.

Deus est ex substántia Patris ante sǽcula génitus : * et homo est ex substántia matris in sǽculo natus.

Perféctus Deus, perféctus homo : * ex ánima rationáli et humána carne subsístens.

Æquális Patri secúndum divinitátem : * minor Patre secúndum humanitátem.

Qui licet Deus sit et homo, * non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversióne divinitátis in carnem, * sed assumptióne humanitátis in Deum.

Unus omníno non confusióne substántiæ, * sed unitáte persónæ.

Nam sicut ánima rationális et caro unus est homo : * ita Deus et homo unus est Christus.

Qui passus est pro salúte nostra, descéndit ad ínferos : * tértia die resurréxit a mórtuis.

Ascéndit ad cælos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis : * inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos.

Ad cujus advéntum omnes hómines resúrgere habent cum corpóribus suis : * et redditúri sunt de factis própriis ratiónem.

Et qui bona egérunt, ibunt in vitam ætérnam : * qui vero mala, in ignem ætérnum.

Hæc est fides cathólica, † quam nisi quisque fidéliter firmitérque credíderit, * salvus esse non póterit.

Glória Patri.

AD TERTIAM.

Antiphona Laus et perénnis glória, 535. *Capit. e Laudibus.*
℣. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.
℟. Laudémus et superexaltémus eum in sǽcula.

AD SEXTAM.

Antiphona Glória laudis, 536.

Capitulum. *2 Cor. 13, 13.*

GRátia Dómini nostri Jesu Christi, † et cáritas Dei, et communicátio Sancti Spíritus * sit cum ómnibus vobis. Amen.

℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli.
℟. Et laudábilis et gloriósus in sǽcula.

AD NONAM.

Antiphona Ex quo ómnia, 536.

Capitulum. *1 Joannis 5, 7.*

TRes sunt, qui testimónium dant in cælo : † Pater, Verbum, et Spíritus Sanctus : * et hi tres unum sunt.


℣. Verbo Dómini cæli firmáti sunt.
℟. Et Spíritu oris ejus omnis virtus eórum.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ, Psalmi, Capit., ℟. br., Hymnus et ℣. ut in I Vesperis.

Ad Magnificat, Antiphona. IV E 2

T E De- um * Patrem ingé- ni- tum, te Fí- li- um



u-ni-gé- ni- tum, te Spí-ri-tum Sanctum Pa-rá- cli- tum,



sanctam et indi-ví-du- am Tri-ni-tá-tem, to-to corde et




o-re confi-témur, laudá- mus, atque be-ne-dí-ci- mus :



ti-bi gló-ri- a in sǽ-cu-la. E u o u a e.

Pro commemoratione Dominicæ :


Ant. VIII



NO-li-te ju-di-cá-re, * ut non ju-di-cémi-ni : in quo



e-nim ju-dí-ci- o ju-di-cavé-ri-tis, ju-di-ca-bími-ni, di-cit



Dómi-nus.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.

℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Oratio Deus, in te sperántium *ut supra,* 535.

Feria II, III et IV post Dominicam Trinitatis, omnia ut in Psalterio, præter Orationem de Dominica præcedenti, Deus in te, 539.

Feria V, *Festum SS. Corporis Christi.*


IN FESTO SANCTISSIMI CORPORIS CHRISTI

Duplex I Classis cum Octava privilegiata II Ordinis.


IN I VESPERIS.

1 Antiphona. 1 f


S



ACERDOS in æ-térnum * Christus Dó-



mi-nus se-cún- dum órdi- nem Melchí- se-



dech, panem et vi- num óbtu- lit. E u o u a e.

Ps. Dixit Dóminus, 124.

2 Ant. II D

MIserátor Dóminus * escam dedit timéntibus se in memóriam suórum mirabílium.

E u o u a e.

Ps. Confitébor, 125.

3 Ant. III a

CAlicem * salutáris accípiam, et sacrificábo hóstiam laudis. E u o u a e.

Psalmus 115.

CRédidi, propter quod locútus sum : * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam : * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus : * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus :

O Dómine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea : † tibi sacrificábo hóstiam laudis, * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus, * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

Fer. IV, VI, Dominica et Feria III dicitur :

4 Ant. IV E

Psalmus 127.

BEáti omnes qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis : * beátus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus domus tuæ.

Fílii tui sicut novéllæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion : * et vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem super Israel.

Feria V, Sabbato, Fer. II et IV, loco præced. dicitur :

4 Ant. V g

Psalmus 147.

LAuda Jerúsalem Dóminum :* lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum : * benedíxit fíliis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem : * et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ : * velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas : * ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emíttet verbum suum, et liquefáciet ea : * flabit spíritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob : * justítias et judícia sua Israel.

Non fecit táliter omni natióni : * et judícia sua non manifestávit eis.

Capitulum. *1 Cor. 11, 23-24.*

FRatres : Ego enim accépi a Dómino quod et trádidi vobis, † quóniam Dóminus Jesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit : Accípite, et manducáte : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : * hoc fácite in meam commemoratiónem.

℟. br. VI

CI-bávit il-los ex ádi-pe fru-mén- ti, * Alle- lú- ia, alle- lú- ia. Ci-bá-vit. ℣. Et de petra, melle sa-tu-rá-vit e- os. * Alle- lú-ia. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto. Ci-bá-vit.

Vel, ad libitum, ℟. Homo quidam, *ad calcem Antiphonarii.*


Tonus simplex pro diebus infra Octavam.

℟. br. VI


CI-bávit il-los ex á-di-pe fruménti, * Alle- lú- ia, al-








Hymnus.








Nobis datus, nobis natus
Ex intácta Vírgine,
Et in mundo conversátus,
Sparso verbi sémine,
Sui moras incolátus
Miro clausit órdine.

In suprémæ nocte cœnæ
Recúmbens cum frátribus,
Observáta lege plene
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem éfficit :
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus déficit,
Ad firmándum cor sincérum
Sola fides súfficit.


Tantum ergo Sacraméntum
Venerémur cérnui :
Et antíquum documéntum
Novo cedat rítui :
Præstet fides suppleméntum
Sénsuum deféctui.















(Sic cantatur in I et II Vesperis Festi tantum; alias in tono communi).

Ad Magnificat, Antiphona. VI F



ri- tus tu- us qui ut dulcé-di-nem tu- am in fí- li- os

demonstrá- res, pane su- a- víssi-mo de cæ-lo prǽsti- to,

e-su- ri- éntes replens bo- nis, fasti-di- ó-sos dí- vi-

tes dimít- tens in-á nes. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti : * tríbue, quǽsumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas cum Deo.

Tonus Hymni ad Completorium.

II

TE lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre- á-tor pósci-

mus, Ut só- li-ta cleménti- a Sis præsul ad custó-di- am.


Per totam Octavam hic tonus servandus est ad Completorium et Horas; doxologia vero Glória tibi Dómine, Qui natus es de Vírgine. *ad omnes Hymnos ejusdem metri, etiam in Officiis Sanctorum, nisi aliter notetur.*

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. 1 g




SAPI- ENTI- A * ædi- fi-cá- vit si-bi domum, mís-



cu- it vinum, et pó-su- it mensam alle- lú- ia. E u o u a e.


2 Ant. II D



ANge- ló-rum esca * nutri- vísti pó-pu-lum tu- um,



et panem de cæ- lo præsti- tísti e- is alle- lú- ia.



E u o u a e.

3 Ant. III a



PInguis est, * pa- nis Christi, et præ-bé- bit de- lí-



ci- as ré- gi- bus, al-le- lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. IV E

SAcerdótes sancti * incénsum et panes óf-fe-runt De-o, al-le-lú-ia. E u o u a e.

5 Ant. V a

VIncénti dabo * manna abscóndi-tum, et nomen novum, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum. *1 Cor. 11, 23-24.*

FRatres : Ego enim accépi a Dómino, quod et trádidi vobis, † quóniam Dóminus Jesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit : Accípite et manducáte : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : * hoc fácite in meam commemoratiónem.

℟. br. VI

PAnem cæ-li de-dit e-is, * Al-le-lú-ia, alle-lú-ia. Panem. ℣. Panem Ange-ló-rum manducá-vit homo. * Alle-lú-ia. ℣. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

Hymnus.

VIII

V Erbum su-pérnum pró-di- ens, Nec Pa-tris linquens déxte-ram, Ad opus su-um éx-i- ens, Ve-nit ad vi- tæ véspe-ram.

In mortem a discípulo
Suis tradéndus ǽmulis,
Prius in vitæ férculo
Se trádidit discípulis.

Quibus sub bina spécie
Carnem dedit et sánguinem,
Ut dúplicis substántiæ
Totum cibáret hóminem.

Se nascens dedit sócium,
Convéscens in edúlium,
Se móriens in prétium,
Se regnans dat in prǽmium.

O salutáris hóstia,
Quæ cæli pandis óstium :
Bella premunt hostília,
Da robur, fer auxílium.

Uni trinóque Dómino
Sit sempitérna glória :
Qui vitam sine término
Nobis donet in pátria. Amen.

℣. Pó-su- it fi-nes tu- os pa-cem, alle- lú- ia.

℟. Et á-di-pe fruménti sá-ti- at te, alle- lú- ia.

(Sic cantatur tantum in die Festi; alias servatur tonus communis).

Ad Benedictus, Antiphona. 1 a 2

E-go sum *pa- nis vi- vus, qui de cæ-lo de- scén- di: si quis mandu- cáve-rit ex hoc pane, vi- vet in æ-tér- num, alle- lú- ia. E u o u a e.

Vel ad libitum, infra Octavam:

1 g

E - go sum pa-nis vivus, *qui de cæ-lo descéndi; si quis mandu-cáve-rit ex hoc pane, vivet in ætérnum, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti: † tríbue, quǽsumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári; * ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte.

AD TERTIAM.

Hymnus.



Antiphona Angelórum esca, 550. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Panem cæli dedit eis, allelúia.
℟. Panem Angelórum manducávit homo, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona Pinguis est, 550.

Capitulum. *1 Cor. 11, 26.*

QUotiescúmque enim manducábitis panem hunc, † et cálicem bibétis : * mortem Dómini annuntiábitis donec véniat.

℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia.
℟. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

AD NONAM.

Antiphona Vincénti dabo, 551.

Capitulum. *1 Cor. 11, 27.*

QUicúmque manducáverit panem hunc, † vel bíberit cálicem Dómini indígne : * reus erit córporis et sánguinis Dómini.


℣. Edúcas panem de terra, allelúia.
℟. Et vinum lætíficet cor hóminis, allelúia.


IN II VESPERIS.

Omnia sicut in I Vesperis, 543. *Quarto loco dicitur Antiphona* Qui pacem, 545.

℣. Panem de cælo præstitísti eis, allelúia.
℟. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona. v a









Sic dicitur Officium per totam Octavam.

DOMINICA

INFRA OCTAVAM SS. CORPORIS CHRISTI

QUÆ EST II POST PENTECOSTEN.

Semiduplex.

IN I VESPERIS.

Antiphona Sacérdos in ætérnum, *cum reliquis Antiphonis et Psalmis ut supra*, 543. *Quarto loco, Antiphona* Qui pacem, 545, *Ps.* Lauda Jerúsalem.

Capitulum Caríssimi : Nolíte, *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Panem cæli, 551, *et Hymnus* Pange lingua, 547.

℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia.

℟. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

VII a

Puer Sámu- el * mi-nistrábat ante De- um co- ram He- li, et sermo Dómi- ni e-rat pre-ti- ó-sus cum e- o.

E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Et fit commem. de Octava : Ant. O sacrum convívium, ℣. Panem de cælo, 555, *et Oratio* Deus, qui nobis, 549.

AD LAUDES.

Antiphona Sapiéntia, *cum reliquis ut in die Festi,* 550.

Capitulum. *1 Joan. 3, 13-14.*

Caríssimi : Nolíte mirári, si odit vos mundus. † Nos scimus quóniam transláti sumus de morte ad vitam, * quóniam dilígimus fratres.

℟. *br.* Cibávit illos, 546, *et Hymnus* Verbum supérnum, 552.

℣. Panem cæli dedit eis, allelúia.

℟. Panem Angelórum manducávit homo, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

III g 2

HOmo qui- dam * fe-cit cœ-nam magnam, et vo-cá-vit multos : et mi- sit servum su- um ho-ra cœ- næ dí- ce- re invi-tá-tis ut ve-ní- rent, qui- a ómni- a pa-rá-ta sunt, al- le- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

SAncti nóminis tui, Dómine, timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum : † quia numquam tua gubernatióne destítuis, * quos in soliditáte tuæ dilectiónis instítuis. Per Dóminum.

Et fit comm. de Octava : Ant. Ego sum, 553, ℣. Pósuit fines *et Oratio* Deus, qui nobis.

AD TERTIAM.

Antiphona Angelórum esca, 550. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Panem cæli dedit eis, allelúia.

℟. Panem Angelórum manducávit homo, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona. Pinguis est, 550.

Capitulum. *1 Joan. 3, 16.*

IN hoc cognóvimus caritátem Dei, † quóniam ille ánimam suam pro nobis pósuit : * et nos debémus pro frátribus ánimas pónere.

℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia.

℟. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

AD NONAM.

Antiphona Vincénti dabo, 551.

Capitulum. *1 Joan. 3, 18.*

Filíóli mei, non diligámus verbo, neque lingua, * sed ópere et veritáte.

℣. Edúcas panem de terra, allelúia.
℟. Et vinum lætíficet cor hóminis, allelúia.

AD VESPERAS.

Antiphona Sacérdos in ætérnum, 543, *cum reliquis Antiphonis et Psalmis de Festo. Quarto loco, Antiphona* Sicut novéllæ olivárum, 543.

Capitulum. Caríssimi : Nolíte e *Laudibus.*

℟. *br.* Panem cæli, 551, *et Hymnus* Pange lingua, 547.
℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia.
℟. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

1 a

E X-i ci-to * in platé- as et vi- cos ci-vi- tá- tis : et páupe-res ac dé-bi-les, cæcos et claudos compél-le in- trá- re, ut imple- á-tur domus me- a, alle- lú- ia.

E u o u a e.

Deinde fit commemoratio de Octava : Ant. O quam suávis est, ℣. Panem de cælo *et Oratio* Deus, qui nobis, *ut in I Vesperis Festi,* 548.

Si tamen sequenti die faciendum non sit Officium de Octava, dicitur Ant. O sacrum convívium, *ut in II Vesperis Festi,* 555.

OCTAVA SS. CORPORIS CHRISTI.

Duplex majus.

In I Vesperis, omnia ut in I Vesperis Festi, 543.

¶ *Si tamen hodie occurrat Festum Nativitatis S. Joannis Baptistæ vel SS. Apostolorum Petri et Pauli, in I Vesperis pro commemoratione Octavæ sumitur Antiphona* O sacrum convívium, ℣. Panem de cælo, *ut in II Vesperis Festi,* 555.

Ad Laudes et per Horas, omnia ut in die. Vesperæ de sequenti.

Feria VI, *Festum Sacratissimi Cordis Jesu.*


IN FESTO

SS. CORDIS JESU

Duplex I Classis cum Octava privilegiata III ordinis.

IN I VESPERIS.

1 Antiphona 1 g

S






Ps. Dixit Dóminus, 124.

2 Ant.
II D

MI-sé- ri-cors * et mi-se-rá-tor Dómi-nus : escam



de-dit timénti-bus se. E u o u a e.

Ps. Confitébor, 125.

3 Ant.
VII d

EX-ór- tum est * in té-nebris lu-men re-ctis; mi-sé-



ri-cors et mi-se- rá-tor Dómi-nus. E u o u a e.

Ps. Beátus vir, 126.

4 Ant.
*IV A**

A-pud Dómi-num * pro-pi-ti- á-ti- o est et co-



pi- ó- sa apud e- um red-émpti- o. E u o u a e.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine : * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine : * Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est : * et propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : * speret Israel in Dómino.


Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.


Capitulum. *Ephes. 3, 8-9.*

FRatres, mihi ómnium sanctórum mínimo data est grátia hæc, † in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi; * et illumináre omnes, quæ sit dispensátio sacraménti abscónditi a sǽculis in Deo.

℟. br. II



E-go di-xi, Dómi- ne, * Mi-se-ré- re



me- i. Ego. ℣. Sana ánimam me- am, qui- a peccá-vi ti-



bi. * Mi-se-ré- re. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o,

et Spi-rí-tu- i San-cto.

Vel, ad libitum, ℟. Sicut diléxit me, *ad calcem Antiphonarii.*


Tonus simplex pro diebus infra Octavam.

℟. br. VI

E-go di-xi, Dómi-ne, * Mi-se-ré- re me- i. Ego.




℣. Sana á-nimam me- am qui- a peccávi ti-bi. * Mi-se-ré- re.



℣. Glóri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-ri-tu- i Sancto. Ego.


Hymnus.



1 EN ut supérba crími-num Et sæ- va nostró- rum



co-hors Cor sauci- á- vit ínno-cens Me-rén- tis haud ta-



le De- i!


Vibrántis hastam mílitis
Peccáta nostra dírigunt,
Ferrúmque diræ cúspidis
Mortále crimen ácuit.

Ex Corde scisso Ecclésia,
Christo jugáta, náscitur :
Hoc óstium arcæ in látere est
Genti ad salútem pósitum.

Ex hoc perénnis grátia,
Ceu septifórmis flúvius,
Stolas ut illic sórdidas
Lavémus Agni in sánguine.

Turpe est redíre ad crímina,
Quæ Cor beátum lácerent :
Sed æmulémur córdibus
Flammas amóris índices.

Glória tibi Dómine,
Qui Corde fundis grátiam,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.



℣. Tólli-te jugum me- um super vos et dísci-te a me.



℟. Qui- a mi-tis sum et húmi-lis Corde.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 D *

I - gnem * ve-ni mítte-re in terram, et quid vo- lo ni-si ut accendá-tur? E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui nobis in Corde Fílii tui, nostris vulneráto peccátis, infinítos dilectiónis thesáuros misericórditer largíri digná-ris : * concéde, quǽsumus; ut illi devótum pietátis nostræ præstántes obséquium, dignæ quoque satisfactiónis exhibeámus officium. Per eúmdem Dóminum.

Et nulla fit Commemoratio, nisi tantum de præcedenti Festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ vel SS. Petri et Pauli Apost., si pridie occurrerit.

Tonus Hymni ad Completorium.

IV

Te lu-cis ante términum, Re-rum Cre- á- tor pó-sci- mus, Ut só- li-ta clementi- a, Sis præsul ad custó-di- am.

Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata :
Hostémque nostrum cómprime,
Ne polluántur córpora.

Glória tibi Dómine,
Qui Corde fundis grátiam,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen

Sic cantantur et terminantur Hymni ad Completorium et Horas per totam Octavam, nisi aliter notetur.


AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. 1 f

U



-NUS mí- li-tum * lánce- a la-tus e-jus a-pé-



ru- it, et contínu- o exí- vit sanguis et aqua. E u o u a e.

Psalmus Dóminus regnávit, 28, *cum reliquis*.

2 Ant.
VII c

S Tans Je-sus * clamábat di- cens: Si quis si- tit vé-




ni- at ad me et bi- bat. E u o u a e.

3 Ant.
VIII G

I N ca-ri-tá-te perpé-tu- a * di- lé-xit nos De- us,



íd-e- o exaltá-tus a ter-ra, attrá-xit nos ad Cor su- um



mí-se-rans. E u o u a e.

4 Ant. IV E

VEní- te ad me * omnes qui la-bo-rá- tis et o-ne-rá- ti e-stis, et e-go re-fí-ci- am vos. E u o u a e.

5 Ant. I g 2

FI- li * præbe mi-hi cor tu- um, et ó-cu-li tu- i custó-di- ant vi- as me- as. E u o u a e.

Capitulum. *Ephes. 3, 8-9.*

FRatres, mihi ómnium sanctórum mínimo data est grátia hæc, † in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi; * et illumináre omnes, quæ sit dispensátio sacraménti abscónditi a sǽculis in Deo.

℟. br. VI

TOlli-te jugum me- um super vos * Et dísci- te a me. Tól-li-te. ℣. Qui- a mi- tis sum et húmi- lis Corde. * Et. ℣. Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Tól-li-te.

Hymnus.

1

COR arca le-gem cónti-nens Non servi- tú- tis vé- te-ris, Sed grá- ti- æ, sed vé- ni- æ, Sed et mi- se- ri- córdi- æ.

Cor, sanctuárium novi
Intemerátum fœderis,
Templum vetústo sánctius,
Velúmque scisso utílius.

Te vulnerátum cáritas
Ictu paténti vóluit,
Amóris invisíbilis
Ut venerémur vúlnera.

Hoc sub amóris sýmbolo
Passus cruénta et mýstica,
Utrúmque sacrifícium
Christus Sacérdos óbtulit.

Quis non amántem rédamet?
Quis non redémptus díligat,
Et Corde in isto séligat
Ætérna tabernácula?


Glória tibi Dómine,
Qui Corde fundis grátiam,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen

℣. Hauriétis aquas in gáudio.
℟. De fóntibus Salvatóris.

Ad Benedictus, Antiphona. VIII G

FActa sunt e-nim hæc * ut Scriptú-ra imple-ré-







Oratio.

DEus, qui nobis in Corde Fílii tui, nostris vulneráto peccátis, infinítos dilectiónis thesáuros misericórditer largíri dignáris : † concéde, quaésumus; ut illi devótum pietátis nostrae praestántes obséquium, * dignae quoque satisfactiónis exhibeámus officium. Per eúmdem Dóminum.

AD TERTIAM.







Doxologia Glória tibi Dómine, Qui Corde fundis grátiam.

Antiphona Stans Jesus, 565. *Capitulum* Fratres, mihi *e Laudibus.*

℣. Tóllite jugum meum super vos et díscite a me.

℟. Quia mitis sum et húmilis Corde.

AD SEXTAM.

Antiphona In caritáte perpétua, 565.

Capitulum. *Ephes. 3, 14-17.*

HUjus rei grátia flecto génua mea ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, † ut det vobis secúndum divítias glóriae suae virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiórem hóminem : * Christum habitáre per fidem in córdibus vestris.

℣. Ego dixi : Dómine, miserére mei.
℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

AD NONAM.

Antiphona Fili, 566.

Capitulum. *Ephes. 3, 17-19.*

IN caritáte radicáti et fundáti, ut possítis comprehéndere cum ómnibus sanctis, quae sit latitúdo et longitúdo, et sublímitas et profúndum; † scire étiam supereminéntem sciéntiae caritátem Christi, * ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

℣. Memóriam fecit mirabílium suórum miserátor Dóminus.
℟. Escam dedit timéntibus se.

IN II VESPERIS.

Antiphonae de Laudibus.

Psalmi Dixit Dóminus, 124. Confitébor, 125. Crédidi, 134. Beáti omnes, 121, *vel* 545.

Capitulum, ℟. br. et Hymnus ut in I Vesperis.



℣. Hauri- é-tis aquas in gáudi- o.



℟. De fónti-bus Salva- tó-ris.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 f

AD Je-sum autem * cum ve-níssent, ut vi-dé-runt e- um jam mórtu- um, non fregé-runt e-jus cru-ra : sed unus mí- li- tum lánce- a la-tus e-jus a-pé- ru- it, et contí-nu- o ex-í-vit sanguis et aqua. E u o u a e.

Sic dicitur Officium per totam Octavam. ℣. autem ad Vesperas dicitur in tono communi.

DOMINICA

INFRA OCTAVAM SS. CORDIS JESU

QUÆ EST III POST PENTECOSTEN.

Semiduplex.

Omnia dicuntur ut in Festo, præter sequentia :

IN I VESPERIS.

Antiphonæ et Psalmi ut in I Vesperis Festi Ss. Cordis Jesu.
Capitulum Caríssimi : Humiliámini, *ut infra ad Laudes.*
℟. *br.* Ego dixi *et Hymnus* En ut supérba, 562.

℣. Memóriam fecit mirabílium suórum miserátor Dóminus.
℟. Escam dedit timéntibus se.

Ad Magnificat, Antiphona.

I f

COgnové-runt omnes * a Dan usque Bersa-bée, quod fidé-lis Sámu-el prophé-ta esset Dómi-ni.

E u o u a e.

Oratio Protéctor, *ut infra ad Laudes*.

Et fit Commemoratio Octavæ : Ant. Ad Jesum autem, 570, ℣. Hauriétis aquas *et Oratio* Deus, qui nobis in Corde, 568.

AD LAUDES.

Capitulum. *1 Petri, 5, 6-7.*

CAríssimi : Humiliámini sub poténti manu Dei, ut vos exáltet in témpore visitatiónis : † omnem sollicitúdinem vestram projiciéntes in eum, * quóniam ipsi cura est de vobis.

℟. *br*. Tóllite jugum *et Hymnus* Cor arca, 566.

℣. Memóriam fecit mirabílium suórum miserátor Dóminus.
℟. Escam dedit timéntibus se.

Ad Benedictus, Antiphona.

III a 3

QUis ex vo-bis ho-mo, * qui ha-bet centum o-ves, et







Oratio.

PRotéctor in te sperántium, Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum : multíplica super nos misericórdiam tuam; † ut, te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, * ut non amittámus ætérna. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio de Octava : Ant. Facta sunt enim hæc, 567, ℣. Hauriétis aquas *et Oratio* Deus, qui nobis in Corde, 568.

AD TERTIAM.

Antiphona Stans Jesus, 565. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Tóllite jugum meum super vos et díscite a me.
℟. Quia mitis sum et húmilis Corde.

AD SEXTAM.

Antiphona In caritáte perpétua, 565.

Capitulum. *1 Petr. 5, 8-9.*

SObrii estóte et vigiláte, quia adversárius vester diábolus tamquam leo rúgiens circuit quærens quem dévoret, † cui resístite fortes in fide, * sciéntes eámdem passiónem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitáti fieri.

℣. Ego dixi : Dómine, miserére mei.
℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

AD NONAM.

Antiphona Fili, 566.

Capitulum. *1 Petr. 5, 10-11.*

DEus autem omnis grátiæ, qui vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Jesu, † módicum passos ipse perfíciet, confirmábit solidabítque. * Ipsi glória et impérium in sǽcula sæculórum. Amen.

℣. Memóriam fecit mirabílium suórum miserátor Dóminus.
℟. Escam dedit timéntibus se.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ et Psalmi ut in II Vesperis Festi, 569.

Capitulum Caríssimi : Humiliámini *e Laudibus*, 571.

℟. *br.* Ego dixi *et Hymnus* En ut supérba, 562.

℣. Memóriam fecit mirabílium suórum miserátor Dóminus.
℟. Escam dedit timéntibus se.

Ad Magnificat, Antiphona.

VI F

QUÆ mú-li- er * habens drachmas de- cem, et si per-

dí- de- rit drachmam unam, nonne accéndit lu- cér- nam,





Et fit Commemoratio sequentis diei infra Octavam : Ant. Ignem. ℣. Tóllite jugum *et Oratio* Deus, qui nobis in Corde, 564.

Si autem sequenti die faciendum non sit Officium de Octava, dicitur Ant. Ad Jesum autem, 570, ℣. Hauriétis aquas *et Oratio* Deus, qui nobis in Corde, 564.

OCTAVA SS. CORDIS JESU.

Duplex majus.

In I Vesperis, omnia ut in I Vesperis Festi.

Ad Laudes, Horas et Vesperas, omnia ut in die Festi.

TEMPORE
POST PENTECOSTEN

Post Pentecosten usque ad Adventum, quando fit de Tempore, Officium ut in Psalterio per Annum, præter sequentia :

In Sabbatis *ad Vesperas, omnia ut in Psalterio, præter Antiphonam propriam, ut infra notatur,* 575-592, *et Orationem, quæ dicitur de Dominica sequenti.*

In Dominicis, *omnia ut in Psalterio, præter Antiphonas ad Benedictus et ad Magnificat et Orationem, quæ singulis Dominicis habentur propriæ, ut infra notatur,* 593-618.

In Feriis, *omnia ut in Psalterio, excepta Oratione, quæ dicitur de Dominica præcedenti. In Feriis vero IV Temporum Septembris, omnia ut infra,* 584-586.

Ad Laudes et Vesperas fit Suffragium de Omnibus Sanctis.


Sabbato, fit de B. M. V.

In Festis Sanctorum, non fit commemoratio de Feria.

ANTIPHONÆ
DICENDÆ IN SABBATIS.

Sabbato ante Dom. IV post Pentecosten.

Ad Magnif.
Ant. VIII G



P Rævá- lu- it David * in Phi- listhǽ- um, in




℣. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Oratio de Dominica IV post Pentecosten, 593.


Sabbato ante Dom. V post Pentecosten.


Ad Magnif. Ant. 1 D











Sa- ul et Jónathas, amá-bi- les et de-có-ri valde

in vi-ta su- a, in morte quo-que non sunt sepa-

rá- ti. E u o u a e.

Sabbato ante Dom. VI post Pentecosten.

Ad Magnif. Ant. 1 f

O-B-secro, Dó-mi-ne, * au-fer in-iqui- tá-tem servi tu- i, qui- a insi-pi- énter e- gi. E u o u a e.

Sabbato ante Dom. VII Pentecosten.

Ad Magnif. Ant. VIII G

U-N- xé-runt Sa- lomó-nem * Sa- doc sacérdos, et Nathan prophé- ta regem in Gi- hon, et ascendéntes læ- ti dixé-runt : Vi-vat rex in æ- térnum. E u o u a e.

Nisi ponenda sit Ant. pro Dominica I Augusti, 580 *(quæ a die 29 Julii*

ad 4 Aug. occurrit) : quia tunc, omissis Antiphonis de Libris Regum, ponuntur de Libris Salomonis; quod etiam servatur in sequentibus Hebdomadis.

Sabbato ante Dom. VIII post Pentecosten.

Ad Magnif. Ant. VII a

EXaudísti Dómine * oratiónem servi tui, ut ædificárem templum nómini tuo.

E u o u a e.

℣. Vespertína oratio ascéndat ad te, Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Sabbato ante Dom. IX post Pentecosten.

Ad Magnif. Ant. VIII G

DUM tólleret Dóminus * Elíam per túrbinem in cælum, Eliséus clamábat dicens : Pater mi, currus Israel, et auríga ejus. E u o u a e.

Sabbato ante Dom. X post Pentecosten.

Ad Magnif. Ant. VI F

FEcit Jo- as * re-ctum co-ram Dó-mi-no cunctis di- é- bus quibus dó-cu- it e- um Jó-jada sacér-dos.

E u o u a e.

Sabbato ante Dom. XI post Pentecosten.

Ad Magnif. Ant. V g


OBsecro * Dó- mi-ne, meménto, quæ- so, quómo-do ambu-láve-rim co-ram te in ve-ri-tá-te et in cor- de perfé-cto, et quod plá-ci-tum est co-ram te, fé-ce- rim.

E u o u a e.

Sabbato ante Dominicam I Augusti.

Ea autem dicitur I Dominica mensis, quae est in Kalendis, vel proximior Kalendis illius mensis : ita ut si Kalendae fuerint II, III et IV Feria, tunc I Dominica mensis, in qua Liber Scripturae inchoandus ponitur, est ea quae praecedit Kalendas. Sin autem V et VI Feria, vel Sabbato, est ea quae sequitur. Et in Sabbato praecedenti ad Magnificat ponatur Antiphona illius historiae, omissa alia quae forte occurreret.

Ad Magnif.
Ant. VII a




S Api- énti- a * aedi- fi-cávit si-bi domum : excí-



dit co-lúmnas septem : súbdi-dit si-bi gentes, superbo-rúmque



et sublími- um col-la própri- a virtú- te calcá- vit.



E u o u a e.


℣. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.
Oratio quae contingit in ordine aliarum Dominicarum, ut infra, 593.

Sabbato ante Dominicam II Augusti.

Ad Magnif.
Ant. VIII c



E - go * in altíssimis há-bi- to, et thronus



me- us in co-lúmna nu-bis. E u o u a e.

Sabbato ante Dominicam III Augusti.


Ad Magnif. Ant. VIII G 2



O -mnis sa-pi- énti- a * a Dó- mi- no De- o




est, et cum il-lo fu- it sem- per, et est ante aevum.



E u o u a e.

Sabbato ante Dominicam IV Augusti.

Ad Magnif. Ant. VIII G




S Api- énti- a * clámi-tat in pla- té- is : Si quis



dí- li- git sa-pi- énti- am, ad me de- clí-net, et e- am in-



vé-ni- et : et e- am dum invé-ne-rit, be- á-tus est, si te-




nú- e-rit e- am. E u o u a e.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Sabbato ante Dominicam V Augusti.

Nisi haec fuerit propinquior Kalendis Septembris : quia tunc ista cum sua Hebdomada omittitur, et ponitur Antiphona pro I Dominica Septembris, ut infra.


Ad Magnif.
Ant. VI F



O B- sérva, fi- li, * praecépta patris tu- i,




et ne dimíttas legem matris tu- ae : sed li-ga e- am



in corde tu- o jú-gi-ter. E u o u a e.

Sabbato proximo Kalendis Septembris.

Ad Magnif.
Ant. I f



C UM audísset Job * nunti- ó- rum verba, sustí-











Sabbato ante Dominicam II Septembris.

Ad Magnif. Ant. 1 g







Sabbato ante Dominicam III Septembris.

Ad Magnif. Ant. IV d

NE remi-niscá-ris * Dómine de- lícta me- a, vel pa-réntum me- ó- rum : neque vindíctam sumas de peccá- tis me- is. E u o u a e.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Feria IV Quatuor Temporum Septembris.

Hodie et sequentibus Feria VI et Sabbato non fit de Festis, nisi sint Duplicia I vel II classis. De Duplicibus majoribus et minoribus, necnon de Memoria, fit tantum Commemoratio.

Ad Bened. Ant. I g

HOC genus * dæmo-ni- ó-rum in nullo pot-est ex- í-re, ni- si in o-ra-ti- ó-ne et je-jú-ni- o. E u o u a e.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus, et delectáti sumus.

Oratio.

Misericórdiæ tuæ remédiis, quǽsumus Dómine, fragílitas nostra subsístat : † ut quæ sua conditióne attéritur, * tua cleméntia reparétur. Per Dóminum.

Et dicitur usque ad Nonam. Ad Vesperas vero, Oratio Dominicæ præcedentis. Si autem Vesperæ dicendæ non sint de Feria, de ea nec fit Commem.

Feria VI Quatuor Temporum Septembris.

Ad Bened. Ant. III a

MU-li- er * quæ e-rat in ci-vi-tá-te peccátrix, stans retro se-cus pe-des Dó-mi-ni, lácrimis cœpit rigá-re pe-des e-jus, et ca-pil-lis cá-pi- tis su- i tergé-bat, et de- oscu-labá-tur pedes e- jus, et unguénto ungé- bat.

E u o u a e.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus, et delectáti sumus.


Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : † ut observatiónes sacras ánnua devotióne recoléntes, * et córpore tibi placeámus et mente. Per Dóminum.

Et dicitur usque ad Nonam. Ad Vesperas vero, Oratio Dominicæ præcedentis. Si autem Vesperæ dicendæ non sint de Feria, de ea nec fit Commem.

Sabbato Quatuor Temporum Septembris.

Ad Bened. Ant. VIII G



De- us I- sra- el. E u o u a e.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.

℟. Exsultávimus, et delectáti sumus.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui per continéntiam salutárem corpóribus medéris et méntibus : † majestátem tuam súpplices exorámus; ut pia jejunántium deprecatióne placátus, * et præséntia nobis subsídia tríbuas, et futúra. Per Dóminum.

Et dicitur usque ad Nonam inclusive.


Sabbato ante Dominicam IV Septembris.

Ad Magnif. Ant. VIII G



A -do-ná- i * Dó- mi-ne De- us magne et mi-






℣. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Sabbato ante Dominicam V Septembris.

Ad Magnif. Ant. I D 2








Sabbato ante Dominicam I Octobris.

Ad Magnif. Ant. VIII G










℣. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Sabbato ante Dominicam II Octobris.

Ad Magnif. Ant. VIII G









Sabbato ante Dominicam III Octobris.

Ad Magnif. Ant. I D












Sabbato ante Dominicam IV Octobris.

Ad Magnif. Ant. 1 f









Sabbato ante Dominicam V Octobris.

Nisi sit dimittenda, quia hæc proximior sit Kalendis Novembris.

Ad Magnif. Ant. 1 f





ne, tu es super omnes gentes : da pa-cem Dómi-ne




in di- é-bus nostris. E u o u a e.

Sabbato ante Dominicam I Novembris.

Ad Magnif. Ant. 1 a




V I-di Dómi-num se-déntem * super só-li- um ex-



cél-sum, et ple-na e- rat omnis ter-ra ma-jestá-te




e- jus : et e- a quæ sub ipso e- rant, replé-bant




templum. E u o u a e.

Sabbato ante Dominicam II Novembris.

Ad Magnif. Ant. 1 g



A Dspi-ce Dómi-ne, * qui- a facta est de-so-



℣. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Si November habeat tantum quatuor Dominicas, tunc Sabbato ante Dominicam II ad Magnificat dicetur Antiphona Muro tuo, *ut infra, et duobus sequentibus Sabbatis dicentur Antiphonæ positæ etiam infra in Sabbatis ante Dominicam IV et V.*

Sabbato ante Dominicam III Novembris.

Ad Magnif. Ant. 1 g

M Ú-ro tu- o * in-expugnábi- li circumcín-
ge nos, Dómi-ne, et armis tu- æ po-tén-ti- æ pró-
te-ge nos semper. E u o u a e.

Sabbato ante Dominicam IV Novembris.

Ad Magnif. Ant. 1 D 2

QUI cæ-ló-rum * cónti-nes thro- nos, et abýssos intu-é-ris, Dómi-ne, Rex re-gum : mon-tes pónde-ras, terram palmo conclú-dis : ex- áudi nos, Dómi-ne, in gemí-ti-bus nostris. E u o u a e.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Sabbato ante Dominicam V Novembris.

Ad Magnif. Ant. 1 D 2

SUper mu-ros tu- os, * Je-rú-sa- lem, constí-tu- i custó- des : to-ta di- e et to- ta nocte non ta- cé- bunt lau-dá-re no-men Dómi-ni. E u o u a e.

ORATIONES ET ANTIPHONÆ IN DOMINICIS

Dominica IV post Pentecosten.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. 1 D

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

Oratio.

DA nobis, quǽsumus Dómine, † ut et mundi cursus pacífice nobis tuo órdine dirigátur : * et Ecclésia tua tranquílla devotióne lætétur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. 1 g

℣. Dirigátur Dómine, 595.

Dominica V post Pentecosten.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. VIII G

AUdístis * qui- a dictum est antí-quis : Non occídes : qui autem occí-de- rit, re- us e-rit ju-dí-ci- o.

E u o u a e.

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

Oratio.


DEus, qui diligéntibus te bona invisibília præparásti : † infúnde córdibus nostris tui amóris afféctum ; * ut te in ómnibus et super ómnia diligéntes, promissiónes tuas, quæ omne desidérium súperant, consequámur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. I D


SI offers * munus tu- um ante altá- re, et re-cordá-tus fú- e- ris qui- a fra-ter tu- us habet á-li-quid advérsum te : re- línque i-bi munus tu- um ante



altá- re, et vade pri- us re-conci- li- á- ri fratri tu- o :



et tunc vé-ni- ens óffe-res munus tu- um, alle- lú- ia.



E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.


Dominica VI post Pentecosten.

Semiduplex.


Ad Bened.
Ant. VIII G



CUM turba multa * esset cum Je-su, nec ha-



bé-rent quod mandu-cá- rent, convo-cá-tis discí- pu- lis, a- it



il- lis : Mi- sé-re- or super tur- bam : qui- a ecce jam tri-



du- o sústi-nent me, nec habent quod mandú-cent, alle-



lú- ia. E u o u a e.

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcinxit se virtúte.

Oratio.

DEus virtútum, cujus est totum quod est óptimum : † ínsere pectóribus nostris amórem tui nóminis, et præsta in nobis religiónis augméntum; * ut quæ sunt bona nútrias, ac pietátis stúdio, quæ sunt nutríta custódias. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. VII d

MI-sé- re- or * super turbam : qui- a ecce jam trí-du- o sústi-nent me, nec ha-bent quod mandú-cent : et si dimí-se-ro e- os je-júnos, de-fí-ci- ent in vi- a, alle-lú- ia.

E u o u a e.


℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.


Dominica VII post Pentecosten.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. VIII G

ATténdi-te * a falsis prophé- tis, qui vé-ni- unt







Oratio.

DEus, cujus providéntia in sui dispositióne non fállitur : † te súpplices exorámus; * ut nóxia cuncta submóveas, et ómnia nobis profutúra concédas. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. 1 D









Dominica VIII post Pentecosten.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. 1 f

A · it dó-mi-nus víl-li-co : * Quid hoc áudi- o de te? redde ra-ti- ó- nem vil-li-ca-ti- ó-nis tu- æ, al-le-lú- ia. E u o u a e.


℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

Oratio.

LArgíre nobis, quǽsumus Dómine, semper spíritum cogitándi, quæ recta sunt, propítius et agéndi ✠ † ut qui sine te esse non póssumus, * secúndum te vívere valeámus. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. IV E a

QUid fá-ci- am, * qui- a dómi-nus me- us aufert a me vil-li- ca-ti- ó-nem? fó- de-re non vá-le- o, mendi-cá-re e-ru- bé-sco : sci- o quid fá- ci- am, ut cum amó-




℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Dominica IX post Pentecosten.

Semiduplex.


Ad Bened. Ant. 1 g











stérnent te : e- o quod non cogno- ví- sti tempus vi-si-ta-



ti- ó-nis tu- æ, alle- lú- ia. E u o u a e.

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.


Oratio.

PAteant aures misericórdiæ tuæ Dómine précibus supplicántium : † et ut peténtibus desideráta concédas, * fac eos quæ tibi sunt plácita postuláre. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. VIII G 2



SCri-ptum est e- nim * qui- a domus me- a



domus o- ra-ti- ó-nis est cunctis génti-bus : vos au-tem fe-cí-



stis illam spe- lúncam latró- num; et e- rat quo- ti-



di- e do- cens in templo. E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Dominica X post Pentecosten.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. I D 2

STans a longe * publi-cá-nus, no- lé-bat ó-cu-los ad cæ-lum le-vá- re : sed percu- ti- é-bat pectus su- um, di- cens : De- us, pro-pí- ti- us esto mi- hi pecca- tó- ri.

E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui omnipoténtiam tuam parcéndo máxime et miserándo maniféstas : † multíplica super nos misericórdiam tuam ; * ut ad tua promíssa curréntes, cæléstium bonórum fácias esse consórtes. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. VIII G

DEscéndit hic * ju-sti- fi- cá- tus in domum su- am ab il- lo : qui- a omnis qui se ex-ál-tat, humi-li- á- bi-tur : et qui se humí- li- at, ex-altábi-tur. E u o u a e.

Dominica XI post Pentecosten.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. v g

D UM transí- ret Dó-mi-nus * per mé-di- os fines Ty- ri, surdos fe-cit audí-re, et mu-tos loqui. E u o u a e.

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℞. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tuæ, et mérita súpplicum excédis et vota : † effúnde super nos misericórdiam tuam; * ut dimíttas quæ consciéntia métuit, et adjícias quod orátio non præsúmit. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. v g

B Ene ómni- a fe-cit : * surdos fe- cit audí- re, et mu-tos loqui. E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℞. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Dominica XII post Pentecosten.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. VIII G

M Agíster, * quid fa- ci- éndo vi- tam æ- tér-









Oratio.


OMnípotens et miséricors Deus, de cujus múnere venit, ut tibi a fidélibus tuis digne et laudabíliter serviátur : † tríbue quǽsumus nobis, * ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. VIII G









Dominica XIII post Pentecosten.

Semiduplex.


Ad Bened. Ant. 1 D

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, da nobis fídei, spei, et caritátis augméntum : † et ut mereámur ássequi quod promíttis, * fac nos amáre quod prǽcipis. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. 1 D 2



cans De- um, al-le- lú- ia. E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.


Dominica XIV post Pentecosten.

Semiduplex.


Ad Bened. Ant. VIII G



N O-lí-te * sol-lí-ci- ti esse di-céntes : Quid mandu-



cá-bimus, aut quid bi-bémus? Scit e-nim Pa- ter vester cæ-




lé-stis quid vo-bis necésse sit, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

Custódi Dómine, quǽsumus, Ecclésiam tuam propitiatióne perpétua : † et quia sine te lábitur humána mortálitas, * tuis semper auxíliis et abstrahátur a nóxiis, et ad salutária dirigátur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. I g



Q Uǽ-ri-te pri-mum * regnum De- i, et ju-






℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Dominica XV post Pentecosten.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. 1 D








℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

Oratio.

Ecclésiam tuam, Dómine, miserátio continuáta mundet et múniat : † et quia sine te non potest salva consístere, * tuo semper múnere gubernétur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. IV A

P Rophé-ta magnus * surré- xit in no- bis : et



qui- a De- us vi-si-tá- vit ple- bem su- am. E u o u a e.

Dominica XVI post Pentecosten.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. VII a

C UM intrá-ret Je-sus * in domum cu-júsdam prín-




ci-pis pha- ri-sæ- ó- rum sábba-to mandu- cá-re pa- nem : ec-



ce ho- mo qui-dam hydró- pi- cus e-rat ante il-lum : ipse



ve-ro appre- hén-sum sa- ná-vit e- um, ac dimí- sit.




E u o u a e.

Oratio.

TUA nos, quǽsumus Dómine, grátia semper et prævéniat et sequátur : * ac bonis opéribus júgiter præstet esse inténtos. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. VII a




CUM vo-cá-tus fú- e-ris * ad núpti- as, re-cúmbe



in no-víssimo lo- co : ut di-cat ti-bi qui te invi-tá-vit :



Amí-ce, ascénde supé-ri- us : et e-rit ti-bi gló-ri- a co-ram




simul discumbénti-bus, alle-lú- ia. E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Dominica XVII post Pentecosten.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. VIII G



MAgíster, * quod est mandá-tum magnum in le-



ge? A-it il-li Je- sus : Dí- li-ges Dómi-num De- um tu-um



ex to-to corde tu- o, alle-lú- ia. E u o u a e.

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

Oratio.

DA, quǽsumus Dómine, pópulo tuo diabólica vitáre contágia : * et te solum Deum pura mente sectári. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. IV E 2

QUid vo- bis * vi-dé-tur de Christo? cu-jus fi- li- us est? Di- cunt e- i omnes : Da- vid. Di-cit e- is Je- sus : Quómo-do David in spí- ri-tu vocat e- um Dó- mi-num, di- cens : Di-xit Dómi-nus Dó- mi-no me- o : Sede a dextris me- is? E u o u a e.

Dominica XVIII post Pentecosten.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. I f

DI-xit Dómi-nus * pa-ra-lý-ti-co : Confí-de fi-li : remittúntur ti- bi peccá-ta tu- a. E u o u a e.

N° 818. — 20

Oratio.

Dirigat corda nostra, quǽsumus Dómine, tuæ miseratiónis operátio: * quia tibi sine te placére non póssumus. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. IV d 2

TUlit ergo * pa-ra-lý-ti-cus lectum su- um in quo ja-cé- bat, magní- fi- cans De- um : et omnis plebs, ut vi- dit, de- dit laudem De- o. E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Dominica XIX post Pentecosten.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. VIII G 2

DIci-te invi-tá- tis: * Ecce prándi- um me- um pa-rá- vi : ve-ní- te ad núpti- as, alle- lú- ia.

E u o u a e

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

Oratio.

OMnípotens et miséricors Deus, univérsa nobis adversántia propitiátus exclúde : † ut mente et córpore páriter expedíti, * quæ tua sunt, líberis méntibus exsequámur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. III a


INtrá-vit autem rex, * ut vi-dé-ret di-scumbén-tes, et vi-dit i-bi hómi-nem non vestí-tum veste nupti- á-li, et a- it il-li : Amí-ce, quómodo huc intrá-sti, non ha-bens vestem nupti- á- lem? E u o u a e.

Dominica XX post Pentecosten.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. I f

E-rat qui-dam régu-lus, * cu-jus fi- li- us infir-mabá-tur Caphárna- um : hic cum audísset qui- a Je-sus



ve-ní-ret in Ga-li-lǽ- am, ro-gábat e- um, ut saná- ret



fí- li- um e- jus. E u o u a e.

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

Oratio.

Largíre, quǽsumus Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placátus et pacem : † ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, * et secúra tibi mente desérviant. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. III a

Cognóvit autem pater * qui- a il-la ho-ra e-rat,



in qua di-xit Je- sus : Fi-li- us tu- us vi- vit : et cré-di-




dit ipse, et domus e-jus to- ta. E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.


Dominica XXI post Pentecosten.


Semiduplex.


Ad Bened. Ant. VIII G



Dixit autem * dómi-nus servo : Redde quod de-









Oratio.


FAmíliam tuam, quǽsumus Dómine, contínua pietáte custódi : † ut a cunctis adversitátibus te protegénte sit líbera, * et in bonis áctibus tuo nómini sit devóta. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. VI c









Dominica XXII post Pentecosten.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. VIII G

M Agíster, * scimus qui- a ve-rax es, et vi- am



De- i in ve-ri-tá-te do-ces, alle-lú- ia. E u o u a e.


℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

Oratio.

DEus, refúgium nostrum et virtus: † adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis, et præsta; * ut quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. I g

R Eddi-te ergo * quæ sunt Cǽ- sa- ris Cǽsa-



ri, et quæ sunt De- i De- o, alle- lú- ia. E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Si sequens Dominica XXIII fuerit ultima post Pentecosten, ejus loco ponitur Dominica XXIV ut infra, 617, *et Officium Dominicæ XXIII anticipatur Sabbato sub ritu Semiduplici cum omnibus privilegiis Dominicæ propriis, tum in Occursu quam in Concursu ad I Vesperas. De II autem Vesperis nihil fit, quamvis sequens Dominica XXIV post Pentecosten commemoranda tantum sit, juxta Rubricas.*

In Officio hujus Dominica anticipatæ omnia dicuntur de Sabbato, et, in I Vesperis de Feria VI, ut in Psalterio, præter Capitulum ad Primam (quod dicitur de Dominica ut in Psalterio), Orationem atque Antiphonam ad Benedictus, quæ de ipsa Dominica dicuntur (Ubi adest Indultum Apostolicum, dicitur ad Laudes Canticum festivum).

Dominica XXIII post Pentecosten.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. 1 g

D I- cébat e- nim intra se : * Si te- tí-ge- ro fím-




bri- am vestiménti e-jus tantum, salva e- ro. E u o u a e.

Oratio.


ABsólve, quǽsumus Dómine, tuórum delícta populórum : † ut a peccatórum néxibus, quæ pro nostra fragilitáte contráximus, * tua benignitáte liberémur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Ant. 1 f

A T Je-sus convérsus, * et vi-dens e- am, di- xit :



Confi-de, fí- li- a : fi-des tu- a te salvam fe-cit, alle- lú- ia.



E u o u a e.

Dominicæ post Pentecosten non possunt esse pauciores XXIII, neque plures XXVIII. Cum autem fuerint plures XXIV, tunc post XXIII Dominicam resumuntur quæ eo anno superfuerunt post Epiphaniam, quoad Orationem et Antiphonas ad Benedictus et Magnificat, hoc ordine :

Si Dominicæ post Pentecosten fuerint XXV, Dominica XXIV post Pentecosten erit quæ est VI post Epiphaniam.

Si fuerint XXVI, Dominica XXIV erit quæ est V post Epiphaniam, et XXV quæ est VI.

Si fuerint XXVII, Dominica XXIV erit quæ est IV post Epiphaniam, XXV erit V, et XXVI erit VI.

Si fuerint XXVIII, Dominica XXIV erit quæ est III post Epiphaniam, XXV erit IV, XXVI erit V, et XXVII erit VI.

Ultimo loco semper ponitur quæ sequitur hic in ordine XXIV.

Dominica III quæ superfuit post Epiphaniam.

Semiduplex.

Ad Benedictus, Ant. Cum autem descendísset, *et ad Magnificat, Ant.* Dómine, si tu vis, *cum Oratione* Omnípotens sempitérne Deus, 307.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius réspice : † atque ad protegéndum nos * déxteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum.

Dominica IV quæ superfuit post Epiphaniam.

Semiduplex.

Ad Benedictus, Ant. Ascendénte Jesu, *et ad Magnificat, Ant.* Dómine, salva nos, *cum Oratione* Deus, qui nos in tantis perículis, 308.

Oratio.

DEus, qui nos in tantis perículis constitútos, pro humána scis fragilitáte non posse subsístere : † da nobis salútem mentis et corpóris; * ut ea quæ pro peccátis nostris pátimur, te adjuvánte vincámus. Per Dóminum.

Dominica V quæ superfuit post Epiphaniam.

Semiduplex.

Ad Benedictus, Ant. Dómine, nonne bonum, *et ad Magnificat, Ant.* Collígite primum, *cum Oratione* Famíliam tuam, quǽsumus Dómine, 309.

Oratio.

FAmíliam tuam, quǽsumus Dómine, contínua pietáte custódi : † ut quæ in sola spe grátiæ cæléstis innítitur, * tua semper protectióne muniátur. Per Dóminum.

Dominica VI quæ superfuit post Epiphaniam.

Semiduplex.

Ad Benedictus, Ant. Símile est regnum cælórum grano, *et ad Magnificat, Ant.* Símile est regnum cælórum ferménto, *cum Oratione* Præsta, quǽsumus, 310.

Oratio.


PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : † ut semper rationabília meditántes, * quæ tibi sunt plácita, et dictis exsequámur et factis. Per Dóminum.

Domin. XXIV et ultima post Pentecosten.

Semiduplex.

Ad Bened. Ant. I D 2

C UM vi-dé-ri-tis * abomi-na-ti- ónem de-so-la-



ti- ó-nis, quæ dicta est a Da-ni- é- le prophé-ta, stan-




tem in loco sancto : qui le-git, intél-li-gat. E u o u a e.

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

Oratio.

EXcita, quǽsumus Dómine, tuórum fidélium voluntátes : † ut divíni óperis fructum propénsius exsequéntes, * pietátis tuæ remédia majóra percípiant. Per Dóminum.


Ad Magnif. Ant. 1 f




A-men di-co vo-bis : * qui- a non præter-í-bit ge-



ne-rá- ti- o hæc, donec ómni- a fi- ant : cæ- lum et



terra trans-í- bunt, verba autem me- a non transí-bunt, di-



cit Dómi-nus. E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

COMMUNE SANCTORUM

DE ORDINE OFFICII.

IN OMNIBUS FESTIS I ET II CLASSIS AC DUPLICIBUS MAJORIBUS, *Officium integrum, præter ea quæ suis locis propria assignantur, dicitur de respectivo Communi. Ad Laudes et Vesp., Psalmi festivi,* 721; *ad Horas vero minores, Psalmi de Dominica vel de Feria currenti.*

℟. *brevia et Versus in tono solemni, in solemnioribus Festis, notantur pro quocumque Communi ad calcem Antiphonarii.*

IN DUPLICIBUS MINORIBUS, *in Vesperis et Laudibus, Psalmi et Antiphonæ (quæ duplicantur) erunt de Feria occurrenti in Psalterio, nisi in Proprio de Sanctis habeantur Antiphonæ propriæ, cum Psalmis festivis semper dicendæ; sed a Capitulo, omnia dicuntur de Festo, ut in Proprio vel Communi Sanctorum.*

Ad Horas vero minores, Antiphonæ propriæ vel de Communi (cum Psalmis Feriæ currentis) et reliqua omnia dicuntur de Festo.

TEMPORE PASCHALI, *speciale habetur Commune pro Apostolis, Evangelistis et Martyribus, ut infra; in Communi autem Confessorum, Virginum et non Virginum, Dedicationis Ecclesiæ et Festorum B. M. V., omnia dicuntur ut extra T. P., sed additur unum* Allelúia *Antiphonis,* ℣℣. *et* ℟℟. *eorum. Responsoria vero brevia Vesperarum et Laudum cum duplici* Allelúia *dicuntur.*

¶ In Vigiliis Apostolorum, *Officium fit de Feria, ut in Psalterio, præter Orationem, quæ in propriis locis notatur.*

COMMUNE APOSTOLORUM
ET EVANGELISTARUM

EXTRA TEMPUS PASCHALE.


IN I VESPERIS.

Antiphona Hoc est præcéptum meum, *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica,* 725.


Capitulum. *Ephes. 2, 19-20.*

FRatres : Jam non estis hóspites et ádvenæ : † sed estis cives sanctórum et doméstici Dei : superædificáti super fundaméntum Apostolórum et Prophetárum, * ipso summo angulári lápide Christo Jesu. ℟. Deo grátias.


Responsorium breve. VI




CONSTITU-ES e- os prínci-pes * Super omnem



ter-ram. Constí-tu- es. ℣. Mémo-res e-runt nómi-nis tu- i Dó-



mi-ne. * Super. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fi- li- o, et Spi-rí-tu- i



Sancto. Constí-tu- es.

Hymnus.

1

EXsúltet cæ-lum láudi-bus, Re-súl-tet terra gáudi- is Aposto-ló-rum gló-ri- am Sacra ca-nunt sol-émni- a.

Vos sæcli justi júdices,
Et vera mundi lúmina :
Votis precámur córdium,
Audíte preces súpplicum.

Qui cælum verbo cláuditis,
Serásque ejus sólvitis,
Nos a peccátis ómnibus
Sólvite jussu, quǽsumus.

Quorum præcépto súbditur
Salus et languor ómnium :
Sanáte ægros móribus,
Nos reddéntes virtútibus :


Ut cum Judex advénerit
Christus in fine sǽculi,
Nos sempitérni gáudii
Fáciat esse cómpotes.

¶ Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum. Amen.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 f

TRadent e-nim vos * in concí-li- is, et in synagógis su- is flagel-lábunt vos, et ante reges et præ-si-des





AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. VIII a






Ps. Dóminus regnávit, *cum reliquis,* 721. *Et ita, quotiescumque sumuntur Antiphonæ de Communi.*

2 Ant. I g





3 Ant. I a 2






cí-pi- o vo-bis, di-cit Dóminus. * E u o u a e.

4 Ant. 1 f




BE- á- ti pa-cí- fi-ci, * be- á-ti mundo corde : quó-



ni- am i-psi De- um vi-dé- bunt. E u o u a e.

5 Ant. 1 g



IN pa-ti- énti- a vestra * possi-dé-bi- tis á-nimas



vestras. E u o u a e.

Capitulum. *Ephes. 2, 19-20.*

FRatres : Jam non estis hóspites et ádvenæ : † sed estis cives sanctórum et doméstici Dei : superædificáti super fundaméntum Apostolórum et Prophetárum, * ipso summo angulári lápide Christo Jesu.


℟. br. VI

IN omnem terram * Exí-vit sonus e- ó- rum. In



omnem. ℣. Et in fines orbis terræ verba e- ó- rum. * Exí-





Hymnus.

IV





Vos sæcli justi júdices,
Et vera mundi lúmina :
Votis precámur córdium,
Audíte preces súpplicum.

Qui cælum verbo cláuditis,
Serásque ejus sólvitis,
Nos a peccátis ómnibus
Sólvite jussu, quǽsumus.


Quorum præcépto súbditur
Salus et languor ómnium,
Sanáte ægros móribus,
Nos reddéntes virtútibus :


Ut cum Judex advénerit
Christus in fine sǽculi,
Nos sempitérni gáudii
Fáciat esse cómpotes.

¶ Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum. Amen.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.
℟. Et facta ejus intellexérunt.

Ad Benedictus, Antiphona. 1 g







Ad Horas, Antiphonæ de Laudibus, quarta prætermissa : quod etiam servatur in aliis Officiis, quando non assignantur propriæ.

AD TERTIAM.

Antiphona Majórem caritátem, 622. *Capitulum e Laudibus.*

℣. In omnem terram exívit sonus córum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

AD SEXTAM

Antiphona Vos amíci mei estis, 622.

Capitulum. *Act. 5, 12.*

PER manus autem Apostolórum * fiébant signa et prodígia multa in plebe.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.
℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

AD NONAM.

Antiphona In patiéntia vestra, 623.

Capitulum. *Act. 5, 41.*

IBant Apóstoli gaudéntes a conspéctu concílii, * quóniam digni hábiti sunt pro nómine Jesu contuméliam pati.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus.
℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

IN II VESPERIS.

1 Antiphona. VIII G

JUrávit Dómi-nus, * et non pœ-ni-té-bit e- um : Tu es sa-cérdos in æ-térnum. E u o u a e.

Ps. Dixit Dóminus, 725.

2 Ant. VIII a

COllo-cet e-um Dómi-nus * cum prin-cí-pi-bus pópu-li su- i. E u o u a e.

Ps. Laudáte púeri Dóminum, 727.

3 Ant. VII a

DIru-písti, Dómine, * víncu-la me- a : ti-bi sacri-fi-cá-bo hósti- am laudis. E u o u a e.

Psalmus 115.

CRédidi, propter quód locútus sum : * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam : * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus : * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus :

O Dómine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et fílius ancíllæ tuæ.


Dirupísti víncula mea : † tibi sacrificábo hóstiam laudis, * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus : * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

4 Ant. VII c 2



Confortá- tus est * princi-pá- tus e- ó- rum,



et hono-rá-ti sunt amí-ci tu- i De- us. E u o u a e.

Psalmus 138.

Dómine, probásti me, et cognovísti me : * tu cognovísti sessiónem meam et resurrectiónem meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longe : * sémitam meam et funículum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidísti : * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovísti ómnia novíssima et antíqua : * tu formásti me, et posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me : * confortáta est, et non pótero ad eam.

Quo ibo a spíritu tuo? * et quo a fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in cælum, tu illic es : * si descéndero in inférnum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculo, * et habitávero in extrémis maris :

Etenim illuc manus tua dedúcet me : * et tenébit me déxtera tua.

Et dixi : Fórsitan ténebræ conculcábunt me : * et nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabúntur a te, † et nox sicut dies illuminábitur : * sicut ténebræ ejus, ita et lumen ejus.

Quia tu possedísti rénes meos : * suscepísti me de útero matris meæ.

Confitébor tibi quia terribíliter magnificátus es : † mirabília ópera tua, * et ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum a te, quod fecísti in occúlto : * et substántia mea in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, † et in libro tuo omnes scribéntur : * dies formabúntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus : * nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur : * exsurréxi, et ádhuc sum tecum.

Si occíderis Deus peccatóres : * viri sánguinum declináte a me :

Quia dícitis in cogitatióne : * accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te Dómine, óderam? * et super inimícos tuos tabescébam?

Perfécto ódio óderam illos : * et inimíci facti sunt mihi.

Proba me Deus, et scito cor meum : * intérroga me, et cognósce sémitas meas.

Et vide, si via iniquitátis in me est : * et deduc me in via ætérna.

Capitulum, ℟. *breve et Hymnus ut in I Vesperis.*

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.
℟. Et facta ejus intellexérunt.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 g 3

E-stó-te fortes in bello, * et pugná-te cum antíquo serpénte : et ac-ci-pi-é-tis regnum ætérnum, † alle-lú-ia. *Post Septuag.* † di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

COMMUNE APOSTOLORUM
ET EVANGELISTARUM
UNIUS ET PLURIMORUM MARTYRUM
TEMPORE PASCHALI.


IN I VESPERIS.


Antiphona Sancti tui, 632, *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica*, 725.


Capitulum. *Sap. 5, 1.*

STabunt justi in magna constántia † advérsus eos qui se angustiavérunt, * et qui abstulérunt labóres eórum.

Responsorium breve. VI







Pro Apostolis et Evangelistis, Hymnus.

III

TRistes erant Apósto- li De nece su- i Dómini, Quem morte cru- de- líssima Servi damná- rant ím- pi- i.

Sermóne blando Angelus
Prædíxit muliéribus :
In Galilǽa Dóminus
Vidéndus est quantócius.

Illæ dum pergunt cóncitæ
Apóstolis hoc dícere,
Vidéntes eum vívere,
Christi tenent vestígia.

Quo ágnito, discípuli
In Galilǽam própere
Pergunt vidére fáciem
Desiderátam Dómini.

Quǽsumus, Auctor ómnium,
In hoc pascháli gáudio :
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.

¶ Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.


Sic cantantur et terminantur omnes Hymni ejusdem metri ad Laudes et Vesperas in Festis Sanctorum, nisi aliter notetur, usque ad Ascensionem; ab Ascensione autem ad Pentecosten, in eodem tono, cum doxologia sequenti : Glória tibi Dómine, Qui scandis super sídera.

Pro Uno Martyre, Hymnus.

III

DEus tuórum mí- li- tum Sors, et coróna, prǽ-





Hic nempe mundi gáudia,
Et blandiménta nóxia
Cadúca rite députans,
Pervénit ad cæléstia.

Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et sústulit viríliter,
Pro te effúndens sánguinem;
Ætérna dona póssidet.

Ob hoc precátu súpplici
Te póscimus, piíssime :
In hoc triúmpho Mártyris
Dimítte noxam sérvulis.


¶ Glória tibi Dómine
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Pro Pluribus Martyribus, Hymnus.

III







Aurem benígnam prótinus
Appóne nostris vócibus :
Trophæa sacra pángimus :
Ignósce quod delíquimus.

Tu vincis in Martýribus,
Parcéndo Confessóribus :
Tu vince nostra crímina,
Donándo indulgéntiam.

¶ Glória tibi Dómine
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allelúia.
℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 g

LUX per-pé-tu- a * lu-cé-bit Sanctis tu- is, Dómi-ne: et æ-térni- tas témpo-rum, alle- lú- ia.

E u o u a e.

Oratio propria vel de Communi extra Tempus Paschale.

¶ *Ad Horas et Completorium, Hymnus cantatur in tono paschali,* 469, *juxta Rubricam Ordinarii de Tempore Paschali,* 473.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. VII a

SAncti tu- i * Dómi-ne flo-rê- bunt sic-ut lí- li- um, al-le-lú- ia: et sic-ut odor bálsami e- runt ante te, al-le-lú- ia. E u o u a e.

2 Ant. VII a

IN cæ-léstibus regnis * Sanctó-rum ha-bi-tá-ti- o est, alle-lú- ia : et in æ-térnum réqui- es e- ó- rum, alle-lú- ia. E u o u a e.

3 Ant. II D

IN ve-lamén-to * clamá-bant Sancti tu- i, Dómi-ne : al- le- lú-ia, alle- lú- ia, alle- lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. VIII G 2

SPi- ri-tus * et á-nimæ justó- rum, hymnum dí-ci- te De- o nostro, alle-lú-ia, alle-lú- ia. E u o u a e.


5 Ant. II D

FUlgébunt justi * sic- ut sol in conspéctu De- i, alle- lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. *Sap. 5, 1.*


STabunt justi in magna constántia † advérsus eos qui se angustiavérunt, * et qui abstulérunt labóres eórum.

℟. br. VI










Pro Apostolis et Evangelistis, Hymnus.

III







Osténsa sibi vúlnera
In Christi carne fúlgida,
Resurrexísse Dóminum
Voce faténtur pública.

Rex Christe clementíssime,
Tu corda nostra pósside,
Ut tibi laudes débitas
Reddámus omni témpore.

Quǽsumus, Auctor ómnium,
In hoc pascháli gáudio :
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.

¶ Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

Pro Uno Martyre, Hymnus.

III

MArtyr De- i, qui ú-ni-cum Pa- tris sequéndo Fí- li- um, Vi-ctis tri- úmphas hósti-bus, Victor fru- ens cæ- lé- sti- bus.

Tui precátus múnere,
Nostrum reátum dílue,
Arcens mali contágium,
Vitæ rémovens tǽdium.

Solúta sunt jam víncula
Tui sacráti córporis :
Nos solve vinclis sǽculi,
Amóre Fílii Dei.

¶ Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

Pro Pluribus Martyribus. Hymnus.

REX glorióse Mártyrum,
Coróna confiténtium,
Qui respuéntes térrea
Perdúcis ad cæléstia :

Aurem benígnam prótinus
Appóne nostris vócibus :
Trophǽa sacra pángimus :
Ignósce quod delíquimus.

Tu vincis in Martýribus,
Parcéndo Confessóribus :
Tu vince nostra crímina,
Donándo indulgéntiam.

¶ Glória tibi Dómine
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors sanctórum ejus, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona. I D 2

F

Oratio propria vel de Communi extra Tempus Paschale.

AD TERTIAM.

Antiphona In cæléstibus regnis, 633. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allelúia.
℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúia.

AD SEXTAM

Antiphona In velaménto, 633.

Capitulum. *Sap. 5, 5.*

Ecce quómodo computáti sunt inter fílios Dei, * et inter sanctos sors illórum est.

℣. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, allelúia.
℟. Et ætérnitas témporum, allelúia.

AD NONAM

Antiphona Fulgébunt justi, 633.

Capitulum. *Rom. 8, 28.*

SCimus quóniam diligéntibus Deum † ómnia cooperántur in bonum, * iis qui secúndum propósitum vocáti sunt sancti.

℣. Lætítia sempitérna super cápita eórum, allelúia.
℟. Gáudium et exsultatiónem obtinébunt, allelúia.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus.

Pro Apost. et Evang., Psalmi ut in II Vesp. Apost. : Dixit Dóminus, 725; Laudáte, 727; Crédidi *et* Dómine probásti me, 728.

Pro uno vel pluribus Martyribus, Ps. ut in II Vesp. de Communi extra T. P. : Dixit, 725; Beátus, 726; Laudáte, 727; Crédidi, 728.

Capitulum, ℟. *breve et Hymnus ut in I Vesperis.*

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors sanctórum ejus, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona. VIII G

SAn- cti et justi * in Dómi-no gaudé- te, alle- lú- ia : vos e-lé-git De- us in hære-di-tá-tem si-bi, alle- lú- ia. E u o u a e.

COMMUNE UNIUS MARTYRIS

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

IN I VESPERIS.

Antiphona Qui me conféssus fúerit, 640, *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica*, 725.

Capitulum. *Jac. 1, 12.*

BEátus vir qui suffert tentatiónem : † quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ, * quam repromísit Deus diligéntibus se.

Responsorium breve. VI




P OSU- ISTI Dómi-ne *Super ca-put e- jus. Po-



su- ísti. ℣. Co- ró-nam de lá-pi-de pre-ti- ó-so. *Super.




℣. Gló-ri- a Patri, et Fi- li- o, et Spi- rí-tu- i Sancto.



Po-su- ísti.

Hymnus.

VIII



D E- us tu- ó-rum mí- li- tum Sors, et co-ró-na, prǽ-



mi-um, Lau-des canéntes Márty-ris Absólve ne-xu crími-nis.

Hic nempe mundi gáudia,
Et blandiménta nóxia
Cadúca rite députans,
Pervénit ad cæléstia.


Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et sústulit viríliter,
Pro te effúndens sánguinem,
Ætérna dona póssidet.

Ob hoc precátu súpplici
Te póscimus, piíssime :
In hoc triúmpho Mártyris
Dimítte noxam sérvulis.

¶ Laus et perénnis glória
Deo Patri, et Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Ad Magnificat, Antiphona. VIII G



I - ste Sanctus * pro le-ge De- i su- i certá- vit



usque ad mortem, et a verbis impi- ó- rum non tí-mu- it :



fundá-tus e-nim e-rat supra firmam petram. E u o u a e.

Orationes ut infra ad Laudes.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. 1 f

QUI me conféssus fú-e-rit * co-ram homí-ni-bus, con-fi-tébor et ego e- um co-ram Patre me- o.

E u o u a e.

2 Ant. III a

QUI séqui-tur me, * non ámbu-lat in té-nebris : sed habé-bit lumen vi-tæ, di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

3 Ant. I f

QUI mi-hi mi-nístrat, * me se-quátur : et u-bi ego sum, il-lic sit et mi-ní-ster me- us. E u o u a e.

4 Ant. 1 f

SI quis mi-hi mi-nistráve-rit, * hono- ri- fi-cá-bit e- um Pa-ter me- us, qui est in cæ-lis, di-cit Dóminus. E u o u a e.

5 Ant. 1 a 2

VO-lo, Pa-ter, * ut u-bi ego sum, il-lic sit et mi-ní-ster me- us. E u o u a e.

Capitulum. *Jac. 1, 12.*

BEátus vir qui suffert tentatiónem : † quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ, * quam repromísit Deus diligéntibus se.

℟. br. VI

GLó-ri- a et honó-re * Co-ronásti e- um Dómine. Gló- ri- a. ℣. Et consti- tu- ísti e- um super ó-pe-ra mánu- um tu- á-rum. * Co-ro-ná-sti. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Gló-ri- a.

Hymnus.

VI

MArtyr De- i, qui ú-ni- cum Patris sequéndo Fí- li- um,
Victis tri- úmphas hósti- bus, Victor fru- ens cæ-lésti- bus.

Tui precátus múnere
Nostrum reátum dílue,
Arcens mali contágium,
Vitæ rémovens tǽdium.

Solúta sunt jam víncula
Tui sacráti córporis :
Nos solve vinclis sǽculi,
Amóre Fílii Dei.

¶ Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum. Amen.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Benedictus, Antiphona. III a

QUI o- dit * á-ni-mam su- am in hoc mundo, in vi-tam æ-térnam cu- stó-dit e- am. E u o u a e.

Pro Martyre et Pontifice.

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriæ actiónis gravat, * beáti *N.* Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Alia Oratio.

DEus, qui nos beáti *N.* Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Pro Martyre tantum.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : † ut qui beáti *N.* Mártyris tui natalítia cólimus, * intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : † ut intercedénte beáto *N.* Mártyre tuo, et a cunctis adversitátibus liberémur in córpore, * et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Qui séquitur me, 640. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

AD SEXTAM.

Antiphona Qui mihi minístrat, 640.

Capitulum. *Eccli. 15, 3.*

CIbávit illum pane vitæ et intelléctus, † et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum * Dóminus Deus noster.

℣. Posuísti Dómine super caput ejus.
℟. Corónam de lápide pretióso.

AD NONAM.

Antiphona Volo Pater, 641.

Capitulum. *Eccli. 39, 6.*

JUstus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, * et in conspéctu Altíssimi deprecábitur.

℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.
℟. Glóriam et magnum decórem impónes super eum.

IN II VESPERIS.

Antiphona Qui me conféssus fúerit, 640, *cum reliquis de Laudibus.*

Psalmi Dixit Dóminus, 725. Beátus vir, 726. Laudáte púeri, 727. Crédidi, 728.

Capitulum, ℟. *breve et Hymnus ut in I Vesperis.*

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 f

QUI vult ve-ní-re post me, * áb-neget semet-ípsum, et tollat crucem su- am, et sequá-tur me. E u o u a e.

COMMUNE PLURIMORUM MARTYRUM

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

IN I VESPERIS.


Antiphona Omnes sancti, *cum reliquis de Laudibus*, 647. *Psalmi de Dominica*, 725.


Capitulum. *Sap: 3, 1-3.*


JUstórum ánimæ in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum mortis. † Visi sunt óculis insipiéntium mori : * illi autem sunt in pace.

Responsorium breve. VI











Hymnus.

II







Hi sunt quos rétinens mundus inhórruit :
Ipsum nam stérili flore perári-dum
Sprevére pénitus, teque secúti sunt,
Rex Christe bone cælitus.

Hi pro te fúrias, atque ferócia
Calcárunt hóminum, sævaque vérbera :
Cessit his lácerans fórtiter úngula,
Nec carpsit penetrália.

Cædúntur gládiis more bidéntium :
Non murmur résonat, non queri-mónia;
Sed corde tácito mens bene cónscia
Consérvat patiéntiam.

Quæ vox, quæ póterit lingua retéxere,
Quæ tu Martýribus múnera præparas?
Rubri nam flúido sánguine láureis
Ditántur bene fúlgidis.

Te summa Déitas, únaque póscimus,
Ut culpas ábluas, nóxia súbtrahas,
Des pacem fámulis, nos quoque glóriam,
Per cuncta tibi sæcula. Amen.

℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Magnificat, Antiphona. VIII G

I-stó-rum est e-nim * regnum cæ-ló-rum, qui con-tempsé-runt vi-tam mundi, et perve-né-runt ad prǽmi-a regni, et lavé-runt sto-las su-as in sán-gui-ne Agni. E u o u a e.

Orationes ut infra ad Laudes.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. VIII G

O-mnes Sancti * quanta passi sunt tormén-ta, ut secú-ri pervení-rent ad palmam martý-ri-i! E u o u a e.

2 Ant. VIII G

CUM palma * ad regna pervené-runt Sancti : co-rónas decó-ris me-ru-é-runt de ma-nu De- i. E u o u a e.

3 Ant. I f

COrpo- ra Sanctó-rum * in pa- ce sepúl-ta sunt : et vi-vent nómi-na e- ó- rum in æ-térnum. E u o u a e.

4 Ant. t. pereg.

MArty-res Dómi- ni, * Dómi- num bene- dí-ci- te in æ-térnum. E u o u a e.

5 Ant. VIII a

MArty-rum cho-rus, * laudá-te Dómi-num in excél-sis. E u o u a e.

Capitulum. *Sap. 3, 1-3.*

JUstórum ánimæ in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum mortis. † Visi sunt óculis insipiéntium mori : * illi autem sunt in pace.

℟. br. VI

LÆ-támi-ni in Dómi-no, * Et exsul-tá-te ju-sti.



Lætámi-ni. ℣. Et glo-ri- ámi-ni omnes recti corde. * Et



exsultá- te. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i



Sancto. Lætámi-ni.

Hymnus.

IV

REX glo-ri- ó-se Márty-rum, Co-ró-na confi- ténti-



um, Qui respu- én-tes térre- a Perdú-cis ad cæ-lésti- a :


Aurem benígnam prótinus
Appóne nostris vócibus :
Trophǽa sacra pángimus :
Ignósce quod delíquimus.

Tu vincis in Martýribus,
Parcéndo Confessóribus :
Tu vince nostra crímina,
Donándo indulgéntiam.

¶ Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, et in perpétuum.
Amen.

℣. Exsultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Benedictus, Antiphona. v a







Pro pluribus Martyribus Pontificibus.

Oratio.

BEatórum Mártyrum paritérque Pontíficum *N.* et *N.* nos, quǽsumus Dómine, festa tueántur : * et eórum comméndet orátio veneránda. Per Dóminum.

Si non fuerint Pontifices.

Oratio.

DEus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum *N.* et *N.* natalítia cólere : † da nobis in ætérna beatitúdine * de eórum societáte gáudere. Per Dóminum.

Alia Oratio.

DEus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum *N.* et *N.* solemnitáte lætíficas : † concéde propítius, ut quorum gaudémus méritis, * accendámur exémplis. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Cum palma, 648. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℞. Et gloriámini omnes recti corde.

AD SEXTAM

Antiphona Córpora Sanctórum, 648.

Capitulum. *Sap. 10, 17.*

REddidit Deus mercédem labórum sanctórum suórum, † et dedúxit illos in via mirábili : * et fuit illis in velaménto diéi, et in luce stellárum nocte.

℣. Exsúltent justi in conspéctu Dei.
℟. Et delecténtur in lætítia.

AD NONAM.

Antiphona Mártyrum chorus, 648.

Capitulum. *Sap. 3, 7-8.*

FUlgébunt justi, et tamquam scintíllæ in arundinéto discúrrent. † Judicábunt natiónes, et dominabúntur pópulis : * et regnábit Dóminus illórum in perpétuum.

℣. Justi autem in perpétuum vivent.
℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

IN II VESPERIS.


1 Antiphona. II D



I-sti sunt Sancti * qui pro testaménto De- i




su- a córpo- ra tra-di-dé- runt, et in sángui-ne Agni




lavé-runt sto-las su- as. E u o u a e.

Ps. Dixit Dóminus, 725.


2 Ant. I g





Ps. Beátus vir, 726.


3 Ant. VIII G





Ps. Laudáte púeri, 727.

4 Ant. VII a









Psalmus 115.

CRédidi, propter quod locútus sum : * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam : * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus : * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus :

O Dómine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea : † tibi sacrificábo hóstiam laudis, * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus : * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

Capitulum, ℟. br. et Hymnus ut in I Vesperis.

℣. Exsultábunt Sancti in glória
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magnificat, Antiphona. VI F

GAudent in cæ- lis * á-nimæ Sanctó- rum, qui Chri-sti ve-stí- gi- a sunt se- cú- ti : et qui- a pro e-jus amó- re sángui-nem su- um fu- dé- runt, íd-e- o cum Chri-sto exsúltant si-ne fi- ne. E u o u a e.

COMMUNE CONFESSORIS PONTIFICIS.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.

Capitulum. *Eccli. 44, 16-17.*

ECce sacérdos magnus, † qui in diébus suis plácuit Deo, et invéntus est justus : * et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

Responsorium breve. VI

E-LEGIT e- um Dómi-nus * Sa-cerdó- tem si- bi. E-lé-git. ℣. Ad sacri- fi-cándum e- i hósti- am laudis. * Sacerdó- tem. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. E-lé-git.

Tempore Paschali.

℟. br. VI

E - légit e- um Dóminus sa-cerdó-tem si-bi, * Alle-



Hymnus.

In Duplicibus Minoribus.



Qui pius, prudens, húmilis, pudícus,
Sóbrius, castus fuit et quiétus,
Vita dum præsens vegetávit ejus
Córporis artus.

Ad sacrum cujus túmulum frequénter,
Membra languéntum modo sanitáti,
Quólibet morbo fúerint graváta,
Restituúntur.

Unde nunc noster chorus in honórem
Ipsíus, hymnum canit hunc libénter;
Ut piis ejus méritis juvémur
Omne per ævum.

Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui supra cæli résidens cacúmen,
Totíus mundi máchinam gubérnat
Trinus et unus. Amen.

In Duplicibus Majoribus et supra.

1

I-ste Conféssor Dómi-ni sacrá- tus, Festa plebs cu- jus cé-lebrat per orbem, Hó- di- e læ- tus mé-ru- it secré- ta Scán- de- re cæ- li.

Si non est dies obitus : Hac di- e læ- tus mé-ru- it supré- mos Lau- dis ho- nó- res.

Qui pius, prudens, húmilis, pudícus,
Sóbrius, castus fuit et quiétus,
Vita dum præsens vegetávit ejus
Córporis artus.

Ad sacrum cujus túmulum frequénter,
Membra languéntum modo sanitáti,
Quólibet morbo fúerint graváta,
Restituúntur.

Unde nunc noster chorus in honórem
Ipsíus, hymnum canit hunc libénter;
Ut piis ejus méritis juvémur
Omne per ævum.


Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui supra cæli résidens cacúmen,
Totíus mundi máchinam gubérnat
Trinus et unus. Amen.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 D

SAcér-dos et Pónti-fex, * et virtú-tum ó-pi- fex,





Orationes ut infra ad Laudes.


Pro Doctoribus, *omnia ut infra*, 664.

AD LAUDES ET PER HORAS.


1 Antiphona. VII c









2 Ant. VII c










3 Ant. VIII G 2









4 Ant. VII c







5 Ant. III g







Capitulum. *Eccli.* 44, 16-17.

ECce sacérdos magnus, † qui in diébus suis plácuit Deo et invéntus est justus : * et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.


℟. br. VI





Tempore Paschali.

℟. br. VI






Hymnus.


IV



J Esu, Red-émptor ómni- um, Perpes co-ró- na Præ-



su-lum, In hac di- e cleménti- us Nostris fa-vé- to



pré- ci- bus.

Tui sacri qua nóminis
Conféssor almus cláruit,
Hujus celébrat ánnua
Devóta plebs solémnia.

Qui rite mundi gáudia
Hujus cadúca réspuens,
Cum Angelis cæléstibus
Lætus potítur præmiis.

Hujus benígnus ánnue
Nobis sequi vestígia :
Hujus precátu sérvulis
Dimítte noxam críminis.

¶ Sit Christe Rex piíssime,
Tibi, Patríque glória,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, et in perpétuum. Amen.

Tonus pro Tempore Paschali.


III



J E- su, Redémptor ómni- um, Per- pes co-róna Præ-



su-lum, In hac di- e cle-ménti- us Nostris favé- to



pré- ci- bus.

Doxologia Glória tibi Dómine, Qui surrexisti a mórtuis; *ab Ascensione vero usque ad Pentecosten dicitur :* Glória tibi Dómine, Qui scandis super sídera.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona. I D

E-U- ge, * serve bo-ne et fi-dé- lis, qui- a in pauca fu- ísti fi-dé- lis, supra multa te constí-tu-am, di-cit † Dómi-nus. *T. P.* † Dómi-nus, alle- lú- ia.

E u o u a e.

Oratio.

DA, quǽsumus omnípotens Deus : † ut beáti *N.* Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, * et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

Alia Oratio.

EXáudi, quǽsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti *N.* Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : † et qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, * ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

Pro Doctoribus.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum *N.* minístrum tribuísti : † præsta, quǽsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

AD TERTIAM.

Antiphona Non est invéntus, 657. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.

℟. Stolam glóriæ índuit eum.

AD SEXTAM.

Antiphona Ideo, 658.

Capitulum. *Eccli. 44, 20.*

NON est invéntus símilis illi, † qui conserváret legem Excélsi : * ídeo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam.

℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi.

℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

AD NONAM.

Antiphona Serve bone, 658.

Capitulum. *Eccli. 45, 19-20.*

FUngi sacerdótio, † et habére laudem in nómine ipsíus, * et offérre illi incénsum dignum in odórem suavitátis.

℣. Tu es sacérdos in ætérnum.

℟. Secúndum órdinem Melchísedech.

IN II VESPERIS.

Antiphona Ecce sacérdos magnus, 657, *cum reliquis de Laudibus.*

Ps. Dixit Dóminus, 725. *Ps.* Beátus vir, 726. *Ps.* Laudáte púeri, 727. *Ps.* Meménto, 729.

Capitulum, ℟. *br. et Hymnus ut in I Vesperis.*

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.

℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnificat, Antiphona. I D 2

A-mávit e- um Dómi-nus, * et orná-vit e- um: sto-lam gló-ri- æ índu- it e- um, et ad por-tas pa-ra-dí- si † co-roná-vit e- um. *T. P.* † co-ro-návit e- um, al- le- lú- ia. E u o u a e.

Pro Summis Pontificibus.

Sequens Antiphona dicitur ad Magnificat in II Vesperis pro solis Summis Pontificibus. Si vero agenda sit Commemoratio alterius Summi Pontificis, sumitur Antiphona Amávit eum Dóminus, *ut supra.*

Ad Magnificat, Antiphona. I f

DUM esset Summus Pónti- fex, * terréna non



Pro Doctoribus, *omnia ut infra.*

¶ *Si occurrat celebrari Festum plurimorum Confessorum Pontificum, Officium fit ut supra : sed in Oratione, quæ ponuntur in singulari dicantur in plurali.*

PRO DOCTORIBUS.

In Festis Doctorum, Officium fit de Confessore Pontifice vel non Pontifice, pro qualitate Sancti, præter sequentia :

Oratio.


DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum *N.* minístrum tribuísti : † præsta, quǽsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

IN UTRISQUE VESPERIS.

Hymnus.







Qui pius, prudens, húmilis, pudícus,
Sóbrius, castus fuit et quiétus,
Vita dum præsens vegetávit ejus
Córporis artus.

Ad sacrum cujus túmulum frequénter,
Membra languéntum modo sanitáti,
Quólibet morbo fúerint graváta,
Restituúntur.

Unde nunc noster chorus in honórem
Ipsíus, hymnum canit hunc libénter;
Ut piis ejus méritis juvémur
Omne per ævum.

Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui supra cæli résidens cacúmen,
Totíus mundi máchinam gubérnat
Trinus et unus. Amen.

In I Vesperis :

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.


In II Vesperis :

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnificat, Antiphona. II D

O






men, be- á-te *N.*, * di-vínæ le-gis a-má-tor : depre-




cá-re pro no-bis Fí- li- um De- i. *T. P.* Alle-lú- ia.




E u o u a e.

* Nomina Doctorum Ecclesiæ.



Be-da	Al-bér-te	Francísce	A-tha-ná-si
Ephrem	Ambró-si	Gre-gó-ri	Augu-stí-ne
Le- o	An-sélme	Hi- lá-ri	I- si-dó-re
Pe-tre	Ba- sí- li	Jo- ánnes	
Thoma	Bernárde	Ro- bérte	
	Cy-ríl-le		



Jo-ánnes Chry-sóstome	Alphónse Ma- rí- a
Pe-tre Chry-só-lo-ge	Bo-na- ventú-ra
Hie-ró-nyme	

¶ *Si vero agenda sit Commemoratio alterius Doctoris, Antiphona in utrisque Vesperis et Oratio sumuntur de respectivo Communi Confessoris aut Pontificis aut non Pontificis, pro qualitate Festi.*

COMMUNE
CONFESSORIS NON PONTIFICIS.


IN I VESPERIS.

Antiphona Dómine, *cum reliquis de Laudibus*, 670. *Psalmi de Dominica*, 725.


Capitulum. *Eccli. 31, 8-9.*

BEátus vir qui invéntus est sine mácula : † et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. * Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua.


Responsorium breve. VI




OS justi * Me-di-tá-bi-tur sapi- énti- am.



Os justi. ℣. Et lingua e-jus loqué-tur ju-dí-ci- um. * Me-



di-tá-bi-tur. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i



Sancto. Os justi.

Tempore Paschali.

℟. br. VI

OS justi me-di-tá-bi-tur sa-pi- énti- am, * Alle- lú- ia, alle-lú- ia. Os justi. ℣. Et lingua e-jus loqué-tur ju-dí-ci- um. * Alle- lú- ia. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Os justi.

Hymnus.

In Duplicibus Minoribus.

II

I - ste Con-féssor Dómi-ni sacrá- tus Festa plebs cu-jus cé-lebrat per or-bem, Hó- di- e læ- tus mé-ru- it secré- ta Scánde- re cæ- li.

Si non est dies obitus : Hac di- e læ- tus mé-ru- it supré- mos Lau-dis ho- nó- res.

In Duplicibus Majoribus et supra.

1

I-ste Conféssor Dómi-ni sacrá- tus, Festa plebs cu-jus cé-lebrat per orbem, Hó- di- e læ- tus mé-ru- it secré-ta Scán- de- re cæ- li.
Si non est dies obitus : Hac di- e læ- tus mé-ru- it supré-mos Lau- dis ho- nó- res.

Qui pius, prudens, húmilis, pudícus,
Sóbrius, castus fuit et quiétus,
Vita dum præsens vegetávit ejus
Córporis artus.

Ad sacrum cujus túmulum frequénter,
Membra languéntum modo sanitáti,
Quólibet morbo fúerint graváta,
Restituúntur.


Unde nunc noster chorus in honórem
Ipsíus, hymnum canit hunc libénter;
Ut piis ejus méritis juvémur
Omne per ævum.

Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui supra cæli résidens cacúmen,
Totíus mundi máchinam gubérnat
Trinus et unus. Amen.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Magnificat, Antiphona. I D

Simi- lábo e- um * vi-ro sa- pi- énti, qui ædi-







Orationes ut infra ad Laudes.


Pro Doctoribus, *omnia ut supra*, 664.

AD LAUDES ET PER HORAS.


1 Antiphona. 1 g 2








2 Ant. 1 f









le-lú- ia. E u o u a e.

3 Ant. III a



F I-dé-lis servus et prudens, * quem constí- tu- it Dó-




mi-nus super famí- li- am † su- am. *T. P.* † su- am, alle-




lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. VII a



B E- á-tus il-le servus, * quem cum vé-ne- rit dómi- nus




e-jus, et pulsá- ve- rit jánu- am, invéne-rit vi- gi- lántem.




T. P. Alle-lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. VII c 2



S Erve bo- ne * et fi-dé-lis, intra in gáudi- um Dó-



mi-ni † tu- i. *T. P.* † tu- i, alle- lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 31, 8-9.*

BEátus vir qui invéntus est sine mácula : † et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. * Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua.

℟. br. VI

A-mávit e- um Dómi-nus, * Et orná-vit e- um. Amávit. ℣. Sto-lam glóri- æ índu- it e- um. * Et. ℣. Glóri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Amá-vit.

Tonus pro Tempore Paschali, 659.

Hymnus.

VIII

JE-su, coró-na célsi- or, Et vé-ri-tas sublími- or, Qui confi-ténti sérvu-lo Reddis per-énne prǽmi- um :

Da supplicánti cœ́tui,
Obténtu hujus óptimi,
Remissiónem críminum,
Rumpéndo nexum vínculi.

Anni recúrso témpore,
Dies illúxit lúmine,
Quo Sanctus hic de córpore
Polum migrávit prǽpotens.

Hic vana terræ gáudia,
Et luculénta prǽdia,
Pollúta sorde députans,
Ovans tenet cæléstia.

Te Christe Rex piíssime
Hic confiténdo júgiter,
Calcávit hostem fórtiter,
Supérbum ac satéllitem.

Virtúte clarus et fide,
Confessiónis órdine,
Jejúna membra déferens,
Dapes supérnas óbtinet.

Proínde te piíssime
Precámur omnes súpplices :

Ut hujus almi grátia
Nobis remíttas débita.

¶ Glória Patri Dómino,
Glória Unigénito,
Una cum Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

Tonus pro Tempore Paschali.

III


JEsu, coróna célsior, Et véritas sublímior, Qui confiténti sérvulo Reddis perénne prǽmium.


Doxol. Glória tibi Dómine, Qui surrexísti a mórtuis; *vel, post Ascensionem,* Qui scandis super sídera.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona. IV E

SErve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam: intra in gáu-





Oratio.

DEus, qui nos beáti *N.* Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

ADésto Dómine supplicatiónibus nostris, quas in beáti *N.* Confessóris tui solemnitáte deférimus : † ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, * ejus qui tibi plácuit précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Si fuerit Abbas. **Oratio.**

INtercéssio nos, quǽsumus Dómine, beáti *N.* Abbátis comméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Pro Doctoribus. **Oratio.**

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum *N.* minístrum tribuísti : † præsta, quǽsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Euge serve bone, 670. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.

℟. Stolam glóriæ índuit eum.

AD SEXTAM.

Antiphona Fidélis servus et prudens, 671.

Capitulum. *Eccli. 39, 6.*

JUstus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, * et in conspéctu Altíssimi deprecábitur.

℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

AD NONAM.

Antiphona Serve bone, 671.

Capitulum. *Sap. 10, 10.*

JUstum dedúxit Dóminus per vias rectas, † et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctórum : * honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus.
℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

IN II VESPERIS.

Ant. Dómine, *cum reliquis de Laudibus. Ps. de Dominica,* 725. *Capitulum,* ℟. *br. et Hymnus ut supra in I Vesperis.*

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnificat, Antiphona. VIII G

HIC vir, despí- ci- ens mundum * et terré-na, tri- úmphans, di-ví- ti- as cæ- lo cóndi-dit o- re, ma-nu. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

¶ *Si occurrat celebrari Festum plurium Conf. non Pont., Officium fit ut supra; sed in Oratione, quæ habentur in singulari dicantur in plurali.*

COMMUNE VIRGINUM.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi Dixit Dóminus, 725. Laudáte púeri, 727. Lætátus sum, 730. Nisi Dóminus, 731.


Capitulum. *2 Cor. 10, 17-18.*

FRatres : Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. † Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est : * sed quem Deus comméndat.


Responsorium breve. VI



A DJUVABIT e- am * De- us vul-tu su- o. Ad-



juvá-bit. ℣. De- us in mé-di- o e-jus, non commové-bi-tur.




* De- us. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fi- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Tempore Paschali.


℟. br. VI



A D-juvá-bit e- am De- us vultu su- o, * Alle- lú-ia,




alle-lú- ia. ℣. De- us in mé-di- o e-jus, non commové-bi-tur.



Hymnus.

VIII



pit, Quæ so-la Virgo pártu-rit : Hæc vo-ta clemens ácci-pe.

Qui pascis inter lília,
Septus choréis Vírginum,
Sponsus decórus glória,
Sponsísque reddens prǽmia.


Quocúmque pergis, Vírgines
Sequúntur, atque láudibus
Post te canéntes cúrsitant,
Hymnósque dulces pérsonant.

Te deprecámur lárgius,
Nostris adáuge sénsibus,
Nescíre prorsus ómnia
Corruptiónis vúlnera.

※ Laus, honor, virtus, glória
Deo Patri, et Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sǽcula. Amen.

Tonus pro Tempore Paschali.

III



pit, Quæ so- la Vir- go pártu-rit : Hæc vo- ta cle- mens

ác- ci-pe.

Doxol. Glória tibi Dómine, Qui surrexísti a mórtuis; *vel, post Ascensionem*, Qui scandis super sídera.

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

Ad Magnificat, Antiphona. VIII G

VEni sponsa Christi, * áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit † in ætérnum. *T. P.* † in ætérnum, allelúia. E u o u a e.

Orationes ut infra ad Laudes.

Pro Pluribus Virginibus Martyribus, *omnia ut infra,* 683.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. I f

HÆC est Virgo sápiens, * et una de número † prudéntum. *T. P.* † prudéntum, allelúia. E u o u a e.

2. Ant. I f

HÆC est Virgo sápiens, * quam Dóminus vigi-




lántem † invé-nit. *T. P.* † invé- nit, alle- lú- ia. E u o u a e.

3 Ant. III a 2



HÆC est quæ nescí-vit * to-rum in de-líct o : ha-bé- bit




fructum in respecti- óne a-nimá-rum † sanctá-rum. *T. P.* † san-

ctá-rum, alle- lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. I f

VE-ni e- lécta me- a, * et ponam in te thronum



me- um, † al-le-lú- ia. *Post Sept.* † di-cit Dóminus. E u o u a e.

5 Ant. III a

I-sta est * spe-ci- ó- sa inter fí- li- as † Je- rú-sa-




lem. *T. P.* † Je- rú-sa- lem, al-le- lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. *2 Cor. 10, 17-18.*

FRatres : Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. † Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est : * sed quem Deus comméndat.


℟. br. VI






Tempore Paschali.

℟. br. VI





Hymnus Jesu, coróna Vírginum, *ut in I Vesperis,* 677.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona. VIII G





Pro Virgine Martyre.

Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : † concéde propítius; ut qui beátæ *N.* Vírginis et Mártyris tuæ natalítia cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

INdulgéntiam nobis, quǽsumus Dómine, beáta *N.* Virgo et Martyr implóret : † quæ tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis, * et tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

Pro Virgine non Martyre.

Oratio.

EXáudi nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátæ *N.* Vírginis tuæ festivitáte gaudémus; * ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Pro Pluribus Virginibus Martyribus, *omnia ut infra,* 683.

AD TERTIAM.

Antiphona Hæc est virgo sápiens, * quam Dóminus, 678. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.

℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM.

Antiphona Hæc est quæ nescívit, 679.

Capitulum. *2 Cor. 11, 2.*

Æmulor enim vos Dei æmulatióne. † Despóndi enim vos uni viro * vírginem castam exhibére Christo.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD NONAM.

Antiphona Ista est speciósa, 679.

Capitulum.

Pro Virgine Martyre. *Eccli. 51, 13-14.*

Domine Deus meus, exaltásti super terram habitatiónem meam, et pro morte defluénte deprecáta sum. † Invocávi Dóminum Patrem Dómini mei, ut non derelínquat me in die tribulatiónis meæ, * et in témpore superbórum sine adjutório.

Pro Virgine non Martyre. *Sap. 4, 1.*

O quam pulchra est casta generátio cum claritáte! † immortális est enim memória illíus : * quóniam apud Deum nota est, et apud hómines.


℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

IN II VESPERIS.


Antiphonæ, Psalmi, Capitulum, ℟. br. et Hymnus ut in I Vesperis, 676.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Antiphona. VII c



V E-ni sponsa Chri-sti, * ácci-pe co-ró-nam, quam




Pro Pluribus Virginibus Martyribus.

Si fuerint plures Virgines Martyres, in utrisque Vesperis ad Magnificat et in Laudibus ad Benedictus, ℣., *Antiphona et Oratio, ut sequitur :*

℣. Adducéntur Regi Vírgines post eam.
℟. Próximæ ejus afferéntur tibi.

Ad Magnificat et ad Benedictus, Antiphona. *IV A*



Oratio.

Da nobis, quǽsumus Dómine Deus noster, sanctárum Vírginum et Mártyrum tuárum *N.* et *N.* palmas incessábili devotióne venerári : † ut quas digna mente non póssumus celebráre, * humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

COMMUNE
SANCTÆ MARTYRIS TANTUM
ET NEC VIRGINIS NEC MARTYRIS.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi Dixit Dóminus, 725; Laudáte púeri, 727; Lætátus sum, 730; Nisi Dóminus, 731.

Capitulum.

Pro Martyre tantum. *Eccli. 51, 1-3.*

COnfitébor tibi, Dómine Rex, et collaudábo te Deum salvatórem meum. † Confitébor nómini tuo : quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, * et liberásti corpus meum a perditióne.

Pro nec Virgine nec Martyre. *Prov. 31, 10-11*

MUlíerem fortem quis invéniet? Procul, et de últimis fínibus prétium ejus. † Confídit in ea cor viri sui, * et spóliis non indigébit.

℟. *br.* Adjuvábit eam, *ut supra in Communi Virginum*, 676.

Hymnus. II

FORTEM vi- rí- li pécto-re Laudémus omnes fémi-

nam, Quæ sancti- tá- tis gló-ri- a U-bíque fulget incly-ta.

Hæc Christi amóre sáucia,
Dum mundi amórem nóxium
Horréscit, ad cæléstia
Iter perégit árduum.

Carnem domans jejúniis,
Dulcíque mentem pábulo
Oratiónis nútriens,
Cæli potítur gáudiis.

Rex Christe, virtus fórtium,
Qui magna solus éfficis,
Hujus precátu, quǽsumus,
Audi benígnus súpplices.

¶ Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, et in perpétuum. Amen.

Tonus pro Tempore Paschali.

III


FOr-tem vi-rí-li pécto- re Lau- démus omnes fé-mi-nam, Quæ sancti- tá- tis gló-ri- a. U-bíque ful- get ín- cly- ta.

Doxol. Glória tibi Dómine, Qui surrexísti a mórtuis; *vel, post Ascensionem*, Qui scandis super sídera.

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

Ad Magnificat, Antiphona. I D


SImi-le est * regnum cæ-ló-rum hómi-ni nego-



ti- a- tó- ri quærénti bonas marga-rí- tas : invénta una



pre- ti- ó- sa de- dit ómni- a su- a, † et compa- rá-vit



e- am. *T. P.* † et compa- rá-vit e- am, al-le- lú- ia.



E u o u a e.

Orationes ut infra ad Laudes.

Pro pluribus Martyribus non Virginibus, *omnia ut infra,* 691.

AD LAUDES ET PER HORAS.


1 Antiphona. III a



DUM esset rex * in accú-bi-tu su- o, nardus



me- a de- dit odó-rem † su- a-vi- tá- tis. *T. P.* † su- a-vi- tá-



tis, alle- lú- ia. E u o u a e.

2 Ant. IV A*

IN odó-rem * unguentó-rum tu-ó-rum cúrrimus : ado-lescéntu-læ di-le-xé-runt te ni-mis. *T. P.* Alle-lú- ia.

E u o u a e.

3 Ant. VIII G

JAM hi- ems tránsi- it, * imber áb-i- it et re-cés-sit : surge amíca me- a, et † ve-ni. *T. P.* † vé-ni, alle-lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. I f

VEni e- lécta me- a, * et ponam in te thronum † me- um, alle- lú- ia. *Post Septuag.* † me- um, di-cit Dómi-nus.

E u o u a e.

5 Ant. III a

I-sta est * spe-ci- ó- sa inter fí-li- as † Je- rú-sa-

lem. *T. P.* † Je- rú-sa- lem, alle- lú- ia. E u o u a e.

Capitulum Confitébor *vel* Mulíerem, *ut in I Vesperis*, 684.

℟. *br*. Spécie tua, *ut in Communi Virginum*, 680.

Hymnus Fortem viríli péctore, *ut in I Vesperis*, 684.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona. VII c 2

DA-te e- i * de fructu mánu- um su- á- rum, et

laudent e- am in portis ópe-ra † e- jus. *T. P.* † e-jus, alle-

lú- ia. E u o u a e.

Pro una Martyre tantum.

Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : † concéde propítius; ut qui beátæ *N.* Mártyris tuæ natalítia cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Pro nec Virgine nec Martyre.

Oratio.

EXáudi nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátæ *N.* festivitáte gaudémus; * ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Pro Pluribus Martyribus non Virginibus, *omnia ut infra*, 691.

AD TERTIAM.

Antiphona In odórem, 687.
Capitulum Confitébor *vel* Mulíerem, 684.
℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM.

Antiphona Jam hiems tránsiit, 687.

Capitulum.

Pro Martyre tantum. *Eccli. 51, 4-5.*

LIberásti me secúndum multitúdinem misericórdiæ nóminis tui a rugiéntibus, præparátis ad escam, † de mánibus quæréntium ánimam meam, * et de multis tribulatiónibus quæ circumdedérunt me.

Pro nec Virgine nec Martyre. *Prov. 31, 20-21.*

MAnum suam apéruit ínopi, † et palmas suas exténdit ad páuperem. * Non timébit dómui suæ a frigóribus nivis.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD NONAM.

Antiphona Ista est, 688.

Capitulum.

Pro Martyre tantum. *Eccli. 51, 8 et 12.*

LAudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum, † quóniam éruis sustinéntes te, et líberas eos de manu angústiæ, * Dómine Deus noster.

Pro nec Virgine nec Martyre. *Prov. 31, 29-30.*

MUltæ fíliæ congregavérunt divítias : tu supergréssa es univérsas. † Fallax grátia, et vana est pulchritúdo : * múlier timens Dóminum ìpsa laudábitur.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ, Psalmi, Capit., ℟. breve et Hymnus ut in I Vesperis.
℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Antiphona. IV d

MAnum su- am * apé-ru- it ín-o-pi, et palmas su- as exténdit ad páupe-rem, et pa- nem o-ti- ó-sa non † co-mé- dit. *T.P.* † co- mé-dit, alle- lú- ia. E u o u a e.

¶ *Pro pluribus nec Martyribus nec Virginibus, idem fit Officium ut supra.*

Pro pluribus Martyribus non Virginibus.

Si fuerint plures Martyres non Virgines, in utrisque Vesperis ad Magnificat et in Laudibus ad Benedictus, ℣., Antiphona et Oratio ut sequitur :

℣. Glória et honóre coronásti eas Dómine.
℟. Et constituísti eas super ópera mánuum tuárum.

Ad Magnificat et ad Benedictus, Antiphona. VIII G

I-stárum est e-nim * regnum cæ-ló-rum, quæ con-tempsé-runt vi-tam mundi, et perve-né-runt ad prǽmi- a regni, et lavé-runt sto- las su- as, † in sán- gui-ne Agni. *T. P.* † in sán- gui-ne Agni, alle-lú- ia.

E u o u a e.

Oratio.

Da nobis, quǽsumus Dómine Deus noster, sanctárum Mártyrum tuárum *N.* et *N.* palmas incessábili devotióne venerári : † ut, quas digna mente non póssumus celebráre, * humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

COMMUNE

DEDICATIONIS ECCLESIÆ.


IN I VESPERIS.

Antiphona Domum tuam, Dómine, 697, *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica,* 725, *sed loco ultimi, Ps.* Lauda Jerúsalem Dóminum, 731.

Capitulum. *Apoc. 21, 2.*

Vidi civitátem sanctam Jerúsalem novam, † descendéntem de cælo a Deo, * parátam sicut sponsam ornátam viro suo.

Responsorium breve. VI



LOCUS i-ste sanctus est, * In quo



o-rat sa- cér-dos. Lo-cus. ℣. Pro de-lí-



ctis et peccá- tis pó-pu- li. * In quo. ℣. Gló-ri- a Patri,




Vel, ad libitum, ℟. Fundáta est, *ad calcem Antiphonarii.*

Tonus Simplex.

℟. br. VI









Tempore Paschali, ℟. br. VI












Tonus Simplex.










Hymnus.







Nova véniens e cælo,
Nuptiáli thálamo
Præparáta, ut sponsáta
Copulétur Dómino :
Platéæ et muri ejus
Ex auro puríssimo.

Portæ nitent margarítis
Adýtis paténtibus :
Et virtúte meritórum
Illuc introdúcitur
Omnis qui ob Christi nomen
Hic in mundo prémitur.


Tunsiónibus, pressúris
Expolíti lápides,
Suis coaptántur locis
Per manus artíficis,
Disponúntur permansúri
Sacris ædifíciis.


Glória et honor Deo
Usquequáque altíssimo,
Una Patri, Filióque,
Inclyto Paráclito,
Cui laus est et potéstas
Per ætérna sǽcula. Amen.






Tempore Paschali :







Sic cantatur ℣. ad Vesperas et ad Laudes, in Solemnitatibus tantum; alias vero, in tono communi.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 g

SAncti- fi-cá- vit * Dómi-nus tabernácu- lum su- um: qui- a hæc est domus De- i, in qua invo- cá- tur nomen e-jus de quo scriptum est: Et e-rit nomen me- um i-bi, di- cit † Dóminus. *T. P.* † Dóminus, alle- lú- ia.

E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui nobis per síngulos annos hujus sancti templi tui consecratiónis réparas diem, et sacris semper mystériis repræséntas incólumes: * exáudi preces pópuli tui, et præsta; ut quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrásse lætétur. Per Dóminum.

¶ *In ipso die Dedicationis Ecclesiæ et per Octavam, et quando varianda est Oratio, dicitur alia Oratio ut infra:*

Oratio.

DEus, qui invisibíliter ómnia cóntines, et tamen pro salúte géneris humáni signa tuæ poténtiæ visibíliter osténdis: * templum hoc poténtia tuæ inhabitatiónis illústra, et concéde; ut omnes qui huc deprecatúri convéniunt, ex quacúmque tribulatióne ad te clamáverint, consolatiónis tuæ benefícia consequántur. Per Dóminum.

AD LAUDES ET PER HORAS.


1 Antiphona. VII a



D OMUM tu- am Dómi-ne * de-cet sancti-túdo,




in longi-tú-di-nem † di- é-rum. *T. P.* † di- é-rum, alle-lú- ia.



E u o u a e.

2 Ant. I D 2



D Omus me- a, * do- mus o-ra-ti- ó-nis † vo-cá-bi-tur.



T. P. † vo-cá-bi-tur, al-le-lú- ia. E u o u a e.


3 Ant. I f



H ÆC est domus Dómi-ni * firmi-ter ædi- fi-cá-ta :



be-ne fundá-ta est supra † firmam petram. *T. P.* † firmam pe-



tram, alle- lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. VIII a

BEne fundáta est * domus Dómini supra † firmam petram. *T. P.* † firmam petram, allelúia. E u o u a e

5 Ant. I g

LApides pretiósi * omnes muri tui, et turres Jerúsalem gemmis † ædificabúntur. *T. P.* † ædificabúntur, allelúia. E u o u a e.

Capitulum. *Apoc. 21, 2.*

VIdi civitátem sanctam, Jerúsalem novam, † descendéntem de cælo a Deo, * parátam sicut sponsam ornátam viro suo.

℟. br. VI

DOmum tuam Dómine * Decet sanctitúdo. Domum. ℣. In longitúdinem diérum. * Decet. ℣. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Domum.

Tempore Paschali.

℟. br. VI

DOmum tu- am Dómi-ne de-cet sancti-túdo, * Alle-lú-ia, alle-lú- ia. ℣. In longi-tú-di-nem di- é-rum. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Hymnus.

IV

ANgu- lá-ris fundaméntum Lapis Christus mis-sus est, Qui pa-rí- e-tum compá- ge In utróque néc-ti- tur, Quem Si- on sancta suscé-pit, In quo credens pérmanet.

Omnis illa Deo sacra
Et dilécta cívitas,
Plena módulis, in laude,
Et canóre júbilo,
Trinum Deum unicúmque
Cum fervóre prædicat.

Hoc in templo, summe Deus,
Exorátus áđveni;
Et cleménti bonitáte
Precum vota súscipe;
Largam benedictiónem
Hic infúnde júgiter.

Hic promereántur omnes
Petíta acquírere,
Et adépta possidére,
Cum sanctis perénniter
Paradísum introíre,
Transláti in réquiem.

Glória et honor Deo
Usquequáque altíssimo,
Una Patri, Filióque,
Inclyto Paráclito,
Cui laus est et potéstas
Per ætérna sæcula. Amen.

℣. Hæc est domus Dómini fírmiter ædificáta.
℟. Bene fundáta est supra firmam petram.

¶ *In Solemnitatibus cantatur* ℣. *in tono solemni, ut in I Vesperis,* 695.

Ad Benedictus, Antiphona. VIII G 2

ZAchǽ-e, * festí-nans descénde, qui- a hó-di- e in do-mo tu- a o-pórtet me mané- re : at il- le festí-nans descéndit, et suscé-pit illum gaudens in domum su- am. Hó-di- e hu- ic dómu- i sa- lus a De- o † facta est, alle-lú- ia. *In Septuag.* † facta est. E u o u a e.

In Anniversario Dedicationis Ecclesiæ et per Octavam :

Oratio.

DEus, qui nobis per síngulos annos hujus sancti templi tui consecratiónis réparas diem, et sacris semper mystériis repræséntas incólumes : † exáudi preces pópuli tui, et præsta; ut quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingréditur, * cuncta se impetrásse lætétur. Per Dóminum.

¶ *In ipso die Dedicationis Ecclesiæ et per Octavam, et quando varianda est Oratio ob concursum Dedicationis alterius Ecclesiæ :*

Oratio.

DEus, qui invisibíliter ómnia cóntines, et tamen pro salúte géneris humáni signa tuæ poténtiæ visibíliter osténdis : † templum hoc poténtia tuæ inhabitatiónis illústra, et concéde; ut omnes qui huc deprecatúri convéniunt, ex quacúmque tribulatióne ad te clamáverint, * consolatiónis tuæ benefícia consequántur. Per Dóminum nostrum.

AD TERTIAM.

Antiphona Domus mea, 697. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Domum tuam Dómine decet sanctitúdo.
℟. In longitúdinem diérum.

AD SEXTAM.

Antiphona Hæc est domus Dómini, 697.

Capitulum. *Apoc. 21, 3.*

ET audívi vocem magnam de throno dicéntem : Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, et habitábit cum eis. † Et ipsi pópulus ejus erunt, * et ipse Deus cum eis erit eórum Deus.

℣. Locus iste sanctus est, in quo orat sacérdos.
℟. Pro delíctis et peccátis pópuli.

AD NONAM.

Antiphona Lápides pretiósi, 698.

Capitulum. *Apoc. 21, 4-5.*

ET abstérget Deus omnem lácrimam ab óculis eórum : † et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiérunt. * Et dixit qui sedébat in throno : Ecce nova fácio ómnia.

℣. Hæc est domus Dómini fírmiter ædificáta.
℟. Bene fundáta est supra firmam petram.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ, Psalmi, Capit., ℟. br. et Hymnus ut in I Vesperis.




℣. Domum tu- am Dómi-ne de-cet sancti- túdo.




℟. In longi- túdi-nem di- é-rum.

Tempore Paschali :




℣. Domum tu- am Dómi-ne de cet sancti-túdo, al-le- lú- ia.




℟. In longi-túdinem di- érum, al-le- lú- ia.


Ad Magnificat, Antiphona. VI F



O quam me-tu- éndus est * lo-cus i-ste! ve-

re non est hic á- li- ud ni-si domus De- i, et





por- ta † cæ- li. *T. P.* † cæ- li, alle-lú- ia. E u o u a e.

¶ *Sic dicitur Officium per totam Octavam.*

IN FESTIS B. MARIÆ VIRGINIS

PER ANNUM.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi Dixit Dóminus, 725; Laudáte púeri, 727; Lætátus sum, 730; Nisi Dóminus, 731.

Capitulum. *Eccli. 24, 14.*

AB inítio et ante sǽcula creáta sum, † et usque ad futúrum sǽculum non désinam, * et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Responsorium breve. VI



A-VE Ma-rí- a, grá-ti- a ple-na : *Dómi-nus te-



cum. Ave. ℣. Bene- dícta tu in mu-li- é-ri-bus, et bene-dí-



ctus fructus ventris tu- i. * Dó-mi-nus. ℣. Gló-ri- a Patri, et



Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Ave.

Tempore Paschali.

℟. br. VI

A-ve Ma-rí- a, grá-ti- a ple-na, Dómi-nus te-cum, * Al-le- lú- ia, alle-lú- ia. Ave. ℣. Bene-dícta tu in mu-li- é-ri-bus, et bene-díctus fructus ventris tu- i. * Alle- lú- ia. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fi-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Ave.

Hymnus

Tonus in Solemnitatibus.

I

A-ve ma-ris stel-la, De- i Ma-ter alma, Atque semper Virgo, Fe-lix cæ-li porta.

Tonus in Duplicibus Majoribus.

IV

A - ve ma-ris stella, De- i Ma- ter alma, Atque



Sumens illud Ave,
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.


Virgo singuláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solútos,
Mites fac et castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut vidéntes Jesum,
Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.


Ad Magnificat, Antiphona. 1 D















In Festo B. M. V. de M. Carmelo.



In Festo Ss. Nominis B. M. V.



Oratio.


COncéde nos fámulos tuos, quǽsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére : * et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum.

¶ *Ad Completorium, Hymnus cantatur et terminatur ut in Psalterio notatur pro Festis B. Mariæ Virginis,* 172.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. III a

D








tis, alle- lú- ia. E u o u a e.


2 Ant. IV A*



LÆva e-jus * sub cá-pi-te me- o, et déxte-ra il-

lí- us ample- xá-bi-tur me. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

3 Ant. III b



NIgra sum * sed formó-sa, fí-li- æ Je-rúsa-lem :



íd-e- o di- lé-xit me rex, et intro-dúxit me in cu-bí-

cu-lum † su- um. *T. P.* † su-um, alle- lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. VIII G




JAM hi- ems tránsi- it, * imber ábi- it et re-céssit :


surge amí-ca me- a, et † ve- ni. *T. P.* † ve-ni, alle-



lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. IV A*





E u o u a e.


Capitulum. *Eccli. 24, 14.*

AB inítio et ante sǽcula creáta sum, † et usque ad futúrum sǽculum non désinam, * et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

℟. br. VI








et Spi-rí-tu- i Sancto. Ave.

Tonus pro Tempore Paschali, 704.

Hymnus.



Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine :
Intrent ut astra flébiles,
Cæli fenéstra facta es.

Tu Regis alti jánua,
Et porta lucis fúlgida :
Vitam datam per Vírginem
Gentes redémptæ pláudite.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona. VIII G



Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quǽsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére: + et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, * a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Hymnus.

II

Nunc Sancte nobis Spíritus, Unum Patri cum Fílio, Dignáre promptus íngeri Nostro refúsus péctori.

¶ *Hic tonus servandus est ad Horas et Completorium in omnibus Festis B. M. V., cum Doxologia* Glória tibi Dómine, Qui natus es de Vírgine, *nisi aliter notetur.*

Antiphona Læva ejus, 707. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM.

Antiphona Nigra sum, 707.

Capitulum. *Eccli. 24, 15-16.*

Et sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. + Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus, * et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD NONAM.

Antiphona Speciósa facta es, 708.

Capitulum. *Eccli. 24, 19-20.*

In platéis sicut cinnamómum et bálsamum aromatízans odórem dedi : † quasi myrrha elécta,* dedi suavitátem odóris.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis.
℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Ad Magnificat, Antiphona. VIII G

B E- á-tam me di-cent * omnes ge-ne- ra-ti- ó- nes,

qui- a ancíllam húmi- lem respé-xit † De- us. *T. P.* † De- us,

alle-lú- ia. E u o u a e.

OFFICIUM B. MARIÆ VIRGINIS IN SABBATO.

Omnibus Sabbatis, extra Tempus Adventus, Septuagesimæ, Quadragesimæ et Quatuor Temporum Septembris, nisi agendum fuerit de aliquo Festo Duplici, etiam translato, vel de Octava aut Vigilia occurrenti, aut de Dominica anticipata juxta Rubricas, fit Officium de Sancta Maria, in quo, sumptis ad Vesperas et Laudes Antiphonis et Psalmis de Feria VI et Sabbato occurrentibus, reliqua dicuntur ut infra.

PER ANNUM.

AD VESPERAS.

Capitulum. *Eccli. 24, 14.*

AB inítio et ante sǽcula creáta sum, † et usque ad futúrum sǽculum non désinam, * et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

℟. *br.* Ave María, *ut supra*, 703.

Hymnus. 1

A-ve ma-ris stella, De-i Ma-ter alma, Atque semper Virgo, Fe-lix cæ-li porta.

Sumens illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

Virgo singuláris,
Inter omnes mitis,
Nos, culpis solútos,
Mites fac et castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut, vidéntes Jesum,
Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Antiphona.

II D



B E- á-ta Ma-ter * et intácta Virgo, glo-ri- ó-sa Re-gí-



na mundi, intercé- de pro no-bis ad Dóminum. E u o u a e.


Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quǽsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére : * et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum nostrum.

Post Orationem fit Memoria Sancti, si occurrat; deinde Suffragium de Omnibus Sanctis ut sequitur :

Suffragium de Omnibus Sanctis.

Ant. VIII



S Ancti omnes * intercé-dant pro no- bis ad Dóminum.

℣. Mirificávit Dóminus Sanctos suos.
℟. Et exaudívit eos clamántes ad se.

Orémus. *Oratio.*

A cunctis nos, quǽsumus Dómine, mentis et córporis defénde perículis : * et, intercedénte beáto Joseph, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, beáto *N.* atque beáto Patre nostro Benedícto, et ómnibus Sanctis, salútem nobis tríbue benígnus et pacem; * ut, destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis, Ecclésia tua secúra tibi sérviat libertáte. Per Dóminum.

¶ *Ad Completorium et Horas, Tonus Hymni et Doxologia ut in Festis B. M. V.*, 710, *etiamsi in Vesperis facta sit tantum comm. de Beata Maria. Post Matutinum, absolute incipiuntur Laudes.*

AD LAUDES.

Antiphonæ et Psalmi ut in Psalterio, 73.

¶ *Ubi recepta sunt Cantica festiva, dicitur Canticum Ecclesiastici :* Miserére nostri, *cum sua Antiphona.*

Capitulum. *Eccli. 24, 14.*

Ab inítio et ante sǽcula creáta sum, † et usque ad futúrum sǽculum non désinam, * et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

℟. *br.* Ave María *et Hymnus* O gloriósa Dómina *ut supra,* 708.


℣. Benedícta tu in muliéribus.
℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Benedictus, Antiphona.


VIII G

B E-á-ta De- i Gé-ni-trix Ma-rí- a, * Virgo perpe-tu-a, templum Dómi-ni, sacrá-ri- um Spí- ri-tus Sancti :









Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quǽsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére : + et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, * a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum nostrum.

Deinde fit Memoria Sancti, si occurrat, et postea Suffragium ut supra ad Vesperas.

AD PRIMAM.

Antiphona Dum esset Rex, 706. *Capitulum* Regi sæculórum, 6.

AD TERTIAM.

Antiphona Læva ejus, 707. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM.

Antiphona Nigra sum, 707.

Capitulum. *Eccli. 24, 15-16.*

ET sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. † Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus, * et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD NONAM.

Antiphona Speciósa facta es, 708.

Capitulum. *Eccli. 24, 19-20.*

IN platéis sicut cinnamómum et bálsamum aromatízans odórem dedi : † quasi myrrha elécta,* dedi suavitátem odóris.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Post Nonam terminatur hoc Officium.

¶ *Sabbato post Festum Nativitatis B. M. V., omnia ut in Proprio Sanctorum;* 1036.

POST NATIVITATEM DOMINI.

A Sabbato post Oct. Epiphaniæ usque ad Sabb. ante Purificationem, omnia dicuntur ut in Officio per Annum, præter sequentia :

AD VESPERAS.


Ad Magnificat, Antiphona.

II A

M A- gnum * hæ-re-di-tá-tis mysté- ri- um : templum De- i factus est ú-te-rus nésci- ens vi- rum : non







Oratio.


DEus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fecúnda, humáno géneri prǽmia præstitísti : † tríbue, quǽsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, * per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit.

AD LAUDES.

Ad Benedictus, Antiphona.

VIII G









PER HORAS.

Ad Primam. *Antiphona.* O admirábile commércium! * Creátor géneris humáni, animátum corpus sumens, de Vírgine nasci dignátus est : et procédens homo sine sémine, largítus est nobis suam Deitátem.

Ad Tertiam. *Antiphona.* Quando natus es * ineffabíliter ex Vírgine, tunc implétæ sunt Scriptúræ : sicut plúvia in vellus descendísti, ut salvum fáceres genus humánum : te laudámus, Deus noster.

Ad Sextam. *Antiphona.* Rubum quem víderat * Móyses incombústum, conservátam agnóvimus tuam laudábilem virginitátem : Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

Ad Nonam. *Antiphona.* Ecce María * génuit nobis Salvatórem, quem Joánnes videns exclamávit, dicens : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi, allelúia.

¶ *Quæ Antiphonæ reperiuntur supra cum cantu,* 271-273.

TEMPORE PASCHALI.


Omnia ut supra in Officio per Annum, sed ritu Paschali, præter sequentia :

Ad Magnificat et ad Benedictus, Antiphona.









Oratio Concéde nos *ut supra*, 715.

Deinde fit Memoria Sancti, si occurrat, et postea Commemoratio de Cruce ut infra, 750.

EXCERPTA

E COMMUNI SANCTORUM

PRÆNOTANDUM.

Post Commune Sanctorum, per extensum appositi sunt tam Psalmi festivi ad Laudes et Vesperas, quam Antiphonæ et Versus in Commemorationibus Sanctorum et Suffragiis; quibus adjungere placuit, ad usum Cantoris, Versus ad Horas minores, et, ad usum Hebdomadarii, Versus et Orationes quæ sequuntur Antiphonas Mariales in fine Officii.

Hoc ipsum autem ob maximam psallentium commoditatem factum est, ne scilicet Antiphonæ a Psalmis nimium essent remotæ, et in Festis non sine gravamine ac aliquali libri destructione tota fere Antiphonarii moles ad inquirendos Psalmos, etc., identidem volvi revolvique debeat.

(Ex antiquo Psalterio Monastico)

PSALMI FESTIVI

AD LAUDES ET VESPERAS.

Psalmi ad Laudes.

Psalmus 66.

DEus misereátur nostri, et benedícat nobis : * illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam : * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus :* confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exsúltent gentes : † quóniam júdicas pópulos in æquitáte, * et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus :† confiteántur tibi pópuli omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus : * et métuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri.

Psalmus 92.

DOminus regnávit, decórem indútus est : * indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcinxit se.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc : * a sǽculo tu es.

Elevavérunt flúmina Dómine : * elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos, * a vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris : * mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis : * domum tuam decet sanctitúdo Dómine in longitúdinem diérum.

Glória Patri.

Psalmus 99.

JUbiláte Deo omnis terra : * servíte Dómino in lætítia.

Introíte in conspéctu ejus,* in exsultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus : * ipse fecit nos, et non ipsi nos.

Pópulus ejus, et oves páscuæ ejus : † introíte portas ejus in confessióne, * átria ejus in hymnis : confitémini illi.

Laudáte nomen ejus : quóniam suávis est Dóminus, † in ætérnum misericórdia ejus, * et usque in generatiónem et generatiónem véritas ejus.

Glória Patri.

Psalmus 62.

DEus Deus meus * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta et ínvia et inaquósa : † sic in sancto appárui tibi, * ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas : * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea : * et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea : * et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, † in matutínis meditábor in te : * quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhǽsit ánima mea post te : * me suscépit déxtera tua.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, † introíbunt in inferióra terræ : * tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, † laudabúntur omnes qui jurant in eo : * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Glória Patri.

Canticum trium puerorum.

Dan. 3, 57-88 et 56.

BEnedícite ómnia ópera Dómini Dómino : * laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino : * benedícite cæli Dómino.

Benedícite aquæ omnes quæ super cælos sunt Dómino : *

benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol et luna Dómino : * benedícite stellæ cæli Dómino.

Benedícite omnis imber et ros Dómino : * benedícite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis et æstus Dómino : * benedícite frigus et æstus Dómino.

Benedícite rores et pruína Dómino : * benedícite gelu et frigus Dómino.

Benedícite glácies et nives Dómino : * benedícite noctes et dies Dómino.

Benedícite lux et ténebræ Dómino : * benedícite fúlgura et nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum : * laudet et superexáltet eum in sǽcula.

Benedícite montes et colles Dómino : * benedícite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino : * benedícite mária et flúmina Dómino.

Benedícite cete et ómnia quæ movéntur in aquis Dómino : * benedícite omnes vólucres cæli Dómino.

Benedícite omnes béstiæ et pécora Dómino : * benedícite filii hóminum Dómino.

Benedícat Israel Dóminum : * laudet et superexáltet eum in sǽcula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dómino : * benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus et ánimæ justórum Dómino : * benedícite sancti et húmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía, Azaría, Mísael Dómino : * laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu : * laudémus et superexaltémus eum in sǽcula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli : * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sǽcula.

Hic non dicitur Glória Patri, *neque* Amen.

Psalmi 148, 149, 150.

Psalmus 148.

LAudáte Dóminum de cælis : * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus : * laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna : * laudáte eum omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum cæli cælórum : * et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta

sunt : * ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum et in sǽculum sǽculi : * præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes et omnes abýssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum : * quæ fáciunt verbum ejus :

Montes et omnes colles : * ligna fructífera et omnes cedri.

Béstiæ et univérsa pécora : * serpéntes et vólucres pennátæ.

Reges terræ et omnes pópuli : * príncipes et omnes júdices terræ.

Júvenes et vírgines : † senes cum junióribus laudent nomen Dómini : * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cælum et terram : * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus : * fíliis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 149.

CAntáte Dómino cánticum novum : * laus ejus in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israel in eo qui fecit eum : * et fílii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in týmpano et psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo : * et exaltábit mansuétos in salútem.

Exsultábunt sancti in glória : * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum : * et gládii ancípites in mánibus eórum :

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus : * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus : * et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judícium conscríptum : * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 150.

LAudáte Dóminum in sanctis ejus : * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ : * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro : * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus : † laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis : * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri.

Canticum Zachariæ. *Luc. 1, 68-79.*

BEnedíctus Dóminus Deus Israel, * quia visitávit, et fecit redemptiónem plebis suæ.

Et eréxit cornu salútis nobis, * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sǽculo sunt, prophetárum ejus :

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium qui odérunt nos :

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris : * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis :

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte et justítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis : * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus :

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus, * in remissiónem peccatórum eórum :

Per víscera misericórdiæ Dei nostri : * in quibus visitávit nos, óriens ex alto :

Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis sedent : * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri.

Psalmi Vespertini.

Psalmi de Dominica.

Psalmus 109.

DIxit Dóminus Dómino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion : * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum : * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus et non pænitébit eum : * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas : * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet : * proptérea exaltábit caput.

Glória Patri.

Psalmus 110.

Confitébor tibi Dómine in toto corde meo : * in consílio justórum, et congregatióne.

Magna ópera Dómini : * exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Conféssio et magnificéntia opus ejus : * et justítia ejus manet in sǽculum sǽculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus : * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sǽculum testaménti sui : * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo :

Ut det illis hæreditátem géntium : * ópera mánuum ejus véritas et judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus : † confirmáta in sǽculum sǽculi : * facta in veritáte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo : * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum et terríbile nomen ejus : * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in sǽculum sǽculi.

Glória Patri.

Psalmus 111.

Beátus vir qui timet Dóminum : * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generátio rectórum benedicétur.

Glória et divítiæ in domo ejus : * et justítia ejus manet in sǽculum sǽculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis : * miséricors, et miserátor, et justus.

Jucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermónes suos in judício : * quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit justus : * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, † confirmátum est cor ejus : * non commovébitur donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus : †

justítia ejus manet in sǽculum sǽculi : * cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet : * desidérium peccatórum períbit.

Glória Patri.

Psalmus 112.

LAudáte púeri Dóminum : * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in sǽculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem :

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Glória Patri.

Canticum Beatæ Mariæ Virginis.

Luc. 1, 46-55.

MAgníficat * ánima mea Dóminum :

Et exsultávit spíritus meus * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ : * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo : * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis : * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini ejus in sǽcula.

Glória Patri.

Alii Psalmi pro diversitate Festorum.

E Communi Apostolorum et Martyrum.

Psalmus 115.

CRédidi, propter quod locútus sum : * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam : * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus : * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus :

O Dómine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea : ✝ tibi sacrificábo hóstiam laudis, * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus, * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

Glória Patri.

E Communi Apostolorum.

Psalmus 138.

DOmine, probásti me, et cognovísti me : * tu cognovísti sessiónem meam et resurrectiónem meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longe : * sémitam meam et funículum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidísti : * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovísti ómnia novíssima et antíqua : * tu formásti me, et posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me : * confortáta est, et non pótero ad eam.

Quo ibo a spíritu tuo? * et quo a fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in cælum, tu illic es : * si descéndero in inférnum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculo, * et habitávero in extrémis maris :

Etenim illuc manus tua dedúcet me : * et tenébit me déxtera tua.

Et dixi : Fórsitan ténebræ conculcábunt me : * et nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabúntur a te, † et nox sicut dies illuminábitur : * sicut ténebræ ejus, ita et lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos : * suscepísti me de útero matris meæ.

Confitébor tibi quia terribíliter magnificátus es : † mirabília ópera tua, * et ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum a te, quod fecísti in occúlto : * et substántia mea in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, † et in libro tuo omnes scribéntur : * dies formabúntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus : * nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur : * exsurréxi, et adhuc sum tecum.

Si occíderis Deus peccatóres : * viri sánguinum declináte a me :

Quia dícitis in cogitatióne : * accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te Dómine, óderam? * et super inimícos tuos tabescébam?

Perfécto ódio óderam illos : * et inimíci facti sunt mihi.

Proba me Deus, et scito cor meum : * intérroga me, et cognósce sémitas meas.

Et vide, si via iniquitátis in me est : * et deduc me in via ætérna.

Glória Patri.

E Communi Confessorum Pontificum.

Psalmus 131.

MEménto Dómine David, * et omnis mansuetúdinis ejus :

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob :

Si introíero in tabernáculum domus meæ, * si ascéndero in lectum strati mei :

Si dédero somnum óculis meis, * et pálpebris meis dormitatiónem :

Et réquiem tempóribus meis : donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata : * invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus : * adorábimus in loco ubi stetérunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem

tuam, * tu et arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur justítiam : * et sancti tui exsúltent.

Propter David servum tuum,* non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David veritátem, et non frustrábitur eam :* de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodíerint fílii tui testaméntum meum, * et testimónia mea hæc, quæ docébo eos :

Et fílii eórum usque in sæculum, * sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion : * elégit eam in habitatiónem sibi.

Hæc réquies mea in sæculum sæculi : * hic habitábo quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam : * páuperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam salutári : * et sancti ejus exsultatióne exsultábunt.

Illuc prodúcam cornu David : * parávi lucérnam Christo meo.

Inimícos ejus índuam confusióne : * super ipsum autem efflorébit sanctificátio mea.

Glória Patri.

E Communi Virginum.

Psalmus 121.

LÆtátus sum in his quæ dicta sunt mihi : * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas : * cujus participátio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini : * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in judício, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem : * et abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua : * et abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos et próximos meos, * loquébar pacem de te :

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi bona tibi.

Glória Patri.

Psalmus 126.

NIsi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum labo-ravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere : * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum : * ecce hæréditas Dómini, fílii : merces, fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis : * ita fílii excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis : * non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.

Glória Patri.

In variis Festivitatibus.

Psalmus 137.

COnfitébor tibi Dómine in toto corde meo : * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi : * adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua et veritáte tua : * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me : * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ : * quia audiérunt ómnia verba oris tui :

Et cantent in viis Dómini : * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, et humília réspicit : * et alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me : † et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, * et salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me : † Dómine misericórdia tua in sǽculum : * ópera mánuum tuárum ne despícias.

Glória Patri.

Psalmus 147.

LAuda Jerúsalem Dóminum : * lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum : * benedíxit fíliis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem : * et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ : * velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas : * ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emíttet verbum suum, et liquefáciet ea : * flabit spíritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob : * justítias et judícia sua Israel.

Non fecit táliter omni natióni : * et judícia sua non manifestávit eis.

Glória Patri.

VERSUS AD HORAS MINORES

IN OFFICIIS DE COMMUNI.

De Apostolis, extra T. P.

Ad Tertiam. ℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Sextam. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.
℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Nonam. ℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus.
℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

De Apostolis et Martyribus

Tempore Paschali.

Ad Tertiam. ℣. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allelúia.
℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúia.

Ad Sextam. ℣. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, allel.
℟. Et ætérnitas témporum, allelúia.

Ad Nonam. ℣. Lætítia sempitérna super cápita eórum, allelúia.
℟. Gáudium et exsultatiónem obtinébunt, allelúia.

De Uno Martyre, extra T. P.

Ad Tertiam. ℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.
Ad Sextam. ℣. Posuísti Dómine super caput ejus.
℟. Corónam de lápide pretióso.
Ad Nonam. ℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.
℟. Glóriam et magnum decórem impónes super eum.

De Pluribus Martyribus, extra T. P.

Ad Tertiam. ℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.
Ad Sextam. ℣. Exsúltent justi in conspéctu Dei.
℟. Et delecténtur in lætítia.
Ad Nonam. ℣. Justi autem in perpétuum vivent.
℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

De Confessore Pontifice.

Ad Tertiam. ℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.
Ad Sextam. ℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi.
℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.
Ad Nonam. ℣. Tu es sacérdos in ætérnum.
℟. Secúndum órdinem Melchísedech.

De Confessore non Pontifice.

Ad Tertiam. ℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.
Ad Sextam. ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium.
Ad Nonam. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus.
℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

De Virginibus et non Virginibus.

Ad Tertiam. ℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

Ad Sextam. ℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

Ad Nonam. ℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

In Dedicatione Ecclesiæ.

Ad Tertiam. ℣. Domum tuam Dómine decet sanctitúdo.
℟. In longitúdinem diérum.

Ad Sextam. ℣. Locus iste sanctus est, in quo orat sacérdos.
℟. Pro delíctis et peccátis pópuli.

Ad Nonam. ℣. Hæc est domus Dómini fírmiter ædificáta.
℟. Bene fundáta est supra firmam petram.

De Beata Maria Virgine.

Ad Tertiam. ℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

Ad Sextam. ℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

Ad Nonam. ℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

ANTIPHONÆ ET VERSUS

PRO COMMEMORATIONIBUS SANCTORUM

AD LAUDES ET VÉSPERAS.

PRO MARTYRIBUS

TEMPORE PASCHALI.

IN I VESPERIS.

Antiphona. 1


LUX per-pé-tu- a * lu-cé-bit Sanctis tu- is, Dó-mi-ne : et æ-térni- tas témpo-rum, al-le- lú- ia.

℣. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allelúia.
℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúia.

AD LAUDES.

Ant. 1

FI-li- æ Je- rú-sa- lem, * ve- ní-te, et vi- dé- te Már-ty-res cum co-ró- nis qui-bus co-ro-ná- vit e- os Dómi-




nus in di- e sol-emni- tá-tis et læ- tí- ti- æ, al-

le- lú- ia, al-le- lú- ia.


℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors sanctórum ejus, allelúia.

IN II VESPERIS.


Ant. VIII



S An- cti et justi * in Dómi-no gaudé- te, al-



le-lú- ia : vos e-lé-git De- us in hære-di- tá- tem si- bi,



alle- lú- ia.


℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors sanctórum ejus, allelúia.

PRO UNO MARTYRE

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

IN I VESPERIS.

Ant. VIII



I - ste sanctus * pro le-ge De- i su- i certá- vit





℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

AD LAUDES.

Ant. III





℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

IN II VESPERIS.

Ant. I






℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

PRO PLURIBUS MARTYRIBUS


EXTRA TEMPUS PASCHALE.

IN I VESPERIS.

Ant. VIII



I -stó-rum est e-nim * regnum cæ-ló-rum, qui con-



tempsé-runt vi-tam mundi, et perve-né-runt ad prǽmi- a re-



gni, et lavé-runt sto-las su- as in sán- gui-ne Agni.

℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.


℟. Et gloriámini omnes recti corde.

AD LAUDES.

Ant. V



V Estri ca-pil- li cá- pi- tis * omnes nume-rá- ti



sunt : no- lí- te timé- re : mul-tis passé-ri-bus me- li- ó-res




estis vos.

℣. Exsultábunt Sancti in glória.


℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

IN II VESPERIS.

Ant. VI



G Audent in cæ- lis * á-nimæ Sanctó-rum, qui



Chri-sti ve-stí- gi- a sunt se- cú- ti : et qui- a pro e-jus



amó- re sángui-nem su- um fu- dé- runt, íd-e- o cum



Chri-sto exsúltant si-ne fi- ne.

℣. Exsultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.


PRO CONFESSORE PONTIFICE.

IN I VESPERIS.


Ant. I



S Acér- dos et Pónti-fex, * et virtú-tum ó-pi- fex,



pastor bone in pó-pu-lo : o- ra pro no-bis † Dóminum.




T. P. † Dómi-num, alle- lú- ia.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

AD LAUDES.


Ant. 1



E U- ge, * serve bo-ne et fi-dé- lis, qui- a in



pauca fu- ísti fi-dé- lis, supra multa te consti-tu-am,



di- cit † Dómi-nus. *T. P.* † Dómi-nus, alle- lú- ia.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

IN II VESPERIS.


Ant. 1



A -mávit e- um Dómi-nus, * et orná- vit e- um :



sto-lam gló-ri- æ índu- it e- um, et ad por-tas pa-ra-dí-



℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Pro Summis Pontificibus.

IN II VESPERIS.

Ant. I

DUM esset Summus Pónti- fex, * terréna non mé- tu- it : sed ad cæ-lésti- a regna † glo-ri- ó-sus mi-grá- vit. *T. P.* † glo-ri- ó-sus migrá- vit, al-le- lú- ia.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

PRO DOCTORIBUS.

IN UTRISQUE VESPERIS.

Ant. II


O Doctor ó-ptime, * Ecclé- si- æ sanctæ lu-





* Nomina Doctorum Ecclesiæ.





In I Vesperis :

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

In II Vesperis :

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

AD LAUDES.


Ant. et ℣. de Confessore Pontifice vel non Pontifice, pro qualitate Sancti.


PRO CONFESSORE NON PONTIFICE.


L.K.

IN I VESPERIS.

Ant. I










℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

AD LAUDES.

Ant. IV









℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

IN II VESPERIS.

Ant. VIII



HIC vir, despí- ci- ens mundum * et terré-na, tri- úm-



phans, di-ví-ti- as cæ- lo cóndi-dit o- re, ma-nu.

T. P. Alle-lú- ia.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.


PRO UNA VIRGINE.

IN I VESPERIS.

Ant. VIII



VE- ni sponsa Christi, * ácci-pe co- ró- nam, quam




ti-bi Dómi-nus præpa-rá-vit † in æ-térnum. *T. P.* † in ætér-

num, alle-lú- ia.

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD LAUDES.

Ant. VIII




S Imi-le est * regnum cæ-ló- rum hómi-ni nego- ti- a-



tó- ri quæ-rénti bo-nas marga-rí- tas : invénta una pre-



ti- ó- sa, de-dit ómni- a su- a, et compa- rá- vit




† e- am. *T. P.* † e- am, alle-lú- ia.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

IN II VESPERIS.


Ant. VII



V E-ni sponsa Chri-sti, * ácci-pe co-ró-nam, quam ti-



bi Dóminus præpa-rá-vit † in ætér-num. *T. P.* † in æ-térnum, al-



le-lú- ia.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Pro Pluribus Virginibus.

AD LAUDES ET VESPERAS.

Ant. IV







℣. Adducéntur Regi Vírgines post eam.
℟. Próximæ ejus afferéntur tibi.


PRO UNA MARTYRE NON VIRGINE
ET UNA VEL PLURIBUS
NEC MARTYRIBUS NEC VIRGINIBUS.


IN I VESPERIS.

Ant. I











℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD LAUDES.

Ant. VII








℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

IN II VESPERIS.

Ant. IV







℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Pro Pluribus Martyribus non Virginibus.

AD LAUDES ET VESPERAS.

Ant. VIII









℣. Glória et honóre coronásti eas Dómine.
℟. Et constituísti eas super ópera mánuum tuárum.

COMMEMORATIONES COMMUNES.

Extra Tempus Paschale.

SUFFRAGIUM DE OMNIBUS SANCTIS.

AD VESPERAS ET LAUDES.



℣. Mirificávit Dóminus Sanctos suos.
℟. Et exaudívit eos clamántes ad se.

Orémus. *Oratio.*


A cunctis nos, quǽsumus Dómine, mentis et córporis defénde perículis: * et, intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genitríce María, cum beáto Joseph, beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, beáto *N.* atque beáto Patre nostro Benedícto, et ómnibus Sanctis, salútem nobis tríbue benígnus et pacem; * ut, destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis, Ecclésia tua secúra tibi sérviat libertáte. Per eúmdem Dóminum.

Tempore Paschali.

COMMEMORATIO DE CRUCE.

AD VESPERAS.


Ant. II



CRu-cem sanctam súb-i- it * qui inférnum confré-



git, accínctus est po- ténti- a, surré-xit di- e térti- a,



al-le- lú- ia.

℣. Dícite in natiónibus, allelúia.
℞. Quia Dóminus regnávit a ligno, allelúia.

Orémus. *Oratio.*


DEus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem : * concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem Dóminum.

AD LAUDES.

Ant. VI



CRu-ci- fí-xus * surré-xit a mór-tu- is, et red-



émit nos, al-le- lú- ia, alle-lú- ia.

℣. Dícite *et Oratio* Deus qui pro nobis, *ut supra ad Vesperas.*

VERSUS ET ORATIONES
AD ANTIPHONAS MARIALES
in fine Officii.

A Dominica I Adventus usque ad Purificationem.

Antiphona Alma.

In Adventu :

℣. Angelus Dómini nuntiávit Maríæ.
℟. Et concépit de Spíritu Sancto.

Orémus. *Oratio.*

GRátiam tuam, quǽsumus Dómine, méntibus nostris infúnde: † ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui Incarnatiónem cognóvimus, * per passiónem ejus et crucem ad resurrectiónis glóriam perducámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

A primis Vesperis Nativitatis Domini et deinceps :

℣. Post partum Virgo invioláta permansísti.
℟. Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fecúnda, humáno géneri prǽmia præstitísti : † tríbue, quǽsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, * per quam merúimus auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. ℟. Amen.

A Purificatione usque ad Pascha.

Antiphona Ave.

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Orémus. *Oratio.*

Concéde, miséricors Deus, fragilitáti nostræ præsídium : † ut qui sanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, * intercessiónis ejus auxílio a nostris iniquitátibus resurgámus. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tempore Paschali.

Antiphona Regína cæli.

℣. Gaude et lætáre Virgo María, allelúja.
℟. Quia surréxit Dóminus vere, allelúja.

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui per resurrectiónem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum lætificáre dignátus es : † præsta quǽsumus ; ut per ejus Genitrícem Vírginem Maríam * perpétuæ capiámus gáudia vitæ. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Per Annum,

a Festo SS. Trinitatis usque ad Adventum.

Antiphona Salve.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus. *Oratio.*

Omnípotens sempitérne Deus, qui gloriósæ Vírginis Matris Maríæ corpus et ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu Sancto cooperánte præparásti : † da, ut cujus commemoratióne lætámur, * ejus pia intercessióne ab instántibus malis et a morte perpétua liberémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Post Orationem dicitur :

℣. Divínum auxílium máneat semper nobíscum.
℟. Et cum frátribus nostris abséntibus. Amen.

PROPRIUM SANCTORUM

Festa Novembris.

¶ *In Adventu fit tantum de Festo Duplici et de die infra Octavam. Quod si occurrant in Dominica, de iis fit commemoratio tantum in utrisque Vesperis et Laudibus, nisi Festum fuerit Duplex I vel II Classis : Festum Duplex I Classis occurrens in Dominica I Adventus transfertur; si occurrat in aliis Dominicis, fit de eo cum commemoratione Dominicæ; Festum Duplex II Classis occurrens in Dominica quacumque Adventus transfertur. De die Octava simplici et de Memoria fit tantum commemoratio.*

29. *S. Saturnini, Martyris.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant*. Iste Sanctus, ℣. Glória et honóre, 736.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Saturníni Mártyris tui concédis natalítio pérfrui : * ejus nos tríbue méritis adjuvári. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant*. Qui odit, ℣. Justus, 737.

Eadem die.

IN VIGILIA S. ANDREÆ, APOSTOLI.

In Adventu, nihil fit de Vigilia S. Andreæ Apost. in Officio. Extra Adventum, omnia ut in Psalterio, præter Orat. sequentem :

Oratio.

Quǽsumus, omnípotens Deus: † ut beátus Andréas Apóstolus, cujus prævenímus festivitátem, tuum pro nobis implóret auxílium; * ut a nostris reátibus absolúti, a cunctis étiam perículis eruámur. Per Dóminum.

Deinde comm. S. Saturnini *Mart. ut supra.*

¶ *Si vero Festum S. Andreæ venerit Feria II, fit de Vigilia in Sabbato præced. et commem. S. Saturnini in Dominica.*

---

30. S. ANDREÆ, APOSTOLI.

Duplex II Classis

IN I VESPERIS.

Antiphona Salve crux pretiósa, *cum reliquis de Laudibus. Ps. de Dominica,* 725. *Capitulum ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Constítues *et Hymnus* Exsúltet, 620.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 f

U-NUS ex du-ó-bus * qui se-cú-ti sunt Dó-mi-num, e-rat André-as, fra-ter Si-mó-nis Pe-tri, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

In Adventu, fit commemoratio Feriæ.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. VII c

SAlve Crux pre-ti- ó- sa, * súsci-pe disci-pu-lum e- jus qui pe-péndit in te, ma-gíster me- us Chri-stus. E u o u a e.

2 Ant. VIII G

BE-á-tus André- as * o-rá-bat di- cens : Dó- mi-ne, Rex æ-térnæ gló- ri- æ, súsci-pe me pendéntem in pa-tí-bu-lo. E u o u a e.


3 Ant. VIII G

ANdré- as * Chri-sti fámu-lus, dignus De- i A-pó-sto- lus, germá-nus Pe-tri, et in passi- ó-ne só-ci- us. E u o u a e.

4 Ant. VIII G




MAximíl-la * Christo amá-bi- lis, tu-lit corpus A-pó-




sto- li : óptimo lo-co cum a-romá-ti-bus se-pe- lí- vit.

E u o u a e.

5 Ant. VII a



QUI perseque-bántur justum, * demersí-sti e- os Dó-



mi-ne in inférno : et in ligno cru-cis dux ju-sti fu- í-sti

E u o u a e.


Capitulum. *Rom. 10, 10-11.*


FRatres : Corde enim créditur ad justítiam, † ore autem confféssio fit ad salútem. * Dicit enim Scriptúra : Omnis qui credit in illum, non confundétur.

℟. *br.* In omnem terram *et Hymnus* Exsúltet, 623.


℣. Annuntiavérunt ópera Dei.
℟. Et facta ejus intellexérunt.

Ad Benedictus, Antiphona. VII a





mi-nem sanctum : ne interfí-ci- as hóminem De- o ca- rum,



Oratio.

MAjestátem tuam Dómine supplíciter exorámus : † ut sicut Ecclésiæ tuæ beátus Andréas Apóstolus éxstitit prædicátor et rector; * ita apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor. Per Dóminum.

In Adventu, fit commemoratio Feriæ.

AD TERTIAM.

Antiphona Beátus Andréas, 755. *Capitulum e Laudibus.*

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

AD SEXTAM.

Antiphona Andréas, 755.

Capitulum. *Rom. 10, 12-13.*

NON enim est distínctio Judǽi et Græci : † nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui ínvocant illum. * Omnis enim quicúmque invocáverit nomen Dómini, salvus erit.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.
℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

AD NONAM.

Antiphona Qui persequebántur justum, 756.

Capitulum. *Rom. 10, 16-18.*

Isaías enim dicit : Dómine, quis crédidit audítui nostro? Ergo fides ex audítu, audítus autem per verbum Christi. ✠ Sed dico : Numquid non audiérunt? Et quidem in omnem terram exívit sonus eórum, * et in fines orbis terræ verba eórum.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus.
℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

IN II VESPERIS.

Ant. de Laudibus. Psalmi ut in II Vesp. Apostolorum : Dixit Dóminus, 725, Laudáte, 727, Crédidi *et* Dómine probásti me, 728.


Capitulum e Laudibus.


℟. *br.* Constítues *et Hymnus* Exsúltet, 620.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.
℟. Et facta ejus intellexérunt.

Ad Magnificat, Antiphona. I D

CUM perve- nísset * be- á-tus André- as ad locum u-bi crux pa-rá- ta e- rat, exclamávit et di- xit : O bo-na crux, di- u de-si-de- rá- ta, et jam concupiscénti á-nimo præpa-rá- ta : se-cú-rus et gau-dens vé-ni- o ad





In Adventu, fit commemoratio Feriæ.

Festa Decembris.

2. S. PETRI CHRYSOLOGI, EPISC., CONF. ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex.

Ant. O Doctor... beáte Petre Chrysóloge, 665.

Oratio.

DEus, qui beátum Petrum Chrysólogum Doctórem egrégium, divínitus præmonstrátum, ad regéndam et instruéndam Ecclésiam tuam éligi voluísti : † præsta, quǽsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

In Adventu, fit comm. Feriæ.

In II Vesperis, *comm. Feriæ; deinde comm.* S. FRANCISCI XAVERII *Conf.* : *Ant.* Similábo eum, ℣. Amávit, 743, *Oratio ut infra.*

3. *S. Francisci Xaverii, Confessoris.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Serve bone, ℣. Justum, 743.

Oratio.

DEus, qui Indiárum gentes beáti Francísci prædicatióne et miráculis Ecclésiæ tuæ aggregáre voluísti : * concéde propítius; ut cujus gloriósa mérita venerámur, virtútum quoque imitémur exémpla. Per Dóminum.

---

6. *S. Nicolai, Episcopi et Confessoris.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Sacérdos et Póntifex, ℣. Amávit, 739.

Oratio.

DEus, qui beátum Nicoláum Pontíficem innúmeris decorásti miráculis : * tríbue quǽsumus; ut ejus méritis et précibus a gehénnæ incéndiis liberémur. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Euge, ℣. Justum, 740.

Vesp. de sequenti.

---

7. S. AMBROSII,

EPISC., CONF. ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex majus. (m. t. v.)

Ant. O Doctor óptime... beáte Ambrósi, ℣. Amávit, 665.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Ambrósium minístrum tribuísti : † præsta, quǽsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

Comm. Feriæ in Vesperis et Laudibus.

Vesperæ de sequenti.

¶ *De Vigilia Immaculatæ Conceptionis B. M. V. nihil fit nisi in Missa.*

Die 8 Decembris.

IN CONCEPTIONE IMMACULATA B. MARIÆ VIRGINIS.

Duplex I Classis cum Octava communi.


IN I VESPERIS.


Antiphonæ de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V. : Dixit Dóminus, 725, Laudáte, 727, Lætátus sum, 730, Nisi Dóminus, 731.

Capitulum. *Prov. 8, 22-24.*


DOminus possédit me in inítio viárum suárum, ántequam quidquam fáceret a princípio. † Ab ætérno ordináta sum, et ex antíquis ántequam terra fíeret : * nondum erant abýssi, et ego jam concépta eram.

Responsorium breve. VI










Vel, ad libitum, ℟. Nihil inquinátum, *ad calcem Antiphonarii*

Tonus simplex pro diebus infra Octavam.

℟. br. VI









Hymnus Ave maris stella, 704.








Ad Magnificat, Antiphona. VIII G


B E-á-tam me di-cent * omnes ge-ne-ra-ti-ó-nes,


qui-a fe-cit mi-hi magna qui po-tens est, alle-lú- ia.


E u o u a e.

Oratio.


DEus, qui per immaculátam Vírginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum præparásti : * quǽsumus; ut qui ex morte ejúsdem Fílii tui prævísa, eam ab omni labe præservásti, nos quoque mundos ejus intercessióne ad te perveníre concédas. Per eúmdem Dóminum.

Et fit commemoratio Feriæ tantum.

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono Festorum B. M. V., et in fine dicitur :* Glória tibi Dómine, Qui natus es de Vírgine. *Et ita per Octavam ad Horas minores et Completorium, præterquam in Officiis de Tempore, in quibus resumitur tonus Adventus cum Doxologia communi.*

AD LAUDES ET PER HORAS.


1 Antiphona. I g 2


TOTA pulchra es Ma-ri-a, * et mácu-la o-ri-



gi-ná-lis non est in te. E u o u a e.

2 Ant. VIII G




VEstiméntum tu-um * cándi-dum qua-si nix, et fá-




ci-es tu-a sic-ut sol. E u o u a e.

3 Ant. VIII a




TU glóri-a Je-rú-sa-lem, * tu læ-tí-ti-a Isra-el,



tu hono-ri-fi-cénti-a pó-pu-li nostri. E u o u a e.


4 Ant. VII a



BEne-dícta es tu, * Virgo Ma-rí-a, a Dó-mi-no



De-o excél-so præ ómnibus mu-li-é-ribus super ter-ram.



E u o u a e.

5 Ant. III a




TRahe nos * Virgo imma-cu-lá-ta, post te curré-



Capitulum. *Prov. 8, 22-24.*

Dominus possédit me in inítio viárum suárum, ántequam quidquam fáceret a princípio. † Ab ætérno ordináta sum, et ex antíquis ántequam terra fíeret : * nondum erant abýssi, et ego jam concépta eram.

℟. br. VI D









Hymnus. O gloriósa Dómina, 709.


℣. Immaculáta Concéptio est hódie Sanctæ Maríæ Vírginis
℟. Quæ serpéntis caput virgíneo pede contrívit.


Ad Benedictus, Antiphona. III a

A









Oratio.

Deus, qui per immaculátam Vírginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum præparásti : + quǽsumus ; ut qui ex morte ejúsdem Fílii tui prævísa, eam ab omni labe præservásti, * nos quoque mundos ejus intercessióne ad te perveníre concédas. Per eúmdem Dóminum.

Et fit commemoratio Feriæ.

AD TERTIAM.

Antiphona Vestiméntum tuum, 764. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Deus omnípotens præcínxit me virtúte.

℟. Et pósuit immaculátam viam meam.

AD SEXTAM.

Antiphona Tu glória Jerúsalem, 764.

Capitulum. *Ezech. 44, 2-3.*

Porta hæc clausa erit, non aperiétur, et vir non intrábit per eam, quóniam Dóminus Deus Israel ingréssus est per eam : † erítque clausa príncipi. * Princeps ipse sedébit in ea.

℣. In hoc cognóvi quóniam voluísti me.

℟. Quóniam non gaudébit inimícus meus super me.

AD NONAM.

Antiphona Trahe nos, 764.

Capitulum. *Apoc. 12, 1.*

Signum magnum appáruit in cælo : † Múlier amícta sole, et luna sub pédibus ejus, * et in cápite ejus coróna stellárum duódecim.

℣. Exaltábo te Dómine, quóniam suscepísti me.
℟. Nec delectásti inimícos meos super me.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :

℣. Immaculáta Concéptio est hódie Sanctæ Maríæ Vírginis.
℟. Quæ serpéntis caput virgíneo pede contrívit.

Ad Magnificat, Antiphona. I D*







Et fit commemoratio Feriæ.

¶ *Infra Octavam et in die Octava Officium fit ut in Festo. Versus autem ad Vesperas cantatur in tono communi.*

---

9. INFRA OCT. CONCEPT. IMMAC. B. M. V.

Semiduplex.

Ad Vesperas, *comm. Feriæ et* S. Melchiadis *Papæ et Mart.* : *Ant.* Iste Sanctus, ℣. Glória, 736, *Oratio* Infirmitátem *ut infra.*

10. INFRA OCT. CONCEPT. IMMAC. B. M. V.

Semiduplex.

Ad Laudes, *comm. Feriæ; deinde comm.* S. Melchiadis : *Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737.

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : * et quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Melchíadis Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Ad Vesperas, *comm. Feriæ; deinde comm.* S. Damasi *Papæ et Confessoris : Ant.* Sacérdos et Póntifex, ℣. Amávit, 739. *Oratio* Exáudi *ut infra.*

11. INFRA OCT. CONCEPT. IMMAC. B. M. V.

Semiduplex.

Ad Laudes, *comm. Feriæ; deinde comm.* S. Damasi : *Ant.* Euge. ℣. Justum, 740.

Oratio.

EXáudi Dómine preces nostras : * et interveniénte beáto Dámaso Confessóre tuo atque Pontífice, indulgéntiam nobis tríbue placátus et pacem. Per Dóminum.

Ad Vesperas, *comm. Feriæ.*

12. INFRA OCT. CONCEPT. IMMAC. B. M. V.

Semiduplex.

Vesp. de seq., cum comm. Oct. et Feriæ.

13. S. LUCIÆ, VIRGINIS ET MARTYRIS.

Duplex majus.

IN I VESPERIS.

Ant. de Laudibus. Psalmi ut in Communi Virginum : Dixit Dóminus, 725, Laudáte púeri, 727, Lætátus sum, 730, Nisi Dóminus, 731.

Capitulum e Laudibus.

℟. *br. de Communi,* 676, *et Hymnus* Jesu coróna *cum Doxologia de B. M. V., sed in tono de Communi, ut infra ad Laudes.*

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.

℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

Ad Magnificat, Antiphona.

1 f

IN tu- a pa-ti- énti- a * posse-dísti á-nimam tu- am, Lú-ci- a sponsa Chri-sti ; o-dísti quæ in mundo sunt, et co-rúscas cum Ange- lis : sángui-ne própri- o in-imí-cum vi-cí-sti. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes. Commemoratio Octavæ, 767, *et Feriæ.*

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. VII d

O-rán- te * sancta Lú-ci- a, appá- ru- it e- i be- á-ta Agatha : et conso-labá-tur ancíl-lam Chri- sti. E u o u a e.

2 Ant. VII a

LUci- a Virgo, * quid a me pe- tis quod ipsa pó- te- ris præstáre contí-nu- o matri tu- æ? E u o u a e.

3 Ant. VIII G

PER te Lúci- a Virgo, * cí-vi-tas Sy- ra-cusá- na de-co-rá-bi-tur a Dómi-no Je-su Chri- sto. E u o u a e.

4 Ant. VIII G

BEne- dí-co te, * Pa-ter Dómi-ni me- i Je-su Chri-sti: qui- a per Fí- li- um tu- um ignis exstínctus est a lá- te-re me- o. E u o u a e.

5 Ant. VIII G

SOror me- a Lúci- a, * Virgo De- o de-vó- ta, quid a me pe- tis quod ipsa pó-te-ris præstá-re contí-nu- o




Capitulum. *2 Cor. 10, 17-18.*

FRatres : Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. † Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est : * sed quem Deus comméndat.

℟. *br.* Spécie tua, *de Communi*, 680.

Hymnus.



Qui pascis inter lília,
Septus choréis Vírginum,
Sponsus decórus glória,
Sponsísque reddens prǽmia.


Quocúmque pergis, Vírgines
Sequúntur, atque láudibus
Post te canéntes cúrsitant,
Hymnósque dulces pérsonant.

Te deprecámur lárgius,
Nostris adáuge sénsibus,
Nescíre prorsus ómnia
Corruptiónis vúlnera.


Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona.







Oratio.

Exáudi nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátæ Lúciæ Vírginis et Mártyris tuæ festivitáte gaudémus; * ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Commemoratio Octavæ, 765, *et Feriæ.*

AD TERTIAM.

Antiphona Lúcia Virgo, 770. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM.

Antiphona Per te Lúcia Virgo, 770.

Capitulum. *2 Cor. 11, 2.*

Æmulor enim vos Dei æmulatióne. † Despóndi enim vos uni viro * vírginem castam exhibére Christo.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD NONAM.

Antiphona Soror mea Lúcia, 770.

Capitulum. *Eccli. 51, 13-14.*

Dómine Deus meus, exaltásti super terram habitatiónem meam, et pro morte defluénte deprecáta sum. † Invocávi Dóminum Patrem Dómini mei, ut non derelínquat me in die tribulatiónis meæ, * et in témpore superbórum sine adjutório.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Antiphona.



T Anto pónde-re e- am fi- xit * Spí-ri- tus Sanctus, ut



Virgo Dómi-ni immó- bi- lis per-mané- ret. E u o u a e.

Commem. Octavæ ut in I Vesperis Festi (vel ut in II Vesperis, si die sequenti fiat Officium de Tempore).

Postea commemoratio Feriæ.

---

14. INFRA OCT. CONCEPT. IMMAC. B. M. V.

Semiduplex.

Vesperæ de sequenti, cum comm. Feriæ.

¶ Si hac die occurrat Feria IV Quatuor Temp., Officium fit de Feria ut in Psalterio et Proprio de Tempore, cum comm. Octavæ.

Si vero dies Octava venerit in Feriam IV Quatuor Temp., die præcedenti Vesp. dicuntur de Octava, cum comm. Feriæ. In ipsa die Octava, totum Officium dicitur de Feria, ut in Psalterio et Proprio de Tempore, juxta Rubricas, cum comm. diei Octavæ in Laudibus et II Vesperis.

15. OCTAVA CONCEPT. IMMAC. B. M. V.

Duplex majus.

Omnia ut in Festo, 761.

Commem. Feriæ ad Laudes et Vesperas.

¶ *Die 20, de Vigilia S. Thomæ Apost. nihil fit nisi in Missa.*


21. S. THOMÆ, APOSTOLI.

Duplex II Classis.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis, et ad Benedictus.

Ant. VIII G

QUi- a vi-dísti me, * Thoma, cre-di-dí- sti : be- á-



ti qui non vidé-runt, et cre-di-dé-runt, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

DA nobis, quǽsumus Dómine, beáti Apóstoli tui Thomæ solemnitátibus gloriári : † ut ejus semper et patrocíniis sublevémur; * et fidem cóngrua devotióne sectémur. Per Dóminum.

Pro commemoratione Adventus.

In I Vesperis, Ant. O clavis David, 210, *vel, si Festum S. Thomæ transferatur in Feriam II, Ant.* O Oriens.

In Laudibus, Ant. Nolíte timére, 219, *vel, si transferatur, Ant.* Dicit Dóminus, 229.

In II Vesperis, Ant. O Oriens, 210, *vel, si transferatur, Ant.* O Rex géntium, 211.

Festa Januarii.

10. *S. Pauli, primi Eremitæ, Confessoris.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant*. Similábo eum, ℣. Amávit, 743.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Pauli Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas : * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant*. Serve bone, ℣. Justum, 743.

---

14. S. HILARII,

EPISC., CONF. ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex. (m. t. v., *nisi I Vesperas habeat*)

In I Vesperis, *Ant*. O Doctor óptime... beáte Hilári, ℣. Amávit eum, 741.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Hilárium minístrum tribuísti : † præsta, quǽsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

Commem. S. Felicis *Presb. et Mart. : Ant*. Iste Sanctus, ℣. Glória et honóre, 736.

Oratio.

COncéde, quǽsumus omnípotens Deus : * ut ad meliórem vitam Sanctórum tuórum exémpla nos próvocent; quátenus quorum solémnia ágimus, étiam actus imitémur. Per Dóminum.

Ad Laudes, *comm*. S. Felicis : *Ant*. Qui odit, ℣. Justus, 737.
Vesp. de seq. cum comm. præced.

Die 15 Januarii.


S. MAURI, ABBATIS O. N.

Duplex II Classis.


IN I VESPERIS.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725. ℟. *br.* Os justi *de Communi,* 667.

Hymnus. III



QUI te, posthábi- tis ó-mnibus, ámbi- unt, Ho-



rum præ-si-di- um, dux, De- us, et de-cus, Quas Mauri mé-ri-tis,



muné-ri-bus tu- is, Laudes pán- gimus ácci-pe.

Hic gentilítiis major honóribus,
Spretis lætus adit claustra palátiis,
Calcat delícias, prǽdia, púrpuram,
Ut Christi súbeat jugum.

Sancti propósitam Patris imáginem
Gestis compáribus sédulus éxprimit;
Spectándis púeri lucet in áctibus
Vitæ norma monásticæ.

Se sacco rígidus cônterit áspero,
Frenat perpétui lege siléntii;
Noctes in précibus pérvigil éxigit,
Jejúnus sólidos dies.

Dum jussis pátriis éxcitus ádvolat,
Sicco calcat aquas impávidus pede,
Edúcit Plácidum gúrgite sóspitem,
Et Petro símilis redit.

Laudum jugis honor sit tibi, Trínitas,
Quæ vultus sátias lúmine Cǽlites:
Da sanctæ fámulis trámite Régulæ,
Mauri prǽmia cónsequi. Amen.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 D *

O be- á-tum vi-rum! * qui spre- to sǽ- cu- lo jugum sanctæ Régu- læ a té-ne-ris annis amán- ter por-tá- vit; et factus obé- di- ens usque ad mor- tem, semet- ípsum abne-gá- vit, ut Chri- sto to-tus adhæ-ré- ret, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui beátum Maurum, ad imitándum obediéntiæ exémplum, sicco pede super aquas ambuláre fecísti : * concéde; ut et virtútum ipsíus implére documénta, et præmiórum obtinére consórtia mereámur. Per Dóminum.

Et fit comm. S. Hilarii : *Ant.* O Doctor... beáte Hilári, ℣. Justum, 741, *Oratio* Deus qui pópulo *ut supra*, 775.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. III a 2

Be- á-tus Maurus, * patrí-ci- o géne- re il-lústri, a pú- e-ro ma-jó-res di-ví-ti- as æstimá-vit thesáuris mundi, impropé-ri- um Christi Dómi-ni. E u o u a e.

2 Ant. VII a

O- be-di- énti- æ pennis * e-lá-tus super aquas grá- di-tur, nec flúcti-bus mergi pó-tu- it, qui spí-ri-tu De- i fe-re-bá-tur. E u o u a e.

3 Ant. 1 g

BEátus Maurus, * a téneris annis sancti Benedícti discípulus, abundánti-us æmulátor éxstitit paternárum virtútum. E u o u a e.

4 Ant. VI F

EX domo * oratiónis transívit in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei, cujus nímio amóre flagrábat. E u o u a e.

5 Ant. 1 a 2


Eléctus est * a Dómino, ut esset monachórum exémplar, et præcípuus sanctæ Régulæ miníster. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiæ 43, 1-3.*

NOli timére, quia redémi te, et vocávi te nómine tuo : meus es tu. † Cum transíeris per aquas, tecum ero; * quia ego Dóminus Deus tuus, Sanctus Israel, Salvátor tuus.

℟. *br.* Amâvit eum *de Communi*, 672.

Hymnus.



Da supplicánti cœ́tui,
Obténtu hujus óptimi,
Remissiónem críminum,
Rumpéndo nexum vínculi.

Anni recúrso témpore,
Dies illúxit lúmine,
Quo Sanctus hic de córpore
Polum migrávit prǽpotens.

Hic vana terræ gáudia,
Et luculénta prǽdia,
Pollúta sorde députans,
Ovans tenet cæléstia.

Te Christe Rex piíssime,
Hic confiténdo júgiter,
Calcávit hostem fórtiter
Supérbum ac satéllitem.

Virtúte clarus et fide,
Confessiónis órdine,
Jejúna membra déferens,
Dapes supérnas óbtinet.

Proínde te piíssime,
Precámur omnes súpplices,
Ut hujus almi grátia
Nobis remíttas débita.

Glória Patri Dómino,
Glória Unigénito,
Una cum sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Ant. O beátum virum, 777.

Oratio.

DEus, qui beátum Maurum, ad imitándum obediéntiæ exémplum, sicco pede super aquas ambuláre fecísti : † concéde; ut et virtútum ipsíus implére documénta, * et præmiórum obtinére consórtia mereámur. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Obediéntiæ pennis, 778. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

AD SEXTAM.

Antiphona Beátus Maurus, 779.

Capitulum. *Prov. 4, 3-4.*

ET ego fílius fui patris mei : † et docébat me, atque dicébat : Suscípiat verba mea cor tuum, * custódi præcépta mea, et vives.

℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

AD NONAM.

Antiphona Eléctus est, 779.

Capitulum. *Hebr. 11, 9-10.*

FIde demorátus est in terra repromissiónis, tamquam in aliéna, † in cásulis habitándo, cum cohærédibus repromissiónis ejúsdem. * Exspectábat enim fundaménta habéntem civitátem : cujus ártifex et cónditor Deus.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus.
℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :

℣. Justum dedûxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 D*

HOdi- e sanctus Mau- rus * super ci- lí-ci- um stra- tus, co-ram altá- ri fe- lí-ci- ter occú-bu- it; hó-di- e pri- mogé-ni-tus be- á- ti Be-ne-dí-cti discí- pu- lus, per du-cá- tum sanctæ Régu-læ se-cú-rus ascéndens, cho- ris comi-tá-tus angé- li- cis, pervé-nit ad Christum; hó- di- e vir obé- di- ens loquens victó- ri- as, a Dómi-no co-ro-ná- ri mé- ru- it, alle- lú- ia. E u o u a e.

16. *S. Marcelli I, Papæ et Martyris.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Qui odit, ℣. Justus ut palma, 737.

Oratio.

PReces pópuli tui, quǽsumus Dómine, cleménter exáudi : * ut beáti Marcélli Mártyris tui atque Pontíficis méritis adjuvémur, cujus passióne lætámur. Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti.

17. S. ANTONII, ABBATIS.

Duplex.

Oratio.

INtercéssio nos, quǽsumus Dómine, beáti Antónii Abbátis comméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

In II Vesperis, *comm.* S. PRISCÆ *Virg. et Mart. : Ant.* Veni sponsa Christi, ℣. Spécie tua, 744, *Oratio* Da quǽsumus *ut infra.*

18. *S. Priscæ, Virginis et Martyris.*

Memoria

Ad Laudes, *Ant.* Símile est, ℣. Diffúsa est, 745.

Oratio.

DA, quǽsumus omnípotens Deus; * ut, qui beátæ Priscæ Vírginis et Mártyris tuæ natalítia cólimus, et ánnua solemnitáte lætémur, et tantæ fídei proficiámus exémplo. Per Dóminum.

19. *SS. Marii, Marthæ, Audifacis et Abachum, Martyrum.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738.

Oratio.

EXáudi Dómine pópulum tuum cum Sanctórum tuórum patrocínio supplicántem : * ut et temporális vitæ nos tríbuas pace gaudére, et ætérnæ reperíre subsidium. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

Vesperæ de sequenti.

20. SS. FABIANI, PAPÆ, ET SEBASTIANI, MARTYRUM.

Duplex.

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriæ actiónis gravat, * beatórum Mártyrum tuórum Fabiáni et Sebastiáni intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

In Septuagesima, comm. Feriæ.

Vesperæ de sequenti, cum comm. præced.

21. S. AGNETIS, VIRGINIS ET MART.

Duplex majus.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Ps. de Dominica, 725.


℟. *br.* Adjuvábit *et Hymnus* Jesu coróna Vírginum, 676.


℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.


℟. Inténde, próspere procéde, et regna.


Ad Magnificat, Antiphona.


VIII G


















Oratio ut infra ad Laudes.

Commem. SS. Fabiani *et* Sebastiani : *Ant.* Gaudent in cælis, ℣. Exsultábunt, 739. *Oratio* Infirmitátem, *ut supra,* 784.


In Septuagesima, comm. Feriæ.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. VII c




I Ngréssa Agnes * turpi-tú-di-nis lo-cum, Ange-lum



Dómi-ni præpa-rá-tum invé-nit. E u o u a e.

2 Ant. VII c




M Ecum e-nim hábe-o * custó-dem córpo-ris me- i,



Ange-lum Dómi-ni. E u o u a e.


3 Ant. VII c



A Nnu-lo su-o subarrhá-vit me * Dóminus me-us Je-



sus Chri-stus, et tamquam sponsam de-co-rávit me co-ró-na.




E u o u a e.

4 Ant. VIII G





B Ene-dí-co te, * Pa-ter Dómi-ni me- i Je-su Christi,





5 Ant. VIII G





Capitulum. *Eccli. 51, 1-3.*


Confitébor tibi, Dómine Rex, et collaudábo te Deum salvatórem meum. † Confitébor nómini tuo : quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, * et liberásti corpus meum a perditióne.


℟. *br.* Spécie tua, 680. *Hymnus* Jesu coróna Vírginum, 677.


℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona.

I f







Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas; † concéde propítius; ut qui beátæ Agnétis Vírginis et Mártyris tuæ solémnia cólimus, * ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

In Septuagesima, comm. Feriæ.

AD TERTIAM.

Antiphona Mecum enim hábeo, 786. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM.

Antiphona Annulo suo subarrhávit me, 786.

Capitulum. *Eccli. 51, 4-5.*

LIberásti me secúndum multitúdinem misericórdiæ nóminis tui a rugiéntibus, præparátis ad escam, † de mánibus quæréntium ánimam meam, * et de multis tribulatiónibus quæ circumdedérunt me.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD NONAM.

Antiphona Congaudéte mecum, 787.

Capitulum. *Eccli. 51, 8 et 12.*

LAudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum, † quóniam éruis sustinéntes te, et líberas eos de manu angústiæ, * Dómine Deus noster.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

IN II VESPERIS.

Ant. de Laudibus. Ps Dixit Dóminus, 725; Beátus vir, 726; Laudáte, 727; Nisi Dóminus, 731. *Capitulum e Laudibus.*

℟. *br.* Adjuvábit *et Hymnus* Jesu coróna Vírginum, 676.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Antiphona.

1 f

STans be-á-ta Agnes * in mé-di-o flammæ, expánsis má-ni-bus, o-rá- bat ad Dó-minum : Omní-po-tens, ado-rán- de, co-lén- de, tre-ménde : be-ne-dí-co te, et glo-rí-fi-co nomen tu- um in æ- térnum. E u o u a e.

Commem. Feriæ in Septuagesima; deinde comm. S. Vincentii *Martyris : Ant.* Iste sanctus, ℣. Glória, 736, *Oratio ut infra.*

---

22. *S. Vincentii, Martyris.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Qui odit, ℣. Justus ut palma, 737.

Oratio.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris : * ut, qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, beáti Vincéntii Mártyris tui intercessióne liberémur. Per Dóminum.

23. *S. Emerentianæ, Virginis et Martyris.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Veni sponsa Christi, ℣. Spécie, 744.

Oratio.

INdulgéntiam nobis, quæsumus Dómine, beáta Emerentiána Virgo et Martyr implóret : * quæ tibi grata semper éxstitit, et mérito castitátis, et tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Símile est, ℣. Diffúsa est, 745.

24. *S. Timothei, Episcopi et Martyris.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Iste sanctus, ℣. Glória et honóre, 736.

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : * et quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Timóthei Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Qui odit, ℣. Justus ut palma, 737.

Vesp. de seq., cum comm. ut infra.

25. IN CONVERSIONE S. PAULI APOST.

Duplex majus.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.
℟. *br.* Constítues eos, 620.

Hymnus.

IV

D

o- ctor egré- gi- e Paule, mo-res ínstru- e, Et

mente po-lum nos transférre sát-age : Do- nec per-féctum

largi- á-tur plé-ni- us, E- va-cu- á-to quod ex parte gé-

rimus. Sit Tri-ni- tá-ti sempi- térna glό-ri- a, Honor,

po-téstas, atque ju-bi- lá-ti- o, In u-ni-tá-te, cui manet

impé- ri- um, Ex tunc, et modo, per æ-térna sǽ-cu-la.

A-men.


℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.
℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Magnificat, Antiphona.

VII a

VAde Ana-ní- a, * et quæ-re Saulum : ecce e- nim

o- rat : qui- a vas e-lecti- ó-nis est mi- hi, ut portet nomen





Oratio ut infra ad Laudes (Si hoc Festum concurrat cum Dominica Sexagesimæ, nihil mutatur in Orationibus).

Et fit comm. S. Petri *Apostoli ante alias commemorationes :*

Pro commemoratione S. Petri Apostoli.

Ant. I





℣. Tu es Petrus.

℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.


Oratio.


Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cæléstis, ligándi atque solvéndi pontifícium tradidísti : * concéde; ut intercessiónis ejus auxílio, a peccatórum nostrórum néxibus liberémur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Deinde, in Septuagesima, comm. Feriæ.


AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. VIII G






incremëntum † de- dit, alle- lú- ia. *Post Sept.* † de- dit.



E u o u a e.

2 Ant. VIII G



LI-bénter glo- ri- ábor * in infirmi- tá-ti-bus me- is, ut inhá- bi-tet in me virtus Chri-sti. E u o u a e.

3 Ant. *IV A*


GRá-ti- a De- i * in me vácu- a non fu- it : sed grá- ti- a e-jus semper in me ma-net. E u o u a e.




4 Ant. VIII G


DAmásci, * præpó- si- tus gentis Aré-tæ regis vó- lu- it me compre-hénde- re : a frátribus per mu- rum sub-








5 Ant. VIII G





Capitulum. *Act. 9, 1-2.*

SAulus adhuc spirans minárum et cædis in discípulos Dómini, † accéssit ad príncipem sacerdótum, et pétiit ab eo epístolas in Damáscum ad synagógas : * ut si quos invenísset hujus viæ viros ac mulíeres, vinctos perdúceret in Jerúsalem.

℟. *br.* In omnem terram *et Hymnus* Exsúltet cælum, 623.

℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.

℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Benedictus, Antiphona.

1 g







Oratio.

DEus, qui univérsum mundum beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti : † da nobis, quǽsumus; ut qui ejus hódie Conversiónem cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Commem. S. PETRI *Apostoli, ut supra in I Vesperis,* 792 ; *deinde, in Septuagesima, comm. Feriæ.*

AD TERTIAM.

Antiphona Libénter gloriábor, 793. *Capitulum e Laudibus.*

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

AD SEXTAM.

Antiphona Grátia Dei, 793.

Capitulum. *Act. 9, 8-9.*

SUrréxit autem Saulus de terra, apertísque óculis nihil vidébat. † Ad manus autem illum trahéntes, introduxérunt Damáscum. * Et erat ibi tribus diébus non videns, et non manducávit neque bibit.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.

℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

AD NONAM.

Antiphona Ter virgis cæsus sum, 794.

Capitulum. *Act. 9, 22.*

SAulus autem multo magis convalescébat, † et confundébat Judǽos qui habitábant Damásci, * affírmans quóniam hic est Christus.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus.
℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in II Vesperis de Communi Apostolorum : Dixit Dóminus, 725; Laudáte, 727; Crédidi *et* Dómine probásti me, 728.

℟. *br.* Constítues eos, 620.
Hymnus Doctor egrégie, *ut in I Vesperis*, 790.

℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.
℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G

SAncte Paule A-pósto-le, * prædi-cá-tor ve-ri-tá-tis, et Doctor génti-um : intercé-de pro no-bis ad De-um, qui te e-lé-git. E u o u a e.

Commem. S. Petri *Apostoli, ut supra in I Vesperis*, 792; *deinde, in Septuagesima, comm. Feriæ; postea comm.* S. Polycarpi *Mart.* : *Ant.* Iste sanctus, ℣. Glória, 736, *Oratio ut infra.*

26. *S. Polycarpi, Episcopi et Martyris.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Qui odit, ℣. Justus ut palma, 737.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Polycárpi Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas : * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Vesp. de seq., cum comm. Feriæ in Septuagesima.

27. S. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

EPISC., CONF. ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex. (m. t. v.)

In I Vesperis, *Ant.* O Doctor... beáte Joánnes Chrysóstome, ℣. Amávit, 665.

Oratio.

ECclésiam tuam, quǽsumus Dómine, grátia cæléstis amplíficet : * quam beáti Joánnis Chrysóstomi Confessóris tui atque Pontíficis illustráre voluísti gloriósis méritis et doctrínis. Per Dóminum.

In Septuagesima, comm. Feriæ ad Laudes et Vesperas.
Vesperæ a Capitulo de sequenti, cum commemorationibus ut infra.

28. S. CYRILLI, EPISCOPI ALEXANDRINI,

CONF. ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex.

In I Vesperis, *Ant.* O Doctor... beáte Cyrílle, ℣. Amávit, 665.

Oratio.

DEus, qui beátum Cyríllum Confessórem tuum atque Pontíficem divínæ maternitátis beatíssimæ Vírginis Maríæ assertórem invíctum effecísti : † concéde, ipso intercedénte; ut qui vere eam

Genitrícem Dei crédimus, * matérna ejúsdem protectióne salvémur. Per eúmdem Dóminum.

Commem. S. JOANNIS CHRYSOSTOMI : *Ant.* Amâvit eum Dóminus, ℣. Justum, 663; *deinde, in Septuagesima, comm. Feriæ; postea comm.* S. AGNETIS secundo, *ut sequitur :*

Pro commemoratione S. Agnetis, Virg. et Mart.

Ant. I





℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beátæ Agnétis Vírginis et Mártyris tuæ solemnitáte lætíficas : * da, quǽsumus; ut quam venerámur offício, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

Ad Laudes, *commem. Feriæ in Septuagesima; deinde comm.* S. AGNETIS secundo : *Ant.* Ecce quod concupívi *et* ℣. Diffúsa est *ut in Festo,* 787, *Oratio* Deus qui nos, *ut supra.*

Vesperæ a Cap. de seq., cum comm. præcedentis et, in Septuagesima, comm. Feriæ.

---

29. S. FRANCISCI SALESII, CONFESSORIS ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex. (m. t. v.)

Ant. O Doctor óptime... beáte Francísce, 663.

Oratio.

DEus, qui ad animárum salútem beátum Franciscum Confessórem tuum atque Pontíficem ómnibus ómnia factum esse voluísti : † concéde propítius; ut caritátis tuæ dulcédine perfúsi, ejus dirigéntibus mónitis ac suffragántibus méritis, * ætérna gáudia consequámur. Per Dóminum.

In I Vesperis, *comm.* S. Cyrilli : *Ant.* Amávit eum Dóminus, ℣. Justum, 663, *Oratio* Deus qui beátum Cyríllum, 797.

In Septuagesima, comm. Feriæ ad Laudes et Vesperas.

---

31. *SS. Petri Nolasci et Raymundi de Pennafort, Confessorum.*

Memoria.

AD VESPERAS.

Ant. VIII



IN cæ-lésti-bus regnis * Sanctó-rum ha-bi-tá-ti- o est,



et in æ-tér- num réqui- es e- ó- rum.


℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

DEus, qui in tuæ caritátis exémplum, ad fidélium redemptiónem, sanctos Petrum et Raymúndum Ecclésiam tuam nova prole fœcundáre divínitus docuísti : * ipsórum nobis intercessióne concéde; a peccáti servitúte solútis, in cæléstí pátria perpétua libertáte gaudére. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

AD LAUDES.

Ant. II



℣. Exsultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Vesp. de seq., cum comm. Feriæ in Septuagesima.

Festa Februarii.

¶ In Quadragesima, de Festis Duplicibus majoribus et minoribus fit tantum commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus.

1. S. IGNATII, EPISCOPI ET MARTYRIS.

Duplex.

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice omnípotens Deus : † et quia pondus própriæ actiónis gravat, * beáti Ignátii Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

In Septuagesima, comm. Feriæ ad Laudes.
Vesperæ de seq., cum comm. ut infra.

Die 2 Februarii.

IN PURIFICATIONE B. MARIÆ VIRGINIS.

Duplex II Classis

IN I VESPERIS.

Ant. O admirábile commércium, 271, *cum reliquis de Circumcisione. Ps. ut in Festis B. M. V. Capitulum ut infra ad Laudes,* 803.

℟. *br.* Ave María *et Hymnus* Ave Maris stella, 703.

℣. Respónsum accépit Símeon a Spíritu Sancto.
℟. Non visúrum se mortem, nisi vidéret Christum Dómini.

Ad Magnificat, Antiphona. I D*



S E-NEX * pú-e-rum portá- bat, pu- er au-tem senem



regé- bat : quem Virgo pé-pe- rit, et post partum Virgo per-



mánsit : ipsum quem génu- it, adorá-vit. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Commem. S. Ignatii : *Ant.* Qui vult veníre, ℣. Justus, 737, *Oratio* Infirmitátem, 800; *deinde, in Septuagesima, comm. Feriæ.*

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono de B. M. V., et in fine dicitur :* Glória tibi Dómine, Qui natus es de Vírgine.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. III b

SIme- on justus * et timo-rá-tus, exspectá-bat red-em-pti- ó-nem Isra- el, et Spí-ri-tus Sanctus e-rat in e- o.

E u o u a e.

2 Ant. VII a

REspÓnsum accé-pit Síme- on * a Spí-ri-tu Sancto, non vi-sú-rum se mortem; ni- si vi-dé-ret Dómi-num.

E u o u a e.

3 Ant. III b

ACcí-pi- ens Síme- on * pú- e-rum in má-ni-bus, grá-ti- as agens, be-ne-dí-xit Dómi-num. E u o u a e.

4 Ant. VIII a





5 Ant. VIII G 2





Capitulum. *Malach. 3, 1.*

ECce ego mitto Angelum meum, et præparábit viam ante fáciem meam. † Et statim véniet ad templum sanctum suum Dominátor, quem vos quǽritis, * et Angelus testaménti, quem vos vultis.

℟. *br.* Ave María *et Hymnus* O gloriósa Vírginum, 708.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona. 1 f







Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, majestátem tuam súpplices exorámus: † ut sicut unigénitus Fílius tuus hodiérna die cum nostræ carnis substántia in templo est præsentátus; * ita nos fácias purificátis tibi méntibus præsentári. Per eúmdem Dóminum.

In Septuagesima, comm. Feriæ.

AD TERTIAM.

Ant. Respónsum accépit Símeon, 802. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.

℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM.

Antiphona Accípiens Símeon, 802.

Capitulum. *Malach. 3, 1-2.*

Ecce véniet, dicit Dóminus exercítuum: † et quis póterit cogitáre diem advéntus ejus, et quis stabit ad vidéndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, * et quasi herba fullónum.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.

℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD NONAM.

Antiphona Obtulérunt, 803.

Capitulum. *Malach. 3, 4.*

Et placébit Dómino sacrifícium Juda et Jerúsalem sicut dies sǽculi, † et sicut anni antíqui, * dicit Dóminus omnípotens.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.

℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.


IN II VESPERIS.


Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Reliqua ut in I Vesperis.

℣. Respónsum accépit Símeon a Spíritu Sancto.


℟. Non visúrum se mortem, nisi vidéret Christum Dómini.

Ad Magnificat, Antiphona. VIII G 2









In Septuagesima, comm. Feriæ.

¶ *Post Completorium hujus diei 2 Februarii, dicitur Ant.* Ave Regina cælórum, 175, *licet transferatur Festum Purificationis.*

---

3. *S. Blasii, Episcopi et Martyris.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Blásii Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas : * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

5. S. AGATHÆ, VIRGINIS ET MARTYRIS.

Duplex majus.


IN I VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Ps. de Dominica, 725.
Capitulum ut infra ad Laudes.
℟. *br.* Adjuvábit eam, *et Hymnus* Jesu coróna Vírginum, 676.
℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

Ad Magnificat, Antiphona.

I D

STans be- á-ta Agatha * in mé-di- o cárce- ris, expánsis má-ni-bus, to- ta mente o- rá- bat ad Dómi- num : Dómine Je-su Chri-ste, ma- gí-ster bo-ne, grá-ti- as a-go ti- bi, qui me fe-cí-sti vínce-re torménta carní- fi- cum : jube me, Dómi- ne, ad tu- am immarcescí-bi- lem




Oratio ut infra ad Laudes.
In Septuagesima, comm. Feriæ.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. VII c


QUis es tu qui ve-nísti ad me * cu-rá-re vúlne-ra





2 Ant. I f

MEdi- cí-nam carná-lem * córpo-ri me- o numquam ex-






3 Ant. VII c

GRá- ti- as ti-bi ago Dómi-ne, * qui- a memor es





4 Ant. VIII G

BEne- dí-co te, * Pa-ter Dómi-ni me- i Je-su Chri-sti :



5 Ant. VII a

QUI me digná-tus est * ab omni plaga cu-rá-re,



Capitulum. *Eccli. 51, 1-3.*

COnfitébor tibi, Dómine Rex, et collaudábo te Deum salvatórem meum. † Confitébor nómini tuo : quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, * et liberásti corpus meum a perditióne.


℟. *br.* Spécie tua, 680. *Hymnus* Jesu coróna Vírginum, 677.
℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona.









E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : + concéde propítius; ut qui beátæ Agathæ Vírginis et Mártyris tuæ natalítia cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

In Septuagesima, comm. Feriæ.

AD TERTIAM.

Antiphona Medicínam carnálem, 807. *Capitulum e Laudibus.*
℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM.

Antiphona Grátias tibi ago Dómine, 807.

Capitulum. *Eccli. 51, 4-5.*

LIberásti me secúndum multitúdinem misericórdiæ nóminis tui a rugiéntibus, præparátis ad escam, † de mánibus quæréntium ánimam meam, * et de multis tribulatiónibus quæ circumdedérunt me.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.

℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD NONAM.

Antiphona Qui me dignátus est, 808.

Capitulum. *Eccli. 51, 8 et 12.*

LAudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum, † quóniam éruis sustinéntes te, et líberas eos de manu angústiæ, * Dómine Deus noster.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.

℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Ps. Dixit Dóminus, 725; Beátus vir, 726; Laudáte púeri, 727; Nisi Dóminus, 731.

Capitulum, ℟. breve et Hymnus ut in I Vesperis.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Antiphona Stans beáta Agatha, 806.

In Septuagesima, comm. Feriæ.

---

7. S. ROMUALDI, ABBATIS O. N.

Duplex. (m. t. v.)

Oratio.

INtercéssio nos, quǽsumus Dómine, beáti Romuáldi Abbátis comméndet : † ut, quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum.

In Septuagesima, comm. Feriæ in Vesperis et Laudibus.


In II Vesperis, *comm. Feriæ in Septuagesima; deinde comm.* SS. Joannis de Matha *et* Felicis de Valois, *Conf., ut infra.*

8. *SS. Joannis de Matha et Felicis de Valois, Confessorum.*

Memoria.

AD VESPERAS.

Ant. VIII





℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

DEus, qui per sanctos Joánnem et Felícem Ordinem sanctíssimæ Trinitátis ad rediméndum de potestáte Saracenórum captívos cǽlitus institúere dignátus es : * præsta, quǽsumus; ut eórum suffragántibus méritis, a captivitáte córporis et ánimæ te adjuvánte liberémur. Per Dóminum.

AD LAUDES.

Ant. II



℣. Exsultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Die 10 Februarii.

S. SCHOLASTICÆ
VIRGINIS,
SORORIS S. P. N. BENEDICTI.

Duplex II Classis.


IN I VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi ut in Communi Virginum, 676. *Capitulum ut infra ad Laudes,* 816.

Responsorium breve. VI



IN co-lúmbæ spé-ci- e *Scho-lá-sti-cæ á-ni-



ma vi-sa est. ℣. Fra-térna mens læ-tá-ta est.




℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

Vel, ad lib., ℟. In colúmbæ spécie, *ad calcem Antiphonarii.*


Tonus simplex.

℟. br. VI





IN co-lúmbæ spé-ci- e * Scho-lásti-cæ á-nima vi-sa






Hymnus.








Sceptra mundi cum corónis
Docta quondam spérnere,
Dogma fratris insecúta
Atque sanctæ Régulæ,
Ex odóre gratiárum
Astra nosti quǽrere.


O potens virtus amóris!
O decus victóriæ!
Dum fluéntis lacrimárum
Cogis imbres cúrrere,
Ore Nursini paréntis
Verba cæli súscipis.

Luce fulges expetíta
In polórum vértice,
Clara flammis caritátis
Cum nitóre grátiæ :
Juncta Sponso conquiéscis
In decóre glóriæ.

Nunc benigna pelle nubes
Córdibus fidélium,
Ut seréna fronte splendens
Sol perénnis lúminis,
Sempitérnæ claritátis
Impleat nos gáudiis.

Glóriam Patri canámus
Unicóque Fílio :
Par tribútum proferámus
Inclyto Paráclito,
Nútibus cujus creántur
Et regúntur sǽcula. Amen.







Ad Magnificat, Antiphona. 1 D*











Oratio.

Deus, qui ánimam beátæ Vírginis tuæ Scholásticæ, ad ostendéndam innocéntiæ viam, in colúmbæ spécie cælum penetráre fecísti : * da nobis ejus méritis et précibus ita innocénter vívere; ut ad ætérna mereámur gáudia perveníre. Per Dóminum.

In Septuagesima et Quadragesima, commemoratio Feriæ.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. VII c




E-gré-de-re modo fra- ter, * egré-de-re, si po- tes




et me dimíssa, ad monasté-ri- um re-cé- de. E u o u a e.

2 Ant. VII c 2




PArcat ti- bi so- ror * omní-pot- ens De- us : quid



est quod fe-cí- sti? E u o u a e.

3 Ant. VIII G




ECce te rogá-vi, * et audí-re me no-lu- í-sti : ro-



gá-vi Dóminum me- um, et exaudí-vit me. E u o u a e.

4 Ant. VIII a



LOquámur nunc * usque mane de cæ- lésti-bus, per



sacra spi-ri- tá- lis vi-tæ collóqui- a. E u o u a e.

5 Ant. VII a

CUM sanctus Be-ne-díctus * post trí-du- um in cella consíste-ret, e-levá-tis ócu- lis, vi-dit so-ró- ris á- nimam, de córpo-re egréssam, in co-lúmbæ spé-ci- e cæ-li se-créta penetrá- re. E u o u a e.

Capitulum. *Cant. 2, 13-14.*

SUrge, amíca mea, speciósa mea, et veni : † colúmba mea in foramínibus petræ, in cavérna macériæ, osténde mihi fáciem tuam, sonet vox tua in áuribus meis : * vox enim tua dulcis, et fácies tua decóra.

℟. *br*. Spécie tua, 680.

Hymnus.

VIII

JAM noctis umbræ cóncidunt, Di- es cu-pí-ta násci-tur, Qua vírgi-ni Scho-lá-sticæ Sponsus per-énnis júngi- tur.

Brumæ recédit tǽdium ;
Fugántur imbres núbibus :
Vernántque campi síderum
Æternitátis flóribus.

Amóris auctor évocat :
Dilécta pennas índuit ;
Ardens ad oris óscula
Colúmba velox évolat.

Quam pulchra gressum prómoves,
O cara proles Príncipis!
Nursínus abbas ádspicit,
Grates repéndit Númini.


Ampléxa Sponsi déxteram,
Metit corónas débitas,
Immérsa rivis glóriæ,
Deíque pota gáudiis.

Te Christe flos convállium,
Patrémque cum Paráclito,
Cunctos per orbis cárdines,
Adóret omne sǽculum.
Amen.

¶ *Doxologia* Te Christe flos convállium *nunquam mutatur.*



℣. Ecce tu pulchra es, amí-ca me- a.



℟. Ecce tu pulchra es, ócu- li tu- i co-lumbá-rum.

Ad Benedictus, Antiphona. IV E




O quam præclá- ra sunt * mé- ri- ta be- á-tæ



Scho- lásti- cæ! O quanta virtus lacrimá- rum! per quas ín-



cly- ta virgo á- e- ris se-re- ni-tá-tem ad plú- vi- æ tra-



xit i-nunda- ti- ó- nem. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui ánimam beátæ Vírginis tuæ Scholásticæ, ad ostendéndam innocéntiæ viam, in colúmbæ spécie cælum penetráre fecísti : † da nobis ejus méritis et précibus ita innocénter vívere, * ut ad ætérna mereámur gáudia perveníre. Per Dóminum.

In Septuagesima et Quadragesima, comm. Feriæ.

AD TERTIAM.

Antiphona Parcat tibi soror, 815, *Capitulum e Laudibus.*

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM.

Antiphona Ecce te rogávi, 815.

Capitulum. *Cant. 6, 8.*

UNA est colúmba mea, perfécta mea; † vidérunt eam fíliæ Sion, et beatíssimam prædicavérunt ; * et regínæ laudavérunt eam.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD NONAM.

Antiphona Cum sanctus Benedíctus, 816.

Capitulum. *Cant. 5, 12.*

OCuli ejus sicut colúmbæ super rívulos aquárum, † quæ lacte sunt lotæ, * et résident juxta fluénta pleníssima.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis præter sequentia :

℣. Quæ est ista, quæ ut nubes volat?
℟. Et quasi colúmba ad fenéstras suas?

Ad Magnificat, Antiphona. VIII G 2

HOdi- e * sacra virgo Scho-lásti-ca in spé-ci- e co- lúmbæ ad ǽ-the- ra to- ta festí-va perré- xit : hó- di- e cæ-léstis vi-tæ gáudi- is cum fratre su- o me-ré-tur pérfru- i in sempi-térnum. E u o u a e.

In Septuagesima et Quadragesima, comm. Feriæ.

In Aliquibus Locis.

Omnia de Communi Virginum*, 676, *præter sequentia :

IN UTRISQUE VESPERIS.

℣. Quæ est ista, quæ ut nubes volat?
℟. Et quasi colúmba ad fenéstras suas?

Ad Magnificat, Antiphona. VII a

DEdit mi-hi Dómi-nus * pennas sic- ut co- lúmbæ : vo-lá- bo et requi- é-scam. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui ánimam beátæ Vírginis tuæ Scholásticæ, ad ostendéndam innocéntiæ viam, in colúmbæ spécie cælum penetráre fecísti : † da nobis ejus méritis et précibus ita innocénter vívere ; * ut ad ætérna mereámur gáudia perveníre. Per Dóminum.

AD LAUDES.

℣. Ecce tu pulchra es, amíca mea.
℟. Ecce tu pulchra es, óculi tui columbárum.

Ad Benedictus, Antiphona. VII d

SUrge, própe-ra, * amí-ca me- a, co-lúmba me- a, formó-sa me- a : ve-ni, et ácci-pe co-ró- nam, quam ti-bi Dómi-nus præpa-rávit in æ-térnum. E u o u a e.

¶ *In omnibus monasteriis Monialium, et ubi S. Scholastica est Titulus Ecclesiæ, Festum S. Scholasticæ celebratur ritu Duplici I Classis, cum Octava Communi extra Quadragesimam.*

---

11. *S. Gregorii II, Papæ et Conf. O. N.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Euge, ℣. Justum, 740.

Oratio.

DEus, qui beátum Gregórium Confessórem tuum atque Pontíficem, fídei defensórem et apostólicæ sapiéntiæ ac firmitátis exémplum in Ecclésia tua constituísti : * largíre nobis, quǽsumus ; ut ómnia advérsa pro nóminis tui glória húmili corde sustinéntes, æternitátis glóriam consequámur. Per Dóminum.

12. *SS. Septem Fundatorum*
Ordinis Servorum B. Mariæ V., Confessorum.

Memoria.

AD VESPERAS.

Ant. 1

NON re-cé- det * laus tu- a, Virgo Ma-rí- a, de o-re hóminum, qui mémo-res fú- e- rint virtú- tis Dómi- ni in æ-térnum, pro qui-bus non pe-percí- sti á-nimæ tu- æ.

℣. Hi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt.
℟. Semen eórum et glória eórum non derelinquétur.

Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui ad recoléndam memóriam dolórum sanctíssimæ Genitrícis tuæ, per septem beátos Patres nova Servórum ejus família Ecclésiam tuam fœcundásti : * concéde propítius; ita nos eórum consociári flétibus, ut perfruámur et gáudiis. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

AD LAUDES.

Ant. VIII

ECce quam bonum * et quam ju-cúndum, ha-bi-tá-



re fratres in u-num!

℣. Sit memória illórum in benedictióne.
℟. Et ossa eórum púllulent de loco suo.

---

14. *S. Valentini, Presbyteri et Martyris.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Iste Sanctus, ℣. Glória et honóre, 736.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus: * ut qui beáti Valentíni Mártyris tui natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus ejus intercessióne liberémur. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737.

---

22. IN CATHEDRA S. PETRI.

Duplex majus.


Omnia de Communi Confessoris Pontificis, 654, præter sequentia.


IN I VESPERIS.


Hymnus.

IV


Q Uodcúmque vinclis super terram strínxe-ris, E-rit in astris re- li-gá- tum fórti-ter: Et quod re-sólvis in
















℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

Ad Magnificat, Antiphona.





Oratio Deus qui beáto Petro, *ut infra ad Laudes*, 826.


Deinde fit commemoratio S. PAULI *ante alias quascumque commemorationes :*

Pro commemoratione S. Pauli Apostoli.

Ant. VIII







℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.
℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Oratio.

DEus, qui multitúdinem géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti : * da nobis, quǽsumus; ut cujus commemoratiónem cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus.

Postea comm. Feriæ.

AD LAUDES.

Hymnus.

IV



cántum, et peccá- ti víncu- la Re- sólve ti-bi pot-e-

stá-te trá- di-ta, Qua cunctis cælum verbo clau-dis, á-pe-

ris. 2. Sit Tri- ni- tá-ti sempi- térna gló-ri- a, Honor, pot-

éstas, atque ju-bi- lá-ti- o, In u-ni- tá-te, cui ma-

net impé- ri- um, Ex tunc, et modo, per æ- térna sǽ-

cu-la. A-men.


℣. Exáltent eum in ecclésia plebis.
℟. Et in cáthedra seniórum laudent eum.

Ad Benedictus, Antiphona.

VIII G

QUodcúmque * ligáve- ris super terram, e- rit li-gá-tum

et in cæ- lis : et quodcúmque sólve- ris super terram,



Oratio.

DEus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cæléstis, ligándi atque solvéndi pontifícium tradidísti : concéde; ut intercessiónis ejus auxílio, * a peccatórum nostrórum néxibus liberémur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Deinde fit comm. S. PAULI *Apost., ut in I Vesperis*, 824. *Postea comm. Feriæ.*


IN II VESPERIS.

Hymnus Quodcúmque, *ut in I Vesperis*, 822.

℣. Tu es Petrus.

℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

Ad Magnificat, Antiphona.



Deinde fit comm. S. PAULI, *ut in I Vesperis*, 824; *postea comm.* S. PETRI DAMIANI *Eccl. Doct. ut infra, et Feriæ.*

23. S. PETRI DAMIANI, EPISC., CONF. ET ECCLESIÆ DOCTORIS O. N.

Duplex.

(m. t. v., *nisi tamen I Vesp. habeat, saltem a Capitulo*).

Ant. O Doctor óptime... beáte Petre, 665.

Oratio.

COncéde nos, quǽsumus omnípotens Deus, beáti Petri Confessóris tui atque Pontíficis mónita et exémpla sectári : † ut per terréstrium rerum contémptum, * ætérna gáudia consequámur. Per Dóminum.

In Septuagesima, comm. Feriæ in Vesperis et Laudibus.
Vesperæ de sequenti, cum comm. præcedentis et Feriæ.

¶ *Si sit annus bissextilis, in Septuagesima Vesperæ erunt de* S. PETRO DAMIANO, *cum comm. Feriæ tantum; in Quadragesima vero, Vesperæ erunt de Feria, cum comm.* S. PETRI DAMIANI.

Nihil fit de Vigilia S. MATTHIÆ, *nisi in Missa.*

24, vel 25 in anno bissextili.

S. MATTHIÆ, APOSTOLI.

Duplex II Classis.

Oratio.

DEus, qui beátum Matthíam Apostolórum tuórum collégio sociásti : † tríbue, quǽsumus; ut ejus interventióne, * tuæ circa nos pietátis semper víscera sentiámus. Per Dóminum.

Commem. Feriæ in Laudibus et Vesperis.

Festa Martii.

4. *S. Lucii I, Papæ et Martyris.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Iste Sanctus, ℣. Glória, 736.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Lúcii Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas: * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737.

6. SS. PERPETUÆ ET FELICITATIS, MARTYRUM.

Duplex.

Omnia de Communi non Virginum, 684, *præter sequentia:*

In utrisque Vesperis et in Laudibus, *Ant.* Istárum est enim, ℣. Glória, 691.

Oratio.

DA nobis, quǽsumus Dómine Deus noster, sanctárum Mártyrum tuárum Perpétuæ et Felicitátis palmas incessábili devotióne venerári: † ut quas digna mente non póssumus celebráre, * humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

Extra Quadrag., Vesp. a Capit. de seq. cum comm. ut infra.

7. S. THOMÆ DE AQUINO,
CONFESSORIS ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex.

Ant. O Doctor óptime... beáte Thoma, 665.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Thomæ Confessóris tui mira eruditióne claríficas, et sancta operatióne fœcúndas: † da nobis, quǽsumus; et quæ dócuit, intelléctu conspícere, * et quæ egit, imitatióne complére. Per Dóminum.

In I Vesperis, *comm.* SS. PERPETUÆ ET FELICITATIS : *Ant.* Istárum est enim, ℣. Glória, 748, *Oratio* Da nobis *ut supra; deinde comm. Feriæ.*

In II Vesperis, *comm.* SS. JOANNIS DE DEO ET CAMILLI DE LELLIS *Conf. ut infra; deinde comm. Feriæ.*


---

8. *SS. Joannis de Deo et Camilli de Lellis, Confessorum.*

Memoria.

AD VESPERAS.

Ant. VIII



S Anctórum * pré-ci-bus istó- rum, redde sa- lú- tem



córpo-ris et á-nimæ, Chri-ste, tu- is fámu-lis.

℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.


OMnípotens et miséricors Deus, qui humáno géneri et salútis remédia et vitæ ætérnæ múnera contulísti : * da nobis, quǽsumus; ut beatórum Joánnis et Camílli patrocínio in hora éxitus nostri absque peccáti mácula tibi repræsentári mereámur. Per Dóminum.


AD LAUDES.

Ant. I



A -men di-co vo-bis : * quod u-ni ex mí-nimis me- is





℣. Exsultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

---

9. *S. Franciscæ Romanæ, Viduæ O. N.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Símile est, ℣. Spécie tua, 746.

Oratio.

DEus, qui beátam Francíscam fámulam tuam, inter cétera grátiæ tuæ dona, familiári Angeli consuetúdine decorásti : * concéde, quǽsumus; ut intercessiónis ejus auxílio, Angelórum consórtium cónsequi mereámur. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Date ei, ℣. Diffúsa est, 747.

---

10. *SS. Quadraginta Martyrum.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

Die 12 Martii.

S. GREGORII MAGNI, PAPÆ, CONFESSORIS ET ECCLESIÆ DOCTORIS O. N.

Duplex II Classis.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.
℟. *br.* Elégit eum Dóminus, *de Communi*, 654.

Hymnus. IV

ANgló- rum jam Apósto- lus, Nunc Ange-ló- rum só-ci- us, Ut tunc, Gregó- ri, génti-bus Succúrre jam cre-dénti- bus.

Tu largas opum cópias,
Omnémque mundi glóriam
Spernis, ut inops ínopem
Jesum sequáris príncipem.

Vidétur egens náufragus,
Dum stipem petit Angelus,
Tu munus jam post géminum,
Præbes et vas argénteum.

Ex hoc te Christus témpore,
Suæ præfert Ecclésiæ :
Sic Petri gradum pércipis,
Cujus et normam séqueris.

O Póntifex egrégie,
Lux et decus Ecclésiæ,
Non sinas in perículis,
Quos tot mandátis ínstruis.

Sit Patri laus ingénito,
Sit decus Unigénito :
Sit utriúsque párili
Majéstas summa Flámini. Amen.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ induit eum.

Ad Magnificat, Ant. O Doctor óptime... beáte Gregóri, 665.
Oratio ut infra ad Laudes.

Commem. Feriæ.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. 1 f

BEátus Gregóri- us * in cáthedra Pe-tri sublimá- tus, Vi-gi-lántis no-men factis implé-vit. E u o u a e.

2 Ant. III b


PAstor exími- us * pasto-rá-lis vi- tæ spé-cimen tradidit et régu-lam. E u o u a e.

3 Ant. VII a

DUM pági-næ sacræ * mysté-ri- a pánde- ret, co-lúmba ni-ve candí-di- or ap-pá-ru- it. E u o u a e.


4 Ant. VII a

SErvi Dómi-ni * bene-dí-ci- te Dómi-num: servus ve-



5 Ant. 1 g






Capitulum. *Eccli. 50, 1.*

ECce sacérdos magnus, † qui in vita sua suffúlsit domum, * et in diébus suis corroborávit templum.

℟. *br.* Amávit eum Dóminus, 659.

Hymnus.

IV



Fragrántum vim a- róma-tum Tu- um vincit e- lóqui- um.

Scriptúræ sacræ mýstica
Mire solvis ænigmata :
Theórica mystéria
Te docet ipsa Véritas.

Tu nactus apostólicam
Vicem simul et glóriam :
Nos solve culpæ néxibus,
Redde polórum sédibus.

O Póntifex egrégie,
Lux et decus Ecclésiæ,
Non sinas in perículis,
Quos tot mandátis ínstruis.

Sit Patri laus ingénito,
Sit decus Unigénito :
Sit utriúsque párili
Majéstas summa Flámini. Amen.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona. VI F

GRegó-ri- us, * respí- ci- ens Angló-rum jú-venes, a- it: Angé- li-cam ha-bent fá-ci- em, et ta-les Ange-ló-rum in cæ- lis de-cet es-se con-sór-tes. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui ánimæ fámuli tui Gregórii ætérnæ beatitúdinis prǽmia contulísti: † concéde propítius; ut qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, * ejus apud te précibus sublevémur. Per Dóminum.

Commem. Feriæ.

AD TERTIAM.

Antiphona Pastor exímius, 832. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

AD SEXTAM.

Antiphona Dum páginæ sacræ, 832.

Capitulum. *Eccli. 47, 11-12.*

STare fecit cantóres contra altáre, et in sono eórum dulces fecit modos. † Et dedit in celebratiónibus decus, * et ornávit témpora usque ad consummatiónem vitæ.

℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi.
℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

AD NONAM.

Antiphona Gregórius, 833.

Capitulum. *Eccli. 50, 4-5.*

CUrávit gentem suam, et liberávit eam a perditióne. † Qui prævάluit amplificáre civitátem, * et adéptus est glóriam in conversatióne gentis.

℣. Tu es sacérdos in ætérnum.
℟. Secúndum órdinem Melchísedech.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in II Vesperis de Communi Conf. Pontificis : Dixit Dóminus, 725; Beátus vir, 726; Laudáte, 727; Meménto, 729.

℟. *br.* Elégit eum Dóminus *de Communi*, 654.

Hymnus Anglórum jam Apóstolus, *ut in I Vesperis.*

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnificat, Ant. O Doctor óptime... beáte Gregóri, 665. *Et fit commem. Feriæ.*

In Aliquibus Locis.

Omnia de Communi Conf. Pont., 654, *cum Ant. ad Magnificat* O Doctor óptime, *et Oratione* Deus qui ánimæ *ut supra*, 834.

---

18. S. CYRILLI, EPISCOPI HIEROSOLYMITANI, CONF. ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex (in perpetuum simplificatum).

In I Vesperis, *Ant.* O Doctor... beáte Cyrílle, ℣. Amávit, 741.

Oratio.

DA nobis, quǽsumus omnípotens Deus, beáto Cyríllo Pontífice intercedénte, te solum verum Deum, et quem misísti Jesum Christum ita cognóscere : * ut inter oves, quæ vocem ejus áudiunt, perpétuo connumerári mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Euge, ℣. Justum, 740.

Vesp. de sequenti, cum comm. Feriæ tantum.


Die 19 Martii.

S. JOSEPH
SPONSI B. MARIÆ V.
CONFESSORIS.


Duplex I Classis.

IN I VESPERIS.

1 Antiphona. 1 g




J ÁCOB au-tem * génu- it Jo- seph, vi- rum



Ma- rí- æ, de qua na-tus est Je- sus, † qui vo-



cá-tur Chri-stus. *T. P.* † qui vo-cá-tur Chri-stus, al-le- lú- ia.



E u o u a e.

Psalmi de Dominica, 725.

2 Ant. II D

MIs-sus est * Ange-lus Gábri- el a De- o ad Vír-gi-nem desponsá-tam vi-ro, cu- i nomen e-rat Jo-seph, de domo Da- vid : et nomen Vírgi-nis Ma-rí- a. *T.P.* Alle-lú- ia.

E u o u a e.

3 Ant. III a 2

CUM esset desponsá-ta * Ma-ter Je-su Ma-rí- a Jo- seph, ántequam conve-ní- rent, invénta est in ú-te-ro ha- bens de Spi- ri-tu † Sancto. *T.P.* † Sancto, al-le-lú-ia. E u o u a e.

4 Ant. IV E

JOseph vir e-jus, * cum esset justus, et nollet e- am






Capitulum. *Prov. 28, 20 et 27, 18.*

VIR fidélis multum laudábitur. * Et qui custos est Dómini sui, glorificábitur.

℟. br. VI








Vel, ad libitum, ℟. Fidélis servus, *ad calcem Antiphonarii.*

Tempore Paschali.

℟. br. VI







in di- e tri-bu-la- ti- ó- nis. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fi-




li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

Hymnus.

1



TE, Jo-seph, cǽ-lebrent ágmi-na cǽ-li-tum : Te cuncti



ré-so-nent chri-stí- adum cho- ri, Qui cla- rus mé-ri- tis, junctus



es íncly-tæ Casto fœ́-de-re Vírgi- ni.

Almo cum túmidam gérmine cónjugem
Admírans, dúbio tángeris ánxius,
Afflátu súperi Fláminis Angelus
Concéptum púerum docet.

Tu natum Dóminum stringis, ad éxteras
Ægýpti prófugum tu séqueris plagas;
Amíssum Sólymis quæris, et ínvenis,
Miscens gáudia flétibus.


Post mortem réliquos sors pia cónsecrat,
Palmámque eméritos glória súscipit :
Tu vivens, Súperis par, frúeris Deo,
Mira sorte beátior.


Nobis, summa Trias, parce precántibus,
Da Joseph méritis sídera scándere :
Ut tandem líceat nos tibi pérpetim
Gratum prómere cánticum. Amen.







Tempore Paschali :








Ad Magnificat, Antiphona. 1 g 3








Oratio.

SAnctíssimæ Genitrícis tuæ Sponsi, quǽsumus Dómine, méritis adjuvémur : * ut quod possibílitas nostra non óbtinet, ejus nobis intercessióne donétur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

In Quadragesima, comm. Feriæ tantum.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. VII d



I-BANT * pa-réntes Je-su per omnes annos in



Je-rú-sa-lem, in di- e so- lémni † Paschæ. *T. P.* † Paschæ, al-



le-lú- ia. E u o u a e.


2 Ant. II D



CUM red-í- rent, * remánsit pu- er Je-sus in Je-rú-



sa-lem, et non cognové- runt † pa-réntes e-jus. *T. P.* † pa-



réntes e-jus, al-le-lú- ia. E u o u a e.

3 Ant. III a 2

NON inve-ni- éntes Je-sum, * regréssi sunt in Je-rú- sa-lem requi-réntes e- um : et post trídu- um invené- runt il-lum in templo, se-déntem in mé-di- o doctó-rum, audi- éntem et interro-gántem † e- os. *T. P.* † e- os, alle- lú- ia.


E u o u a e.


4 Ant. IV E

DI-xit Ma-ter e-jus * ad il-lum : Fi- li, quid fe- cí-sti no-bis sic? Ecce pa-ter tu- us et e-go do-lén-tes † quære-bámus te. *T. P.* † quære-bámus te, al-le-lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. VIII G

DEscéndit Je-sus cum e- is, * et ve-nit Náza-reth,






Capitulum. *Prov. 28, 20 et 27, 18.*

VIR fidélis multum laudábitur. * Et qui custos est Dómini sui, glorificábitur.

℟. br. VI






et Fi- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Tempore Paschali.

℟. br. VI





lú- ia, alle-lú- ia. ℣. Et princi-pem omnis possessi- ó-nis su- æ.




Hymnus.

VIII







O nimis felix, nimis o beátus!
Cujus extrémam vígiles ad horam
Christus et Virgo simul adstitérunt
Ore seréno.

Hinc stygis victor, láqueo solútus
Carnis, ad sedes plácido sopóre
Migrat ætérnas, rutilísque cingit
Témpora sertis.


Ergo regnántem flagitémus omnes,
Adsit ut nobis, veniámque nostris
Obtinens culpis, tríbuat supérnæ
Múnera pacis.

Sint tibi plausus, tibi sint honóres,
Trine, qui regnas, Deus, et corónas
Aureas servo tríbuis fidéli
Omne per ævum. Amen.

℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

Ad Benedictus, Antiphona. VII d







Oratio.

SAnctíssimæ Genitrícis tuæ Sponsi, quǽsumus Dómine, méritis adjuvémur : † ut quod possibílitas nostra non óbtinet, * ejus nobis intercessióne donétur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Commem. Feriæ in Quadragesima.

AD TERTIAM.

Antiphona Cum redirent, 841. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Constítuit eum dóminum domus suæ.

℟. Et príncipem omnis possessiónis suæ.

AD SEXTAM.

Antiphona Non inveniéntes Jesum, 842.

Capitulum. *Eccli. 45, 1 et 4.*

DIléctus Deo et homínibus, cujus memória in benedictióne est. † In fide et lenitáte ipsíus sanctum fecit illum, * et elégit eum ex omni carne.

℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.

℟. Glóriam et magnum decórem impónes super eum.

AD NONAM.

Antiphona Descéndit Jesus cum eis, 842.

Capitulum. *Sap. 10, 10.*


PRófugum justum dedúxit Sapiéntia per vias rectas, † et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctórum : * honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus.

℣. Justus germinábit sicut lílium.

℟. Et florébit in ætérnum ante Dóminum.


IN II VESPERIS.

Ant. Ibant, *cum reliquis de Laudibus*, 841. *Ps. de Dominica*, 725. *Capitulum*, ℟. *breve et Hymnus ut in I Vesperis.*





Tempore Paschali :









Ad Magnificat, Antiphona. VIII G







Commem. Feriæ in Quadragesima.

Die 21 Martii.

TRANSITUS
SS. P. N. BENEDICTI
ABBATIS.

Duplex I Classis.

IN I VESPERIS.

Antiphona Fuit vir, 851, *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica*, 725.

Capitulum. *Eccli. 50, 6-7.*


ECce Conféssor magnus, † qui quasi stella matutína in médio nébulæ, et quasi luna plena in diébus suis lucet. * Et quasi sol refúlgens, sic ille effúlsit in templo Dei.

Responsorium breve. VI










Vel, ad libitum, ℟. Sanctíssime, *ad calcem Antiphonarii.*

Tempore Paschali.

℟. br. VI









Hymnus.

I







Ille floréntes peragébat annos,
Cum puer dulcis pátriæ penátes
Liquit, et solus látuit siléntí
Cónditus antro.

Inter urtícas rigidósque sentes
Vicit altrícem scélerum juvén-
tam :
Inde conscrípsit documénta vitæ
Pulchra beátæ.

Æream turpis Clárii figúram,
Etnemus stravit Véneri dicátum,
Atque Baptístæ pósuit sacráto
Monte sacéllum.

Jamque felíci résidens olýmpo,
Inter ardéntes Séraphim catérvas
Spectat, et dulci réficit cliéntum
Corda liquóre.

Glória Patri, genitǽque Proli,
Et tibi compar utriúsque semper
Spíritus alme, Deus unus, omni
Témpore sæcli.
Amen.




℣. Amávit e- um Dóminus, et orná-vit e- um.




℟. Sto-lam gló-ri- æ índu- it e- um.


Tempore Paschali :



℣. Amávit e- um Dóminus, et orná-vit e- um, alle- lú- ia.



℟. Sto- lam gló- ri- æ índu- it e- um, alle-



lú-ia.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 D *

E Xsúltet ómni- um * tur- ba fi- dé- li- um pro gló- ri- a almi Patris Bene- dí-cti : læ- téntur præ- cí-pu- e ca- térvæ mo- nachó- rum, ce- lebrántes e- jus fe- sta in ter-ris, de cu- jus so-ci- e-tá- te sancti congáu-dent † in cæ-lis. *T. P.* † in cæ- lis, al-le- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.


Omnípotens sempitérne Deus, qui (hodiérna die) carnis edúctum ergástulo sanctissimum Confessórem tuum Benedíctum sublevásti ad cælum : * concéde, quǽsumus, hæc festa tuis fámulis celebrántibus cunctórum véniam delictórum; ut qui exsultántibus ánimis ejus claritáti congáudent, ipso apud te interveniénte, consociéntur et méritis. Per Dóminum.


Commem. Feriæ in Quadragesima.


¶ *Tempore Paschali, omnibus Horis, in Oratione* Omnípotens *omittuntur verba* hodiérna die.


AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. VIII G 2























3 Ant. VIII G











4 Ant. IV d





5 Ant. I D2

VIR Dómi- ni Be-ne- díctus * ómni- um justó-rum




Capitulum. *Eccli. 50, 6-7.*

ECce Conféssor magnus, † qui quasi stella matutína in médio nébulæ, et quasi luna plena in diébus suis lucet. * Et quasi sol refúlgens, sic ille effúlsit in templo Dei.

℟. br. VI

A-má-vit e- um Dómi-nus, * Et orná- vit e- um.







¶ *Tonus pro Tempore Paschali,* 659.

Hymnus.








Sancta te compsit púerum senéctus,
Nil sibi de te rápuit volúptas,
Aruit mundi tibi flos ad alta
Mente leváto.

Hinc fuga lapsus, pátriam, paréntes
Déseris, fervens némorum colónus :
Edomas carnem, subigísque Christo
Tortor acérbus.


Ne diu tutus látebras fovéres,
Signa te produnt óperum piórum :
Spárgitur felix céleri per orbem
Fama volátu.


Glória Patri, genitǽque Proli,
Et tibi compar utriúsque semper,
Spíritus alme, Deus unus, omni
Témpore sæcli.
Amen.






Tempore Paschali :








Ad Benedictus, Antiphona. IV E







Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui (hodiérna die) carnis edúctum ergástulo sanctíssimum Confessórem tuum Benedíctum sublevásti ad cælum : † concéde, quæsumus, hæc festa tuis fámulis celebrántibus cunctórum véniam delictórum; * ut qui exsultántibus ánimis ejus claritáti congáudent, ipso apud te interveniénte, consociéntur et méritis. Per Dóminum.

Commem. Feriæ in Quadragesima.

AD TERTIAM.

Antiphona Beátus vir Benedíctus, 851. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

AD SEXTAM.

Antiphona Glorióśus, 852.

Capitulum. *Eccli. 50, 3-4.*

IN diébus ipsíus emanavérunt pútei aquárum, † et quasi mare adimpléti sunt supra modum. * Qui curávit gentem suam, et liberávit eam a perditióne.

℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

AD NONAM.

Antiphona Vir Dómini Benedíctus, 853.

Capitulum. *Eccli. 50, 10-11 et 13-14.*

QUasi vas auri sólidum, ornátum omni lápide pretióso. Quasi olíva púllulans, et cypréssus in altitúdinem se extóllens. † Et circa illum coróna fratrum : quasi plantátio cedri in monte Líbano, * sic circa illum stetérunt quasi rami palmæ, et omnes fílii Aaron in glória sua.


℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus.
℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :




℣. Justum dedú-xit Dóminus per vi- as rectas.



℟. Et osténdit il-li regnum De- i.


Ad Magnificat, Antiphona. II D



H O- di- e * sanctus Be-ne-díctus per vi- am



O-ri- éntis recto trámi- te vi-dénti-bus discí-pu-lis cæ-lum



ascéndit : hó-di- e e-réctis má-ni-bus inter verba



o-ra-ti- ó- nis exspi-rá- vit : hó-di- e in gló- ri- a




ab Ange-lis suscéptus est. E u o u a e.

Deinde commemoratio Feriæ.


¶ *In II Vesperis, Tempore Paschali,* ℣., *Antiphona ad Magnificat et Oratio ut infra.*

IN II VESPERIS, TEMPORE PASCHALI.


Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :



℣. Justum dedú-xit Dómi-nus per vi- as rectas, alle- lú-ia.




℟. Et osténdit il-li regnum De- i, alle-



lú-ia.

Ad Magnificat, Antiphona. II D



S Anctus Be- ne- díctus * per vi- am O-ri- éntis recto




trámi- te vi-dénti-bus discí-pu-lis cælum ascéndit : et



e-réctis má-ni-bus inter verba o-ra- ti- ó- nis exspi-rá-



vit : et in gló- ri- a ab Ange-lis suscéptus est, alle-



lú-ia. E u o u a e.

Oratio Omnípotens sempitérne Deus, 850.

Die 25 Martii.

IN ANNUNTIATIONE B. MARIÆ VIRGINIS.

Duplex I Classis.

IN I VESPERIS.

Ant. de Laudibus. Ps. ut in Festis B. M. V.: Dixit Dóminus, 725; Laudáte, 727; Lætátus sum, 730; Nisi Dóminus, 731.

Capitulum. *Isaiæ 7, 14-15.*

ECce virgo concípiet, et páriet fílium, † et vocábitur nomen ejus Emmánuel. * Butýrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et elígere bonum.

Responsorium breve. VI

ANGE-LUS Dómi- ni *Nun-ti- ávit Ma- rí- æ. ℣. Et concépit de Spí-ri- tu San-cto. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

Vel, ad libitum, ℟. Gaude María, *ad calcem Antiphonarii.*

Tempore Paschali.

℟. br. VI

A Nge- lus Dómi-ni nunti- á-vit Ma- rí- æ,

* Alle- lú-ia, al-le- lú- ia. ℣. Et concé-pit de Spí-ri- tu

San-cto. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí-

tu- i Sancto.

Hymnus Ave maris stella, 704.

℣. Ave Ma-rí- a, grá-ti- a plena.

℟. Dóminus te-cum.

Tempore Paschali :

℣. Ave Ma-rí- a, grá-ti- a ple-na, al-le- lú- ia.

℟. Dóminus te-cum, al-le- lú-ia.

Ad Magnificat, Antiphona. VIII G

SPí- ri-tus Sanctus * in te descéndet, Ma- rí- a : et virtus Altíssimi ob-umbrá-bit ti- bi. *T. P.* Alle- lú- ia.

E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : * præsta supplícibus tuis; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Commem. Feriæ in Quadragesima.

¶ *Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.*

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. VIII G 2

MIssus est * Gábri- el Ange-lus ad Ma-rí- am Vírgi-nem desponsá-tam † Jo-seph. *T. P.* † Jo-seph, alle-lú- ia.

E u o u a e.

2 Ant. 1 g

A-ve Ma-rí- a, * grá-ti- a ple-na : Dómi-nus te-cum : bene-dícta tu † in mu-li- é-ri-bus. *T. P.* † in mu-li- é-ri-bus, alle- lú- ia. E u o u a e.

3 Ant. VIII G

NE tíme- as, Ma-rí- a, * inve-nísti grá- ti- am apud Dóminum : ecce concí- pi- es, et pá-ri- es † fí- li- um. *T. P.* † fi- li- um, alle-lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. 1 f

DAbit e- i Dómi-nus * se-dem David patris e-jus, et regná- bit † in æ- térnum. *T. P.* † in æ-térnum, alle- lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. VIII a

E Cce ancílla Dómini : * fiat mihi secúndum verbum † tuum. *T. P.* † tuum, allelúia. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiæ 7, 14-15.*

ECce virgo concípiet, et páriet fílium, † et vocábitur nomen ejus Emmánuel. * Butýrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et elígere bonum.

℟. br. VI

A Ngelus Dómini * Nuntiávit Maríæ. ℣. Et concépit de Spíritu Sancto. ℣. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

Tempore Paschali.

℟. br. VI


A Ngelus Dómini nuntiávit Maríæ, * Allelúia, allelúia. ℣. Et concépit de Spíritu Sancto. ℣. Glória Pa-



tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

Hymnus.

II



O glo- ri- ó-sa Dó-mi-na, Excél-sa su-per sí-de-ra,

Qui te cre-á-vit, pró-vi-de Lactásti sacro ú-be-re.


Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine :
Intrent ut astra flébiles,
Cæli fenéstra facta es.

Tu Regis alti jánua,
Et porta lucis fúlgida :
Vitam datam per Vírginem
Gentes redémptæ pláudite.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Ave María, grátia plena.
℟. Dóminus tecum.

Ad Benedictus, Antiphona. VII a




QUómo-do fi- et istud, * Ange- le De- i, quó-

ni- am vi-rum non cognó-sco? Audi Ma- rí- a Virgo :



Spí-ri-tus Sanctus supervé-ni- et in te, et virtus Altíssi-



Oratio.

DEus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : † præsta supplícibus tuis; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, * ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Commem. Feriæ in Quadragesima.

AD TERTIAM.

Antiphona Ave María, 862. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM.

Antiphona Ne tímeas María, 862.

Capitulum. *Luc, 1, 32-33.*

DAbit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus : † et regnábit in domo Jacob in ætérnum, * et regni ejus non erit finis.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD NONAM.

Antiphona Ecce ancílla Dómini, 863.

Capitulum. *Isaiæ 11, 1-2.*

EGrediétur virga de radíce Jesse, † et flos de radíce ejus ascéndet. * Et requiéscet super eum Spíritus Dómini.


℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :

℣. Ave María, grátia plena.
℟. Dóminus tecum.

Ad Magnificat, Antiphona. VII d




GAbri- el Ange-lus * locú-tus est Ma- rí- æ



di- cens : Ave grá-ti- a plena : Dóminus te-cum : bene-dícta tu



† in mu-li- é-ri-bus. *T.P.* † in mu-li- é-ri-bus, alle-lú- ia.



E u o u a e.

Commem. Feriæ in Quadragesima.

---

27. S. JOANNIS DAMASCENI, CONFESSORIS ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex (in perpetuum simplificatum).

Ant. O Doctor óptime... beáte Joánnes, 741.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui ad cultum sacrárum imáginum asseréndum, beátum Joánnem cæléstí doctrína et admirábili spíritus fortitúdine imbuísti : * concéde nobis ejus intercessióne et exémplo; ut quorum cólimus imágines, virtútes imitémur et patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Feria VI post Dominicam Passionis.

Septem Dolorum Beatæ Mariæ Virginis.

Memoria.

AD VESPERAS.

Ant. VI

TU- am ipsí- us á- nimam, * a- it ad Ma-rí- am Síme- on, pertransí-bit glá-di- us.

℣. Ora pro nobis, Virgo dolorosíssima.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Oratio.

DEus, in cujus passióne, secúndum Simeónis prophetíam, dulcíssimam ánimam gloriósæ Vírginis et Matris Maríæ dolóris gládius pertransívit : * concéde propítius; ut qui transfixiónem ejus et passiónem venerándo recólimus, gloriósis méritis et précibus ómnium Sanctórum cruci fidéliter adstántium intercedéntibus, passiónis tuæ efféctum felícem consequámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

¶ *Ad Completorium et ad Horas, Hymni cantantur in tono Passionis,* 384 *vel* 387, *cum Doxologia sequenti :*

Glória tibi Dómine,
Qui passus es pro sérvulis,
Cum Patre et Sancto Spíritu
In sempitérna sǽcula. Amen.


AD LAUDES.

Ant. VIII

CUM vi- disset Je-sus * Matrem stantem juxta cru-cem,







℣. Ora pro nobis, Virgo dolorosíssima.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Oratio Deus in cujus passióne, *ut supra.*

Festa Aprilis.

¶ *Tempore Paschali, in Duplicibus majoribus et minoribus non fit commemoratio Feriæ.*

2. *S. Francisci de Paula, Confessoris.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Similábo eum, ℣. Amávit, 743.

Oratio.

DEus, humílium celsitúdo, qui beátum Francíscum Confessórem Sanctórum tuórum glória sublimásti: * tríbue, quǽsumus; ut ejus méritis et imitatióne, promíssa humílibus prǽmia felíciter consequámur. Per Dóminum nostrum.

Ad Laudes, *Ant.* Serve bone, ℣. Justum, 743.

4. **S. ISIDORI,**

EPISC., CONF. ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex.

Ant. O Doctor óptime... beáte Isidóre, 665.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Isidórum minístrum tribuísti: † præsta, quǽsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

11. **S. LEONIS I, PAPÆ,**

CONFESSORIS ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex. (m. t. v.)

Ant. O Doctor óptime... beáte Leo, 665.

Oratio.

EXáudi, quǽsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Leónis Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus: † et qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, * ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

13. ***S. Justini, Martyris.***

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Iste Sanctus, ℣. Glória, 736 *(vel, Tempore Paschali, Ant.* Lux perpétua, ℣. Sancti et justi, 735).

Oratio.

DEus, qui per stultítiam crucis, eminéntem Jesu Christi sciéntiam beátum Justínum Mártyrem mirabíliter docuísti: * ejus nobis intercessióne concéde; ut errórum circumventióne depúlsa, fídei firmitátem consequámur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737 *(vel, Tempore Paschali, Ant.* Fíliæ Jerúsalem, ℣. Pretiósa, 735).

14. *SS. Tiburtii, Valeriani et Maximi, Martyrum.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738 (*vel, Tempore Paschali, Ant.* Lux perpétua, ℣. Sancti et justi, 735).

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : * ut, qui sanctórum Mártyrum tuórum Tibúrtii, Valeriáni et Máximi solémnia cólimus, eórum étiam virtútes imitémur. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738 (*vel, Tempore Paschali, Ant.* Fíliæ Jerúsalem, ℣. Pretiósa, 735).

21. S. ANSELMI,

EPISC., CONF. ET ECCLESIÆ DOCTORIS O. N.

Duplex majus.

Ant. O Doctor óptime... beáte Ansélme, 665.

Oratio.

ECclésiam tuam, quǽsumus Dómine, benígnus illústra : + ut beáti Ansélmi Confessóris tui atque Pontíficis illumináta doctrínis, * ad dona pervéniat sempitérna. Per Dóminum.

In Aliquibus Locis.


Omnia de Comm. Conf. Pont., 654, *præter sequentia :*

IN UTRISQUE VESPERIS.

Hymnus.







Ante matúros sápiens hic annos,
Sǽculi florem pereúntis horret;
Atque Lanfránci documénta quærens,
Intrat erémum.

Intimum pulsans penetrále Verbi,
Fertur immótæ fídei volátu :
Dógmatum puros láticcs an ullus
Altius hausit?

Munus abbátis, Pater alme, sumens,
Te voves caræ sóboli : benígnis
Débiles portas húmeris, alácres
Prǽvius hortans.

Prǽsulum defert tibi rex cathédram;
Quid times luctam? própcrant triúmphi :
Exteras gentes, generósus exsul,
Lúmine reples.

Sacra libértas, óvibus redémptis
Parta, cui Christus nihil antepónit,
Urget Ansélmum : stúdio quis æquo
Víndicat ipsam?

Clara fit Romæ tua fama, Præsul :
Póntifex summus tibi fert honóres;
Te fides poscit : siluére Patres :
Dogma tuére!

Sis memor sancti gregis, et patrónus
Sis ad ætérnam Tríadem, precámur,
Cuncta cui dignas résonent per orbem
Sǽcula laudes. Amen.

Ad Magnificat, Ant. O Doctor óptime... beáte Ansélme, 665.

Oratio.

Deus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Ansélmum minístrum tribuísti : † præsta, quǽsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

AD LAUDES.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona.

III a 3

23. *S. Georgii, Martyris.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Lux perpétua, ℣. Sancti et justi, 735.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Geórgii Mártyris tui méritis et intercessióne lætíficas: * concéde propítius; ut qui tua per eum benefícia póscimus, dono tuæ grátiæ consequámur. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Fíliæ Jerúsalem, ℣. Pretiósa, 735.

25. S. MARCI, EVANGELISTÆ.

Duplex II Classis.

Oratio.

DEus, qui beátum Marcum Evangelistam tuum evangélicæ prædicatiónis grátia sublimásti : † tríbue, quǽsumus; ejus nos semper et eruditióne profícere, * et oratióne defféndi. Per Dóminum.

¶ *Hodie qui non intersunt Processioni Litaniarum, dicant illas privatim post Laudes cum suis Precibus et Orationibus sine Psalmis Pœnitentialibus, etiam si hoc Festum transferatur in aliam diem.*

Si Litaniæ majores occurrant in die Paschæ, transferantur in Feriam III sequentem.

26. *S. Cleti, Papæ et Martyris.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Lux perpétua, ℣. Sancti et justi, 735.

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : * et quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Cleti Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Fíliæ Jerúsalem, ℣. Pretiósa, 735.

Vesperæ de sequenti.

27. S. PETRI CANISII, CONFESSORIS ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex. (m. t. v.)

Ant. O Doctor óptime... beáte Petre, 665.

Oratio.

DEus, qui ad tuéndam cathólicam fidem beátum Petrum Confessórem tuum virtúte et doctrína roborásti : † concéde propítius; ut ejus exémplis et mónitis, errántes ad salútem resi-

píscant, * et fidéles in veritátis confessióne persevérent. Per Dóminum.

In II Vesperis, *comm.* S. Vitalis *Martyris : Ant.* Lux perpétua, ℣. Sancti et justi, 735. *Oratio ut infra.*

---

28. *S. Vitalis, Martyris.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Filiæ Jerúsalem, ℣. Pretiósa, 735.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui beáti Vitális Mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

Vesp. de seq., cum comm. ut infra.

---


29. SS. ODONIS, MAIOLI, ODILONIS ET HUGONIS,


ABBATUM CLUNIACENSIUM O. N.

Duplex.

IN I VESPERIS.

1 Ant. VII d








alle-lú- ia. E u o u a e. *Psalmi de Dominica*, 725.

2 Ant. VIII G 2



MA- io-lus, * ca-ri-tá-te re-dúndans ac grá-ti- a, sancti-tá- tem angé-li- cam æmu-lá- tus, virtú-te super hómi-nem



fe-re-bá-tur, alle-lú- ia. E u o u a e.

3 Ant. I D 2

QUa- lem ca-ri-tá-tem * corde servá-ret O-dí-lo mi-re



demonstrá-vit, qui de-functó-rum fidé- li- um cru-ci- á- ti-bus




cóndo-lens, e- os quo-tánnis dulci refri-gé-ri- o fovê-ri de-



cré-vit, alle- lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. III a

CUM in di- e * magni Sábba-ti be- á-tus Hu-go sacris



Capitulum. *Eccli. 17, 6.*

CReávit illis Deus sciéntiam spíritus, † sensu implévit cor illórum, * et mala et bona osténdit illis.

℟. *breve* Lux perpétua, *de Communi Martyrum T. P.*, 629.

Hymnus.



Quorum coléntes ánnuam
Solemnitátem cándidam,
Ipsos precámur húmiles,
Ut nostras mundent máculas.

Oratióne sédula,
Votísque nostris súbditis,
Det nobis indulgéntiam
Eórum intercéssio.

Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre et sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allelúia.
℟. Vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

1 D

B E- á- ti estis, * Sancti De- i, qui me-ru- ístis consór-tes fí- e-ri cæ- lésti- um virtú- tum, et pér- fru- i cla-ri-tá-tis gló-ri- a, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio Deus, qui nos, *ut infra ad Laudes.*

Et fit comm. S. Roberti *Abbatis O. N. : Ant.* Similábo eum, ℣. Amávit, 743.

Oratio.

INtercéssio nos, quǽsumus Dómine, beáti Robérti Abbátis comméndet : * ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. 1 g 2

S Uper ni-vem * de- alba-búntur Sancti tu- i, Dómi- ne, alle- lú- ia. E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit, *cum reliquis,* 721.

2 Ant. VIII G 2

JUsti confi-te-búntur * nómi- ni tu- o, et ha-bi-tá-bunt recti cum vultu tu- o, alle-lú- ia. E u o u a e.

3 Ant. VII a

SAncti me- i, * qui in isto sǽcu- lo certámen habu- i-stis, mercédem la-bó-rum ego reddo vo- bis, alle-lú- ia. E u o u a e.


4 Ant. I a 2

SAncti spí-ri-tus * et á-nimæ justó-rum, hymnum di-ci-te De- o, al-le-lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. VIII a

SAncti e-stis, * di-cit Dómi-nus, et multipli-cá- bo






Capitulum. *Eccli. 17, 6.*

CReávit illis Deus sciéntiam spíritus, † sensu implévit cor illórum, * et mala et bona osténdit illis.

℟. *breve* Sancti et justi, *de Communi Martyrum T. P.*, 634.

Hymnus.

III







Qui pura mentis ácie,
Mundi devícto príncipe,
Amára dantes sémina,
Jam messis tenent gáudia.

Scutum suméntes fídei,
Juxta dictum Apóstoli,
Mucróne sancti Spíritus
Hostes prostérnunt ínvidos.

Ut vera Christi lília
Fulgéntes in Ecclésia,
Commíssa sibi ágmina
Pascébant dape gémina.

Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre et sancto Spíritu
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℞. Mors sanctórum ejus, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

1 D

FUl-gé-bunt justi, * et tamquam scintíl- læ in a- rundi-né- to discúr-rent, ju-di-cá-bunt na-ti- ónes et regná-bunt in æ-térnum, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui nos Sanctórum tuórum et solemnitáte lætíficas, et imitatióne súscitas ad proféctum : † præsta; ut quos venerámur officio, * étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

Commem. S. Roberti : *Ant.* Serve bone, ℣. Justum, 743, *Oratio* Intercéssio, *ut supra in I Vesperis*, 877.

AD TERTIAM.

Antiphona Justi confitebúntur, 878. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allelúia.

℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona Sancti mei, 878.

Capitulum. *Eccli. 17, 7-8.*

POsuit óculum suum super corda illórum, † osténdere illis magnália óperum suórum, * ut nomen sanctificatiónis colláudent.

℣. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, allelúia.

℟. Et ætérnitas témporum, allelúia.

AD NONAM.

Antiphona Sancti estis, 878.

Capitulum. *Eccli. 17, 16.*

OMnia ópera illórum velut sol in conspéctu Dei, * et óculi ejus sine intermissióne inspiciéntes in viis eórum.

℣. Lætítia sempitérna super cápita eórum, allelúia.
℟. Gáudium et exsultatiónem obtinébunt, allelúia.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :

Hymnus.

III

REX glo- ri- ó- se Prǽsu- lum, Co- róna confi- tén- ti- um, Qui respu- én- tes térre- a Perdú- cis ad cæ- lé- sti- a.

Aurem benígnam prótinus
Appóne nostris vócibus :
Trophǽa sacra pángimus :
Ignósce quod delíquimus.

Tu vincis in Martýribus,
Parcéndo Confessóribus :
Tu vince nostra crímina,
Donándo indulgéntiam.

Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre et sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors sanctórum ejus, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

1 g

VOS qui re-liquí-stis ómni- a, * et se-cú-ti estis me, céntuplum acci- pi- é- tis, et vi- tam æ-tér-nam pos- si-dé-bi-tis, al-le-lú- ia. E u o u a e.

Et fit comm. S. Catharinæ, *Virg.* : *Ant.* Veni sponsa Christi, ℣. Spécie tua, 744, *Oratio ut infra.*

30. *S. Catharinæ Senensis, Virginis.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Símile est, ℣. Diffúsa est, 745.

Oratio.

DA, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui beátæ Catharínæ Vírginis tuæ natalítia cólimus, et ánnua solemnitáte lætémur, et tantæ virtútis proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Vesperæ de Festo SS. Apostolorum Philippi et Jacobi *ut infra*, 892.

Feria IV infra Hebd. II post Oct. Paschæ.

IN SOLEMNITATE S. JOSEPH SPONSI B. MARIÆ V., CONF. ET ECCLESIÆ UNIVERSALIS PATRONI.

Duplex I Classis cum Octava communi.

IN I VESPERIS.


Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.

Capitulum. *Gen. 49, 26.*

BEnedictiónes patris tui confortátæ sunt benedictiónibus patrum ejus : † donec veníret Desidérium cóllium æternórum : * fiant in cápite Joseph, et in vértice Nazarǽi inter fratres suos.

Responsorium breve. VI

CONSTITU- IT e- um dómi-num domus su- æ, * Alle- lú- ia, al- le-







Vel, ad libitum, ℟. Fidélis servus, *ad calcem Antiphonarii.*

Tonus simplex pro diebus infra Octavam.

℟. br.
VI







℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Hymnus.

I



ré-sonent chri-stí- adum cho- ri, Qui cla- rus mé-ri- tis, junctus



Almo cum túmidam gérmine cónjugem
Admírans, dúbio tángeris ánxius,
Afflátu súperi Fláminis Angelus
Concéptum púerum docet.


Tu natum Dóminum stringis, ad éxteras
Ægýpti prófugum tu séqueris plagas;
Amíssum Sólymis quæris, et ínvenis,
Miscens gáudia flétibus.

Post mortem réliquos sors pia cónsecrat,
Palmámque eméritos glória súscipit:
Tu vivens, Súperis par, frúeris Deo,
Mira sorte beátior.

Nobis, summa Trias, parce precántibus,
Da Joseph méritis sídera scándere:
Ut tandem líceat nos tibi pérpetim
Gratum prómere cánticum. Amen.








Ad Magnificat, Antiphona. III a 3








ha- bens de Spí- ri-tu Sancto, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.


DEus, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimæ Genitrícis tuæ sponsum elígere dignátus es : * præsta, quǽsumus ; ut quem protectórem venerámur in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

AD LAUDES ET PER HORAS.


1 Antiphona. 1 g



JACOB au-tem * génu- it Jo- seph, vi- rum Ma-



rí- æ, de qua na-tus est Je-sus, qui vocá-tur Chri-stus,



al-le-lú- ia. E u o u a e.


2 Ant. VIII G 2



MIssus est * Ange-lus Gábri- el a De- o in ci-vi-



tá-tem Ga- li-lǽ-æ, cu- i nomen Ná-za-reth, ad Virgi-nem de-




sponsá-tam vi-ro cu- i nomen e-rat Jo-seph, alle-lú- ia.


E u o u a e.

3 Ant. VII a

A-scéndit autem Jo-seph * a Ga-li-lǽ- a de ci-vi-tá-te



Ná-za-reth, in Judǽ-am in ci-vi-tá-tem David, quæ vo-cá-tur




Béthle-hem, alle-lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. III a

ET ve-né- runt * festi-nántes, et inve-né-runt Ma-rí- am,



et Jo-seph, et infántem pó-si-tum in præsé-pi- o, al-le- lú- ia.




E u o u a e.

5 Ant. VII d

ET ipse Je-sus * e-rat incí-pi- ens qua- si annórum







Capitulum. *Gen. 49, 26.*

BEnedictiónes patris tui confortátæ sunt benedictiónibus patrum ejus : † donec veníret Desidérium cóllium æternórum : * fiant in cápite Joseph, et in vértice Nazarǽi inter fratres suos.

℟. br.
VI
COnfi-tébor nómi-ni tu- o, * Alle- lú- ia, alle-lú- ia.



Hymnus.





Te Sator rerum státuit pudícæ
Vírginis sponsum, voluítque Verbi
Te patrem dici, dedit et minístrum
Esse salútis.


Tu redemptórem stábulo jacéntem,
Quem chorus Vatum cécinit futúrum,
Adspicis gaudens, humilísque natum
Numen adóras.

Rex Deus regum, Dominátor orbis,
Cujus ad nutum tremit inferórum
Turba, cui pronus famulátur æther,
Se tibi subdit.


Laus sit excélsæ Tríadi perénnis,
Quæ tibi præbens súperos honóres,
Det tuis nobis méritis beátæ
Gáudia vitæ. Amen.









Ad Benedictus, Antiphona. VII a







Oratio.

DEus, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctissimæ Genitrícis tuæ sponsum elígere dignátus es : † præsta, quǽsumus; ut quem protectórem venerámur in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

AD TERTIAM.

Antiphona Missus est, 886. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Confitébor nómini tuo, allelúia.
℟. Quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona Ascéndit autem Joseph, 887.

Capitulum. *Gen. 49, 25.*

DEus patris tui erit adjútor tuus, † et Omnípotens benedícet tibi * benedictiónibus cæli désuper.

℣. Justus germinábit sicut lílium, allelúia.
℟. Et florébit in ætérnum ante Dóminum, allelúia.

AD NONAM.

Antiphona Et ipse Jesus, 887.

Capitulum. *Gen. 49, 22.*

FIlius accréscens Joseph, † fílius accréscens, et decórus adspéctu : * fíliæ discurrérunt super murum.


℣. Plantátus in domo Dómini, allelúia.
℟. In átriis domus Dei nostri, allelúia.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :



℣. Sub umbra il- lí- us quem de- si- de- ráve- ram se- di, al-



le- lú- ia. ℟. Et fructus e- jus dulcis gúttu- ri



me- o, alle- lú- ia.


Ad Magnificat, Antiphona. III b



FI- li, * quid fe- cí- sti no- bis sic? Ecce pa- ter tu- us



et e- go do- lén- tes quære- bámus te, al- le- lú- ia.



E u o u a e.

¶ *Infra Octavam et in die Octava, omnia dicuntur ut in Festo. ℣. autem ad Laudes et Vesperas cantatur in tono communi.*

¶ *Sabbato et Dominica infra Octavam, Officium dicitur de Dominica III post Pascha, cum commemoratione Octavæ juxta Rubricas.*

Festa Maii.

1. SS. PHILIPPI ET JACOBI, APOST.

Duplex II Classis.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.

Capitulum, ℟. *breve et Hymnus de Communi Apostolorum Tempore Paschali,* 629.


℣. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allelúia.


℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona. VI F









Oratio ut infra ad Laudes.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. VII c 2

D Omi-ne, * osténde no-bis Pa-trem, et súf-fi- cit no-



bis, alle-lú- ia. E u o u a e.

2 Ant. VII a

P Hil- íppe, * qui vi- det me, vi-det et Pa- trem




me- um, alle-lú- ia. E u o u a e.

3 Ant. III a

T Anto témpo-re * vo-bíscum sum, et non cogno-ví-stis



me? Phil- íppe, qui vi- det me, vi-det et Patrem me- um,




alle- lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. VII a

S I cogno- vissé-tis me, * et Patrem me- um ú-tique





cognovissé- tis, et ámodo cognoscé- tis e- um, et vi- di-



stis e- um, alle-lú- ia, alle- lú- ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. III a

S I di- lí-gi-tis me, * mandá-ta me- a servá-te, alle-



lú- ia, alle-lú- ia, alle- lú- ia. E u o u a e.

Capitulum, ℟. *br. et Hymnus de Communi*, 634.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors sanctórum ejus, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

VIII a

E -go sum vi- a, * vé-ri-tas et vi- ta : nemo venit



ad Pa-trem, ni- si per me, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua Apostolórum tuórum Philíppi et Jacóbi solemnitáte lætíficas : † præsta, quǽsumus; ut quorum gaudémus méritis, * instruámur exémplis. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Philíppe, 893.

Capitulum. *Sap. 5, 1.*

STabunt justi in magna constántia † advérsus eos qui se angustiavérunt, * et qui abstulérunt labóres eórum.

℣. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allelúia.
℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona Tanto témpore, 893.

Capitulum. *Sap. 5, 5.*

ECce quómodo computáti sunt inter filios Dei, * et inter sanctos sors illórum est.

℣. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, allelúia.
℟. Et ætérnitas témporum, allelúia.

AD NONAM.

Antiphona Si dilígitis me, 894.

Capitulum. *Rom. 8, 28.*

SCimus quóniam diligéntibus Deum † ómnia cooperántur in bonum, * iis qui secúndum propósitum vocáti sunt sancti.

℣. Lætítia sempitérna super cápita eórum, allelúia.
℟. Gáudium et exsultatiónem obtinébunt, allelúia.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi ut in II Vesperis Apostolorum : Dixit Dóminus, 725; Laudáte púeri, 727; Crédidi *et* Dómine probásti me, 728.


Capitulum, ℟. *br. et Hymnus de Communi,* 629.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors sanctórum ejus, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

VII a







Commem. S. Athanasii : *Ant.* O Doctor óptime... beáte Athanási, ℣. Amávit, 741, *Oratio ut infra.*

---

2. S. ATHANASII,

EPISC., CONF. ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex.

Oratio.

Exáudi, quǽsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Athanásii Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : et qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

Vesp. de seq., cum comm. præced.

---

3. INVENTIO SANCTÆ CRUCIS.

Duplex II Classis.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.

Responsorium breve. VI

A








Hymnus.







Quo vulnerátus ínsuper
Mucróne diro lánceæ,
Ut nos laváret crímine,
Manávit und*a* et sánguine.

Impléta sunt quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicens : In natiónibus
Regnávit a ligno Deus.

Arbor decór*a* et fúlgida,
Ornáta Regis púrpura,
Elécta digno stípite
Tam sancta membra tángere.

Beáta, cujus bráchiis
Sæcli pepéndit prétium,
Statéra facta córporis,
Prædámque tulit tartári.

¶ O Crux ave, spes única,
In hoc Paschâli gáudio,
Auge piis justítiam,
Reísque dona véniam.

Te summa Deus Trínitas,
Colláudet omnis spíritus :
Quos per Crucis mystérium
Salvas, rege per sǽcula. Amen.

¶ *Stropha* O Crux ave *dicitur flexis genibus; et ultima nunquam mutatur.*

℣. Hoc signum Crucis erit in cælo, allelúia.
℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

I D 2

O Crux, * splendí-di- or cunctis astris, mundo cé- le- bris, ho-mí-ni- bus multum amá-bi- lis, sán- cti- or u- ni-vér- sis : quæ so- la fu- í-sti di-gna portá- re ta- léntum mundi : dulce lignum, dulces clavos, dúl- ci- a fe-rens pón-de-ra : sal- va præséntem ca-térvam, in tu- is hó- di- e láudi-bus congre- gá- tam, alle- lú- ia, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Commem. S. ATHANASII : *Ant.* O Doctor óptime... beáte Athanási, ℣. Justum, 741, *Oratio* Exáudi, 896.

AD LAUDES ET PER HORAS.


1 Ant. VII c



O magnum * pi- e-tá-tis o- pus! mors mórtu- a tunc



est, in li- gno quando mórtu- a vi-ta fu- it, alle-lú- ia.



E u o u a e.

2 Ant. III a



SAlva nos, * Christe Salvá- tor, per virtú-tem Cru-cis :




qui salvásti Petrum in ma-ri, mi- se-ré-re no-bis, alle- lú- ia.




E u o u a e.

3 Ant. I f



ECce Crucem Dómi- ni, * fú-gi- te partes advérsæ :



E u o u a e.


4 Ant. VII c





5 Ant. VIII c







be-ra nos De- us no-ster, alle- lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. *Philipp. 2, 5-7.*

FRatres : Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu : ✝ qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo : sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, * in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo.

℟. br. VI







Hymnus Lustris sex *ut supra,* 386.


℣. Adorámus te Christe, et benedícimus tibi, allelúia.
℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

I D 2









Oratio.

DEus, qui in præclára salutíferæ Crucis inventióne, passiónis tuæ mirácula suscitásti : † concéde ; ut vitális ligni prétio, * ætérnæ vitæ suffrágia consequámur. Qui vivis et regnas.

Commem. SS. ALEXANDRI I *Papæ,* EVENTII ET THEODULI *Mart.,* *ac* JUVENALIS *Episc. et Conf.* : *Ant.* Fíliæ Jerúsalem, ℣. Pretiósa, 735.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui sanctórum tuórum Alexándri, Evéntii, Theodúli atque Juvenális natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Salva nos, 899. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Hoc signum Crucis erit in cælo, allelúia.
℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona Ecce Crucem Dómini, 899.

Capitulum. *Gal. 6, 14.*

MIhi autem absit gloriári, † nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi : * per quem mihi mundus crucifíxus est, et ego mundo.

℣. Adorámus te Christe, et benedícimus tibi, allelúia.
℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum, allelúia.

AD NONAM.

Antiphona Per signum Crucis, 900.

Capitulum. *Philipp. 2, 8-9.*

HUmiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis. † Propter quod et Deus exaltávit illum, * et donávit illi nomen, quod est super omne nomen.

℣. Omnis terra adóret te, et psallat tibi, allelúia.
℟. Psalmum dicat nómini tuo Dómine, allelúia.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :

℣. Hoc signum Crucis erit in cælo, allelúia.
℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

II D

CRu-cem sanctam súb- i- it, * qui inférnum confré-git accínctus est po- ténti- a, surré-xit di- e térti- a, al- le- lú-ia. E u o u a e.

4. ## S. Monicæ, Viduæ.

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Date ei, ℣. Diffúsa est, 747.

Oratio.

DEus, mœréntium consolátor, et in te sperántium salus, qui beátæ Mónicæ pias lácrimas in conversióne fílii sui Augustíni misericórditer suscepísti : * da nobis utriúsque intervéntu peccáta nostra deploráre, et grátiæ tuæ indulgéntiam inveníre. Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti.

5. ## S. PII V, PAPÆ ET CONFESSORIS.

Duplex. (m. t. v.)

Oratio.

DEus, qui ad conteréndos Ecclésiæ tuæ hostes, et ad divínum cultum reparándum, beátum Pium Pontíficem Máximum elígere dignátus es : * fac nos ipsíus deféndi præsídiis, et ita tuis inhærére obséquiis; * ut ómnium hóstium superátis insídiis, perpétua pace lætémur. Per Dóminum.

Vesp. de seq., cum comm. præced.

6. S. JOANNIS ANTE PORTAM LATINAM.

Duplex majus.

Omnia de Communi Apostolorum Tempore Paschali, 629, *præter sequentia :*


IN I VESPERIS.


℣. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allelúia.
℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

IV E







Oratio.

Deus, qui cónspicis quia nos úndique mala nostra pertúrbant: † præsta, quǽsumus; * ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Evangelístæ intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Commem. S. Pii V : *Ant.* Dum esset Summus Póntifex, ℣. Justum, 741, *Oratio* Deus qui ad conteréndos *ut supra*, 903.

IN II VESPERIS.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors sanctórum ejus, allelúia.
Ant. ad Magnificat In fervéntis *ut supra.*

9. S. GREGORII NAZIANZENI, EPISC., CONF. ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex.

Ant. O Doctor óptime... beáte Gregóri, 665.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Gregórium minístrum tribuísti : † præsta, quǽsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

In II Vesperis, *comm.* SS. Gordiani et Epimachi *Martyrum : Ant.* Lux perpétua, ℣. Sancti et justi, 735, *Oratio ut infra.*

10. *SS. Gordiani et Epimachi, Martyrum.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Fíliæ Jerúsalem, ℣. Pretiósa, 735.

Oratio.

DA, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui beatórum Mártyrum tuórum Gordiáni et Epímachi solémnia cólimus, eórum apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

12. *SS. Nerei, Achillei et Pancratii, Martyrum.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Lux perpétua, ℣. Sancti et justi, 735.

Oratio.

SEmper nos, Dómine, Mártyrum tuórum Nérei, Achíllei atque Pancrátii fóveat, quǽsumus, beáta solémnitas : * et tuo dignos reddat obséquio. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Fíliæ Jerúsalem, ℣. Pretiósa, 735.
Vesperæ de sequenti.

13. COMMEMORATIO SS. MARTYRUM ET ALIORUM SANCTORUM,

QUORUM RELIQUIÆ IN ECCLESIIS O. N. ASSERVANTUR.

Duplex majus.

IN I VESPERIS.

Antiphona Sancti tui, *cum reliquis de Communi Martyrum Tempore Paschali*, 632. *Psalmi de Dominica*, 725.

Capitulum. *Rom. 8, 11.*

SI Spíritus ejus, qui suscitávit Jesum a mórtuis, hábitat in vobis : † qui suscitávit Jesum Christum a mórtuis, vivificábit et mortália córpora vestra, * propter inhabitántem Spíritum ejus in vobis.

℟. *br.* Lux perpétua *e Communi*, 629.

Hymnus.

III

ADéste Sancti plúrimo Dum thure, vestra dum pi- is Co- lúntur ossa rí- ti-bus, Vo-tis favé- te súp- pli-cum.

Non illa, quamquam trístibus
Imum redácta in púlverem
Dudum sepúlchris squálleant,
Divína virtus déserit.

Sed sancta præsénti fovet
Implétque templa númine,
Sed et futúræ spíritus
Post sæcla servat glóriæ.

Hinc ille, qui nostris latet
Cinis sub aris cónditus,
Ægris medétur efficax,
Torquet, fugátque dæmones.

¶ Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre et sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

¶ *Post Ascensionem* Glória tibi Dómine, Qui scandis super sídera.

℣. Custódit Dóminus ómnia ossa eórum, allelúia.

℟. Unum ex his non conterétur, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

1 g

LUX per-pé-tu- a * lu-cé-bit sanctis tu- is, Dó-mi-ne, et æ- térni- tas témpo- rum, al-le- lú- ia.

E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Et fit comm. S. Roberti Bellarmino *Episc., Conf. et Ecclesiæ Doctoris (Dupl. in perp. simplific.) : Ant.* O Doctor óptime... beáte Robérte, ℣. Amávit, 741.

Oratio.

DEus, qui ad errórum insídias repelléndas et Apostólicæ Sedis jura propugnánda, beátum Robértum Pontíficem tuum atque Doctórem mira eruditióne et virtúte decorásti : * ejus méritis et intercessióne concéde; ut nos in veritátis amóre crescámus, et errántium corda ad Ecclésiæ tuæ rédeant unitátem. Per Dóminum.

AD LAUDES.

Antiphonæ de Communi, 632.

Capitulum. *Rom. 8, 11.*

SI Spíritus ejus, qui suscitávit Jesum a mórtuis, hábitat in vobis : † qui suscitávit Jesum Christum a mórtuis, vivificábit

et mortália córpora vestra, * propter inhabitántem Spíritum ejus in vobis.

℟. *br.* Sancti et justi *e Communi*, 634.

Hymnus.

O vos u-ná-nimes Christi- ádum cho-ri, Sanctó-rum túmu-los et cí-ne-res Patrum, Ca-ras exú-vi- as, pígno-ra cǽ- li- tum, Lǽ-tis dí- ci-te cánti- bus.

Cælo quando piis æqua labóribus
Felíces ánimæ gáudia póssident,
Pœnárum sóciis débita rédditur
Hic laus, et decus óssibus.

Passim sparsa Deus, pollíciti memor
Custos, ne péreant, pígnora cóllígit,
Electósque suis próvidus ággerit
Aptándos lápides locis.

Quin et Relíquias et túmulos sibi
Aras ipse Deus cónsecrat hóstia;
Conjungénsque suis se caput ártubus,
Hos secum simul ímmolat.

Vos, quorum cíneres supplícibus pia
Tutum præsídium plebs colit ósculis,
Si vos nostra movent, subsídium boni
Vestris ferte cliéntibus.

Ut cum nostra novis spléndida dótibus
Surget juncta choris spirítuum caro,
Indivísa Trias sit Deus ómnia
Nobis semper in ómnibus.
Amen.

℣. Sit memória justórum in benedictióne, allelúia.
℟. Et ossa eórum púllulent de loco suo, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

VII a

EXhi- be- ámus * córpo-ra nostra hósti- am vi-véntem, sanctam, De- o pla-céntem : semper morti- fi- ca-ti- ó-nem Je-su in córpo-re nostro circumfe-réntes, ut et vi- ta Je-su ma-ni-festé-tur in corpó-ri-bus nostris, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui hanc sacrosánctam ecclésiam tot voluísti Sanctórum decorári Relíquiis : † auge in nobis resurrectiónis fidem; * et fac nos immortális glóriæ partícipes, cujus in eórum cinéribus pígnora venerámur. Per Dóminum.

Commem. S. ROBERTI BELLARMINO : *Ant.* Euge, ℣. Justum, 740, *Oratio* Deus qui ad errórum *ut supra*, 907.

AD TERTIAM.

Antiphona In cæléstibus regnis, 633.

Capitulum. *Philipp. 3, 20-21.*

NOstra conversátio in cælis est; † unde étiam Salvatórem exspectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ, * configurátum córpori claritátis suæ.

℣. Sapiéntiam sanctórum narrent pópuli, allelúia.
℟. Et laudes eórum núntiet Ecclésia, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona In velaménto, 633.

Capitulum. *1 Petri 4, 14.*

SI exprobrámini in nómine Christi, beáti éritis : † quóniam quod est honóris, glóriæ, et virtútis Dei, et qui est ejus Spíritus, * super vos requiéscit.

℣. Non derelínquet Dóminus sanctos suos, allelúia.
℟. In ætérnum conservabúntur, allelúia.

AD NONAM.

Antiphona Fulgébunt justi, 633.

Capitulum. *1 Petri 3, 13-14.*

QUis est qui vobis nóceat, † si boni æmulatóres fuéritis? sed et si quid patímini propter justítiam, beáti.

℣. Gloriósus Deus in sanctis suis, allelúia.
℟. Mirábilis in majestáte, fáciens prodígia, allelúia.

IN II VESPERIS.

Antiphona Sancti tui, *cum reliquis*, 632. *Psalmi de Communi plurimorum Martyrum T. P.* : Dixit Dóminus, 725; Beátus vir, 726; Laudáte púeri, 727; Crédidi, 728.


Capitulum, ℟. *breve et Hymnus ut in I Vesperis.*


℣. Consolábor vos, et gaudébit cor vestrum, allelúia.
℟. Et ossa vestra quasi herba germinábunt, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G

SAn- cti et justi * in Dómi- no gaudé- te, alle-





Commem. S. Roberti Bellarmino : *Ant.* O Doctor óptime... beáte Robérte, ℣. Justum, 741, *Oratio* Deus qui ad errórum, 907.

---

17. *S. Paschalis Baylon, Confessoris.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant*. Similábo eum, ℣. Amávit, 743.

Oratio.

Deus, qui beátum Paschálem Confessórem tuum mirífica erga Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria dilectióne decorásti : * concéde propítius; ut quam ille ex hoc divíno convívio spíritus percépit pinguédinem, eámdem et nos percípere mereámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Ad Laudes, *Ant*. Serve bone, ℣. Justum, 743.

---

19. S. PETRI CÆLESTINI, PAPÆ, CONFESSORIS O. N.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Cælestínum ad summi pontificátus ápicem sublimásti, quique illum humilitáti postpónere docuísti : † concéde propítius; ut ejus exémplo cuncta mundi despícere, * et ad promíssa humílibus prǽmia perveníre felíciter mereámur. Per Dóminum.

In I Vesperis, *comm.* S. PUDENTIANÆ *Virginis : Ant.* Veni sponsa Christi, ℣. Spécie tua, 744.

Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster : * ut sicut de beátæ Pudentiánæ Vírginis tuæ festivitáte gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

In Laudibus, *pro comm. S. Virginis : Ant.* Símile est, ℣. Diffúsa est, 745.

In II Vesperis Festi, ad Magnificat dicitur Antiphona Dum esset Summus Póntifex, 663.

---

25. S. GREGORII VII, PAPÆ,

CONFESSORIS O. N.

Duplex.

Oratio.

DEus, in te sperántium fortitúdo, qui beátum Gregórium Confessórem tuum atque Pontíficem, pro tuénda Ecclésiæ libertáte, virtúte constántiæ roborásti : † da nobis, ejus exémplo et intercessióne, * ómnia adversántia fórtiter superáre. Per Dóminum.

In I Vesperis, *comm.* S. URBANI I *Papæ et Mart. : Ant.* Lux perpétua, ℣. Sancti et justi, 735 (*vel, extra Temp. Pasch., Ant.* Iste sanctus, ℣. Glória, 736).

Oratio.

DA, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui beáti Urbáni Mártyris tui atque Pontíficis solémnia cólimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

In Laudibus, *pro comm. S. Papæ : Ant.* Fíliæ Jerúsalem, ℣. Pretiósa, 735 (*vel, extra Temp. Pasch., Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737).

Vesp. a Capit. de seq., cum comm. præcedentis.

26. S. AUGUSTINI CANTUARIENSIS, EPISC. ET CONFESSORIS O. N.

Duplex.

Oratio.

DEus qui Anglórum gentes, prædicatióne et miráculis beáti Augustíni Confessóris tui atque Pontíficis, veræ fídei luce illustráre dignátus es : † concéde, ut ipso interveniénte, errántium corda ad veritátis tuæ rédeant unitátem, * et nos in tua simus voluntáte concórdes. Per Dóminum.

In I Vesperis, *comm.* S. GREGORII VII : *Ant.* Dum esset Summus Póntifex, ℣. Justum, 663, *Oratio* Deus in te sperántium *ut supra*, 912.

Vesp. a Capit. de seq., cum comm. præcedentis.

---

27. S. BEDÆ VENERABILIS, CONFESSORIS ET ECCLESIÆ DOCTORIS O. N.

Duplex. (m. t. v.)

Ant. O Doctor óptime... beáte Beda, 665.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Bedæ Confessóris tui atque Doctóris eruditióne clarificas : † concéde propítius fámulis tuis, * ejus semper illustrári sapiéntia et méritis adjuvári. Per Dóminum.

In I Vesperis, *comm.* S. AUGUSTINI CANTUAR. : *Ant.* Amávit, ℣. Justum, 663, *Oratio* Deus qui Anglórum *ut supra*.

---

31. *S. Petronillæ, Virginis.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Veni sponsa Christi, ℣. Spécie tua, 744.

Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster : * ut sicut de beátæ Petronillæ Vírginis tuæ festivitáte gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur affectu. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant*. Símile est, ℣. Diffúsa est, 745.

Festa Junii.

---

2. *SS. Marcellini et Petri, Martyrum.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant*. Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738 (*vel, Temp. Pasch.*, *Ant*. Lux perpétua, ℣. Sancti et justi, 735).

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beatórum Mártyrum tuórum Marcellíni et Petri solemnitáte lætíficas : * præsta, quǽsumus; ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant*. Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738 (*vel, Temp. Pasch.*, *Ant*. Fíliæ Jerúsalem, ℣. Pretiósa, 735).

---

5. S. BONIFATII, EPISCOPI ET MARTYRIS O. N.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui multitúdinem populórum, beáti Bonifátii Mártyris tui atque Pontíficis zelo, ad agnitiónem tui nóminis vocáre dignátus es : † concéde propítius; ut cujus solémnia cólimus, * étiam patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de seq., cum comm. præced.

6. S. NORBERTI, EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui beátum Norbértum Confessórem tuum atque Pontíficem, verbi tui præcónem exímium effecísti, et per eum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti : † præsta, quǽsumus; ut ejúsdem suffragántibus méritis, * quod ore simul et ópere dócuit, te adjuvánte exercére valeámus. Per Dóminum.

In I Vesperis, *comm.* S. Bonifatii : *Ant.* Qui vult venire, ℣. Justus, 737 (*vel, Temp. Pasch., Ant.* Sancti et justi, ℣. Pretiósa, 736), *Oratio* Deus qui multitúdinem *ut supra.*

---

9. *SS. Primi et Feliciani, Martyrum.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738 (*vel, Temp. Pasch., Ant.* Lux perpétua, ℣. Sancti et justi, 735).

Oratio.

FAC nos, quǽsumus Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Primi et Feliciáni semper festa sectári : * quorum suffrágiis protectiónis tuæ dona sentiámus. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738 (*vel, Temp. Pasch., Ant.* Fíliæ Jerúsalem, ℣. Pretiósa, 735).

---

11. S. BARNABÆ, APOSTOLI.

Duplex majus.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Bárnabæ Apóstoli tui méritis et intercessióne lætíficas : † concéde propítius; ut qui tua per eum benefícia póscimus, * dono tuæ grátiæ consequámur. Per Dóminum.

In II Vesperis, *comm.* SS. Basilidis et sociorum *Martyrum* : *Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738 (*vel, Temp. Pasch., Ant.* Lux perpétua, ℣. Sancti et justi, 735), *Oratio ut infra.*

---

12. *SS. Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii, Martyrum.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738 (*vel, Temp. Pasch., Ant.* Fíliæ Jerúsalem, ℣. Pretiósa, 735).

Oratio.

SAnctórum Mártyrum tuórum Basílidis, Cyríni, Náboris atque Nazárii, quǽsumus Dómine, natalítia nobis votíva respléndeant : * et, quod illis cóntulit excelléntia sempitérna, frúctibus nostræ devotiónis accréscat. Per Dóminum.

---

13. *S. Antonii de Padua, Confessoris.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Similábo eum, ℣. Amávit, 743.

Oratio.

ECclésiam tuam, Deus, beáti Antónii Confessóris tui solémnitas votíva lætíficet : * ut spirituálibus semper muniátur auxíliis, et gáudiis pérfrui mereátur ætérnis. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Serve bone, ℣. Justum, 743.

Vesperæ de sequenti.

---

14. S. BASILII MAGNI,
EPISC., CONF. ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex majus. (m. t. v.)

Ant. O Doctor óptime... beáte Basíli, 665.

Oratio.

EXáudi, quǽsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Basilii Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : † et qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, * ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

In II Vesperis, *comm.* SS. VITI ET SOCIORUM *Mart. : Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738 (*vel, Temp. Pasch., Ant.* Lux perpétua, ℣. Sancti et justi, 735), *Oratio ut infra.*

---

15. *SS. Viti, Modesti atque Crescentiæ, Martyrum.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738 (*vel, Temp. Pasch., Ant.* Fíliæ Jerúsalem, ℣. Pretiósa, 735).

Oratio.

DA Ecclésiæ tuæ, quǽsumus Dómine, sanctis Martýribus tuis Vito, Modésto atque Crescéntia intercedéntibus, supérbe non sápere, sed tibi plácita humilitáte profícere : * ut prava despíciens, quæcúmque recta sunt, líbera exérceat caritáte. Per Dóminum.

---

18. S. EPHRÆM SYRI, DIACONI, CONFESSORIS ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex.

Ant. O Doctor óptime... beáte Ephræm, 665.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Ephræm Confessóris tui et Doctóris mira eruditióne et præcláris vitæ méritis illustráre voluísti : † te súpplices exorámus; * ut, ipso intercedénte, eam advérsus erróris et pravitátis insídias perénni tua virtúte deféndas. Per Dóminum.

In I Vesperis, *comm.* SS. MARCI ET MARCELLIANI *Martyrum : Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738 (*vel, Temp. Pasch., Ant.* Lux perpétua, ℣. Sancti et justi, 735).

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Marci et Marcelliáni natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum.

In Laudibus, *pro comm.* SS. MARCI ET MARCELLIANI : *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738 (*vel, Temp. Pasch., Ant.* Fíliæ Jerúsalem, ℣. Pretiósa, 735).

In II Vesperis, *comm.* SS. GERVASII ET PROTASII *Martyrum : Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738 (*vel, Temp. Pasch., Ant.* Lux perpétua, ℣. Sancti et justi, 735), *Oratio ut infra.*

---

19. *SS. Gervasii et Protasii, Martyrum.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738 (*vel, Temp. Pasch., Ant.* Fíliæ Jerúsalem, ℣. Pretiósa, 735).

Oratio.

DEus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Gervásii et Protásii solemnitáte lætíficas : * concéde propítius, ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum.

---

21. *S. Aloisii Gonzagæ, Confessoris.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Similábo eum, ℣. Amávit eum, 743.

Oratio.

CÆléstium donórum distribútor Deus, qui in angélico júvene Aloísio miram vitæ innocéntiam pari cum pæniténtia sociásti : * ejus méritis et précibus concéde; ut innocéntem non secúti, pæniténtem imitémur. Per Dóminum.

In Laudibus, *Ant.* Serve bone, ℣. Justum, 743.

22. *S. Paulini, Episcopi et Confessoris.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Sacérdos et Póntifex, ℣. Amávit, 739.

Oratio.

DEus, qui ómnia pro te in hoc sǽculo relinquéntibus, céntuplum in futúro et vitam ætérnam promisísti : * concéde propítius; ut sancti Pontíficis Paulíni vestígiis inhæréntes, valeámus terréna despícere, et sola cæléstia desideráre. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Ad Laudes, *Ant.* Euge, ℣. Justum, 740.

---

23. IN VIGILIA S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Omnia ut in Psalterio.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : ut família tua per viam salútis incédat; † et beáti Joánnis Præcursóris hortaménta sectándo, * ad eum quem prædíxit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum. Qui tecum vivit.

Vesperæ de Festo sequenti.

Die 24 Junii.

IN NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Duplex I Classis cum Octava communi.

IN I VESPERIS.


1 Antiphona. VII a



I-PSE præ-í-bit * ante il-lum in spí-ri-tu et vir-



tú-te E-lí- æ, pa-rá-re Dómi-no ple-bem perfé-ctam.




E u o u a e.

Psalmi de Dominica, 725.


2 Ant. VIII G



JO-ánnes est * nómen e-jus : vi-num et sí-ce-ram non




bi-bet, et mul- ti in na-ti-vi-tá-te e-jus gaudé-bunt.




E u o u a e.

3 Ant.
I f




EX ú-te-ro senectú-tis * et sté-ri- li Jo- ánnes na-



tus est, Præcúrsor Dómi-ni. E u o u a e.

4 Ant.
VII a



I-ste pu-er * magnus co-ram Dómi- no : nam et ma-




nus e-jus cum i- pso est. E u o u a e.


Capitulum. *Isaiæ 49, 1.*


AUdíte insulæ, et atténdite pópuli de longe : † Dóminus ab útero vocávit me, * de ventre matris meæ recordátus est nóminis mei.

℟. br.
VI



INter na-tos mu- lí- e- rum * Non surré-xit







Vel, ad libitum, ℟. Præcúrsor, *ad calcem Antiphonarii.*

Tonus simplex pro diebus infra Octavam.

℟. br. VI








Hymnus.

II








Núntius celso véniens Olýmpo,
Te patri magnum fore nascitúrum,
Nomen, et vitæ sériem geréndæ
Ordine promit.


Ille promíssi dûbius supérni,
Pérdidit promptæ módulos loquélæ :
Sed reformásti génitus perémptæ
Organa vocis.

Ventris obstrúso récubans cubíli,
Sénseras Regem thálamo manéntem :
Hinc parens nati méritis utérque
Abdita pandit.

Glória Patri, genitǽque Proli,
Et tibi compar utriúsque semper,
Spíritus alme, Deus unus, omni
Témpore sæcli. Amen.



℣. Fu- it homo missus a De- o.




℟. Cu- i nomen e-rat Jo- ánnes.

Ad Magnificat, Antiphona. VIII G



INgrésso * Zacha-rí- a templum Dómi-ni, appá-



ru- it e- i Gábri- el Ange-lus, stans a dextris altá-




ris incén-si. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Joánnis Nativitáte fecísti : * da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum ; et ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ. Per Dóminum.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. III a




2 Ant. IV E*

INnu- é-bant * patri e-jus quem vel-let vo-cá- ri e- um : et scripsit di-cens : Jo- ánnes est nomen e- jus.

E u o u a e.

3 Ant. I f


JO- ánnes vo-cá-bi-tur * nomen e-jus, et in na-ti-



vi-tá-te e- jus multi gaudé-bunt. E u o u a e.

4 Ant. III b

I N-ter na-tos * mu-lí- e- rum non surré-xit ma-jor



Jo- ánne Baptí-sta. E u o u a e.

5 Ant. III b

T U pu- er, * prophé- ta Altíssimi vo- cábe-ris : præ- í-




bis ante Dóminum pa-rá-re vi- as e- jus. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiæ 49, 1.*


AUdíte ínsulæ, et atténdite pópuli de longe : † Dóminus ab útero vocávit me, * de ventre matris meæ recordátus est nóminis mei.

℟. br. VI

F U- it homo * Missus a De- o. ℣. Cu- i nomen



e-rat Jo- ánnes. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fi- li- o, et Spi-rí-



tu- i Sancto.

Hymnus.

IV

O nimis fe-lix, me-rí- tíque cel-si, Nésci- ens la-bem níve- i pudó- ris, Præ- po-tens Martyr, nemo-rúmque cultor, Má-xi-me Va- tum!

Serta ter denis álios corónant
Aucta creméntis, duplicáta quosdam:
Trina centéno cumuláta fructu
Te sacer ornant.

Nunc potens nostri méritis opímis
Péctoris duros lápides repélle:
Asperum planans iter, et refléxos
Dírige calles.


Ut pius mundi Sator et Redémptor,
Méntibus pulsa livióne puris,
Rite dignétur véniens sacrátos
Pónere gressus.

Láudibus cives célebrent supérni
Te, Deus simplex, paritérque trine:
Súpplices et nos véniam precámur:
Parce redémptis. Amen.

℣. Iste puer magnus coram Dómino.
℟. Nam et manus ejus cum ipso est.

Ad Benedictus, Antiphona. VIII G

A-pértum est * os Zacha-rí- æ, et prophe-távit



Oratio.

DEus, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Joánnis Nativitáte fecísti: † da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum; * et ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Innuébant, 924. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Fuit homo missus a Deo.
℟. Cui nomen erat Joánnes.

AD SEXTAM.

Antiphona Joánnes vocábitur, 924.

Capitulum. *Isaiæ 49, 5-6.*

ET nunc hæc dicit Dóminus, formans me ex útero servum sibi: † Dedi te in lucem géntium, * ut sis salus mea usque ad extrémum terræ.

℣. Inter natos mulíerum non surréxit major.
℟. Joánne Baptísta.

AD NONAM.

Antiphona Tu puer, 925.

Capitulum. *Isaiæ 49, 7.*

REges vidébunt et consúrgent príncipes, † et adorábunt Dóminum Deum tuum, * et Sanctum Israel, qui elégit te.

℣. Elísabeth Zacharíæ magnum virum génuit.
℟. Joánnem Baptístam Præcursórem Dómini.


IN II VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.
Capitulum, ℟. breve et Hymnus ut in I Vesperis.






Ad Magnificat, Antiphona. VII d









¶ *Infra Octavam, Officium fit ut in Festo. ℣. autem ad Vesperas et Laudes cantatur in tono communi.*

25. INFRA OCT. NATIVITATIS S. JOANNIS.

Semiduplex.

Vesp. de Oct., cum comm. SS. Joannis et Pauli *Martyrum, ut infra.*

26. INFRA OCT. NATIVITATIS S. JOANNIS.


Semiduplex.

Omnia ut in Festo. Et fit commemoratio SS. Martyrum :


Pro commemoratione SS. Joannis et Pauli, Martyrum.

AD VESPERAS.

Ant. 1








℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.


Oratio.


Quǽsumus, omnípotens Deus : ut nos gemináta lætítia hodiérnæ festivitátis excípiat, quæ de beatórum Joánnis et Pauli glorificatióne procédit; * quos éadem fides et pássio vere fecit esse germános. Per Dóminum.

AD LAUDES.

Ant. 1











℣. Exsultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

28. INFRA OCT. NATIVITATIS S. JOANNIS.

Semiduplex.

Ad Laudes, *comm. Vigiliæ* SS. Petri et Pauli *Apostolorum : Ant. et ℣. de Feria occurrente, ut in Psalterio.*

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : * ut nullis nos permíttas perturbatiónibus cóncuti, quos in apostólicæ confessiónis petra solidásti. Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti.

Die 29 Junii.

SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI

Duplex I Classis cum Octava communi.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.

Capitulum. *Act. 12, 1-3.*

MIsit Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclésia. † Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. * Videns autem quia placéret Judǽis, appósuit ut apprehénderet et Petrum.


Responsorium breve. VI



Vel, ad libitum, ℟. Tu es pastor óvium, *ad calcem Antiphonarii.*

Hymnus.




















rá- ta pre-ti-ó-so sángui-ne: Non laude tu- a, sed




ipsó-rum mé-ri-tis Excél- lis omnem mundi pulchri-tú-di-




nem. 4. Sit Tri-ni-tá- ti sempi-térna gló-ri- a, Honor,




pot-é-stas, atque ju-bi- lá-ti- o, In u-ni-tá- te, cui




manet impé-ri-um, Ex tunc, et mo- do, per æ-térna sǽcu-



la. A-men.




℣. In omnem terram ex-í-vit sonus e- ó-rum.




℟. Et in fines orbis terræ verba e- ó-rum.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 f



TU es pastor ó-vi-um, * Prin-ceps Apo-sto-





Oratio.


DEus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri et Pauli martýrio consecrásti : * da Ecclésiæ tuæ eórum in ómnibus sequi præcéptum, per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum nostrum.

Et non fit commemoratio S. PAULI *Apost., cum Oratio sit communis.*


AD LAUDES ET PER HORAS.


1 Antiphona VIII G





2 Ant. VII d





3\. Ant. VIII a

D I-xit Ange-lus ad Pe-trum : * Circúmda ti-bi vesti-



méntum tu- um, et séque-re me. E u o u a e.

4 Ant. VII c 2

M I-sit Dómi-nus * Ange-lum su- um, et li-be-rávit



me de manu He-ró-dis, al-le- lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. VII c

T U es Pe-trus, * et super hanc pe-tram ædi- fi-



cábo Ecclé-si- am me- am. E u o u a e.


Capitulum. *Act. 12, 1-3.*

Misit Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclésia. † Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. * Videns autem quia placéret Judǽis, appósuit ut apprehénderet et Petrum.

℟. br. VI



I N omnem terram * Exí-vit sonus e- ó-rum. ℣. Et


in fines orbis terræ verba e- ó-rum. ℣. Gló-ri- a Patri,


Fí- li- o, et Spi- rí-tu- i Sancto.

Hymnus.


IV
JAM bo-ne pastor Petre, clemens ácci-pe Vo-ta


cántum, et peccá-ti víncu-la Re- sólve ti-bi po-testá-


te trá-di-ta, Qua cunctis cælum verbo claudis, á-pe-ris.


DO- ctor egré- gi- e Paule, mo-res ínstru- e,


mente po-lum nos transférre sá-tage : Do- nec perféctum


largi- á-tur plé-ni- us, E- va-cu- á-to quod ex par-te

rimus. 3. Sit Tri- ni- tá-ti sempi- térna gló-ri- a, Honor, po-

téstas, atque ju-bi- lá-ti- o, In u-ni- tá-te, cui ma-

net impé- ri- um, Ex tunc, et modo, per æ-térna sǽ-

cu-la. A-men.

℣. Annunti- avé-runt ó-pe-ra De- i.


℟. Et facta e-jus intel-lexé-runt.

Ad Benedictus, Antiphona. VIII G

Quodcúmque * li-gáve- ris super terram, e- rit

li-gá-tum et in cæ- lis : et quodcúmque sólve- ris super





Oratio.

Deus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri et Pauli martýrio consecrásti : † da Ecclésiæ tuæ eórum in ómnibus sequi præcéptum, * per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum nostrum.

AD TERTIAM.

Antiphona Argéntum, 934. *Capitulum e Laudibus.*

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

AD SEXTAM.

Antiphona Dixit Angelus ad Petrum, 935.

Capitulum. *Act. 12, 5.*

Petrus quidem servabátur in cárcere. † Orátio autem fiébat sine intermissióne * ab Ecclésia ad Deum pro eo.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.

℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

AD NONAM.

Antiphona Tu es Petrus, 935.

Capitulum. *Act. 12, 11.*

Et Petrus ad se revérsus dixit : Nunc scio vere, quia misit Dóminus Angelum suum, † et erípuit me de manu Heródis, * et de omni exspectatióne plebis Judæórum.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus.

℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

IN II VESPERIS.

Ubi non est faciendum Officium S. Pauli.

Antiphonæ et Psalmi ut in II Vesp. de Comm. Apostolorum, 626. *Capitulum,* ℟. *br. et Hymnus ut supra, in I Vesperis;* ℣. *vero e Laudibus :*

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.
℟. Et facta ejus intellexérunt.

Ad Magnificat, Antiphona. I D *

HOdi- e * Si-mon Petrus ascén-dit cru-cis pa-tí-bu-lum, alle- lú- ia : hó- di- e Clavi-cu-lá-ri- us re-gni, gaudens migrá-vit ad Chri-stum : hó-di- e Paulus Apósto-lus, lumen orbis terræ, incli-ná-to cá-pi-te, pro Christi nómi-ne martý-ri- o co- ro-ná-tus est, alle- lú- ia.

E u o u a e.

Et non fit commemoratio S. Pauli *Apostoli.*

Ubi vero sit Officium S. Pauli.

In ecclesia propria vel ubi hoc Festum extra diem suam celebratur.

IN I VESPERIS.

Antiphona Ego plantávi *cum reliquis, ut infra,* 941. *Psalmi de Dominica,* 725.

Capitulum. 2 *Tim.* 4, 7-8.

BOnum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. † In réliquo repósita est mihi coróna justítiæ, * quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex.

℟. *br.* Constítues eos, 931.

Hymnus Doctor egrégie. Sit Trinitáti, *ut supra,* 936.

℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.

℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G

SAncte Paule A-pósto-le, * præ-di-cá-tor ve- ri-tá-tis, et Doctor génti- um : intercéde pro no-bis ad De- um, qui te e-lé-git. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui multitúdinem géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti : * da nobis, quǽsumus; ut cujus natalítia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Et fit comm. S. Petri *tantum, ut infra ad Laudes,* 943.

30. IN COMMEMORATIONE S. PAULI APOSTOLI.

Duplex majus

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. VIII G

E-go plantávi, * Apóllo rigá-vit : De- us au-tem incrementum de-dit, alle-lú- ia. E u o u a e.

2 Ant. VIII G

LI-bénter glo- ri- ábor * in infirmi-tá-ti-bus me- is, ut inhá-bi-tet in me virtus Chri- sti. E u o u a e.

3 Ant. IV A

GRá-ti- a De- i * in me vácu- a non fu- it : sed grá- ti- a e-jus semper in me ma-net. E u o u a e.

4 Ant.
VIII G

DAmásci, * præpó-si-tus gentis Aré-tæ re-gis vó-lu- it me compre-hénde-re : a frátribus per mu- rum sub-míssus sum in sporta : et sic evá-si manus e-jus in nómi-ne Dómi-ni. E u o u a e.

5 Ant.
VIII G

TER virgis cæsus sum, * semel la-pi-dá-tus sum : ter naufrági- um pértu-li pro Chri- sti nómi-ne. E u o u a e.

Capitulum. *2 Tim. 4, 7-8.*

BOnum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. † In réliquo repósita est mihi coróna justítiæ, * quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex.

℟. *br. et Hymnus de Communi Apostolorum,* 623.

℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.


℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Benedictus, Antiphona.

1 g

VOS qui se-cú-ti e-stis me,* se-dé-bi-tis super se-des,





Oratio.


Deus, qui multitúdinem géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti : † da nobis, quǽsumus; ut cujus natalítia cólimus, * ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Et fit commemoratio S. Petri *Apostoli, ut sequitur :*

Pro commemoratione S. Petri Apostoli.

Ant. 1

Tu es pastor ó-vi- um, * Prin-ceps Apo-sto- ló-rum :



℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

Oratio.

Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cæléstis, ligándi atque solvéndi pontifícium tradidísti : * concéde; ut intercessiónis ejus auxílio, a peccatórum nostrórum néxibus liberémur. (Qui vivis et regnas cum Deo Patre.)

Deinde comm. S. Joannis Baptistæ : *Ant.* Apértum est, ℣. Iste puer, *Oratio* Deus qui præséntem, *ut in die Festi,* 926.

AD TERTIAM.

Antiphona Libénter gloriábor, 941. *Capitulum e Laudibus.*

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eórum

AD SEXTAM.

Antiphona Grátia Dei, 941.

Capitulum. *2 Cor. 12, 7-9.*

NE magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi stímulus carnis meæ, ángelus sátanæ, qui me colaphízet. † Propter quod ter Dóminum rogávi, ut discéderet a me : * et dixit mihi : Súfficit tibi grátia mea.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.

℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

AD NONAM.

Antiphona Ter virgis cæsus sum, 942.

Capitulum. *1 Cor. 15, 9-10.*

EGO enim sum mínimus Apostolórum, qui non sum dignus vocári Apóstolus, quóniam persecútus sum Ecclésiam Dei. † Grátia autem Dei sum id quod sum, * et grátia ejus in me vácua non fuit.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus.

℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

Vesp. de seq. Festo PRETIOSISSIMI SANGUINIS, *cum commemorationibus ut infra,* 948.

Ubi fit Officium S. Pauli in ecclesia propria.

Vesp. integræ dicuntur de S. PAULO :

Antiphonæ et Psalmi ut in II Vesp. de Communi Apostolorum, 626. *Reliqua omnia ut in I Vesperis Festi,* 940.

Et fit comm. S. PETRI, *ut supra ad Laudes,* 943; *deinde sequentis Festi ut infra,* 948; *postea diei Octavæ* S. JOANNIS BAPTISTÆ *(I Vesp.) ut supra,* 923.


Festa Julii.


1. PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. JESU CHRISTI.

Duplex II Classis.


IN I VESPERIS.

1 Antiphona. VII a





sti- bus de Bo-sra? Iste formó- sus in sto- la su- a.




E u o u a e.

Psalmi de Dominica, 725.

2 Ant. VIII c



E - go * qui loquor justí-ti- am, et propugná-tor




sum ad salvándum. E u o u a e.

3 Ant. *IV A*




V Estí- tus e-rat * veste aspérsa sángui-ne, et vo-cá-



4 Ant. VIII a







Capitulum. *Hebr. 9, 11-12.*

FRatres : Christus assistens póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manufáctum, id est, non hujus creatiónis : ✝ neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, * ætérna redemptióne invénta.

℟. br. VI







Hymnus.


VIII



F Estí-vis ré-sonent cómpi-ta vó-ci-bus, Ci-ves læ-



tí- ti- am frónti- bus éxpli-cent : Tæ-dis flammí- fe-ris



ór- di-ne pródе- ant Instrúcti pú- er*i* et se-nes.

Quem dura móriens Christus in árbore
Fudit multíplici vúlnere sánguinem,
Nos, facti mémores, dum cólimus, decet
Saltem fúndere lácrimas.

Humáno géneri perniícies gravis
Adámi véteris crímine cóntigit :
Adám*i* intégritas et píetas novi
Vitam réddidit ómnibus.

Clamórem válidum summus ab æthere
Languéntis Géniti si Pater áudiit,
Placári pótius sánguine débuit,
Et nobis véniam dare.

Hoc quicúmque stolam sánguine próluit,
Abstérgit máculas; et róseum decus,
Quo fiat símilis prótinus Angelis,
Et Regi pláceat, capit.

A rect*o* instábilis trámite póstmodum
Se nullus rétrahat; meta sed última
Tangátur; tríbuet nóbile prǽmium,
Qui cursum Deus ádjuvat.

Nobis propítius sis, Génitor potens,
Ut quos unígenæ sánguine Fílii
Emíst*i*, et plácido Flámine récreas,
Cæl*i* ad cúlmina tránsferas. Amen.

℣. Redemísti nos Dómine in sánguine tuo.
℟. Et fecísti nos Deo nostro regnum.

Ad Magnificat, Antiphona.

iii a

ACcessí-stis * ad Si- on montem, et ci-vi-tá-tem De- i viventis, Je-rú-sa-lem cæ-léstem, et testaménti no-vi me-di- a-tó-rem Je-sum, et sángui-nis aspersi- ó-nem mé-li- us loquén-tem quam A-bel. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Et fit commemoratio S. PAULI *Apostoli : Ant.* Sancte Paule, ℣. Tu es vas, *Oratio* Deus qui multitúdinem, *ut supra,* 940.

Deinde comm. S. PETRI *Apostoli, ut supra,* 943; *postea diei Octavæ* S. JOANNIS BAPTISTÆ *(I Vesp.) ut supra,* 923.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant.
1 g

HI qui amí-cti sunt * sto- lis albis, qui sunt, et unde ve-né- runt? E u o u a e.

2 Ant. 1 a 2

H I sunt, * qui venérunt de tribulatióne magna, et lavérunt stolas suas in sánguine Agni.

E u o u a e.

3 Ant. VI F

I Deo sunt * ante thronum Dei, et sérviunt ei die ac nocte. E u o u a e.

4 Ant. VII d

E T ipsi * vicérunt dracónem propter sánguinem Agni, et propter testaméntum verbi sui. E u o u a e.

5 Ant. VIII G

B Eáti * qui lavant stolas suas in sánguine Agni. E u o u a e.

Capitulum. *Hebr. 9, 11-12.*

Fratres : Christus assístens póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manufáctum, id est, non hujus creatiónis : † neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, * ætérna redemptióne invénta.

℞. br. VI

Christus di- lé-xit nos, et lavit nos * In sángui-ne su- o. ℣. Et fe-cit nos regnum, et sacerdó-tes De- o et Patri. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Hymnus.

III

Salvé-te, Chri- sti vúlne- ra, Imménsi amó- ris pígno- ra, Quibus per-én- nes rí-vu- li Manant rubén-tis sángui- nis.

Nitóre stellas víncitis,
Rosas odóre et bálsama,
Prétio lapíllos Indicos,
Mellis favos dulcédine.

Per vos patet gratíssimum
Nostris asýlum méntibus;
Non huc furor minántium
Unquam penétrat hóstium.

Quot Jesus in prætório
Flagélla nudus éxcipit!
Quot scissa pellis úndique
Stillat cruóris gúttulas!

Frontem venústam, proh dolor!
Coróna pungit spínea,
Clavi retúsa cúspide
Pedes manúsque pérforant.

Postquam sed ille trádidit
Amans voléusque spíritum,
Pectus ferítur láncea,
Gem*i*núsque liquor éxsilit.

Ut plena sit redémptio,
Sub torculári stríngitur,
Suíque Jesus ímmemor
Sib*i* nil resérvat sánguinis.

Venite, quotquot críminum
Funésta labes ínficit:
In hoc salútis bálneo
Qui se lavat, mundábitur.

Summ*i* ad Paréntis déxteram
Sedént*i* habénd*a* est grátia,
Qui nos redémit sánguine,
Sanctóque firmat Spíritu. Amen.

¶ *Hæc doxologia nunquam mutatur.*

℣. Justificáti in sánguine Christi.
℟. Salvi érimus ab ira per ipsum.

Ad Benedictus, Antiphona.

III a

E - rit sanguis Agni * vo-bis in signum, di-cit Dómi-nus: et vi-débo sángui-nem, et transíbo vos, nec e-rit in vo-bis plaga dispér-dens. E u o u a e.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui unigénitum Fílium tuum mundi Redemptórem constituísti, ac ejus sánguine placári voluísti: † concéde, quæsumus, salútis nostræ prétium solémni cultu ita venerári, atque a præséntis vitæ malis ejus virtúte defendi in terris; * ut fructu perpétuo lætémur in cælis. Per eúmdem Dóminum.

Et fit comm. diei Octavæ S. JOANNIS BAPTISTÆ : *Ant.* Apértum est, ℣. Iste puer, *Oratio* Deus qui præséntem diem, *ut supra*, 926.

AD TERTIAM.

Antiphona Hi sunt, 949. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Sanguis Jesu Christi Fílii Dei.
℟. Emúndat nos ab omni peccáto.

AD SEXTAM.

Antiphona Ideo sunt, 949.

Capitulum. *Hebr. 9, 13-14.*

SI sanguis hircórum et taurórum, et cinis vítulæ aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis : † quanto magis sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, * emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti?

℣. Christus diléxit nos.
℟. Et lavit nos in sánguine suo.

AD NONAM.

Antiphona Beáti, 949.

Capitulum. *Hebr. 9, 19-20.*

ACcípiens Móyses sánguinem vitulórum et hircórum cum aqua, et lana coccínea, et hyssópo : † ipsum quoque librum, et omnem pópulum aspérsit, dicens : * Hic sanguis testaménti, quod mandávit ad vos Deus.

℣. Justificáti in sánguine Christi.
℟. Salvi érimus ab ira per ipsum.

Vesp. de seq., cum comm. præced. et diei Oct. S. JOANNIS BAPTISTÆ, *ut infra*, 953.

¶ *Sicubi tamen hoc Festum habeat II Vesperas integras, omnia dicuntur ut in I Vesperis*, 945, *exceptis* ℣. Te ergo quǽsumus *et Ant. ad Magnif.* Habébitis autem, *ut infra*, 953.

2. IN VISITATIONE BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Duplex II Classis.

IN I VESPERIS.

Ant. de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V. : Dixit Dóminus, 725; Laudáte, 727; Lætátus sum, 730; Nisi Dóminus, 731.

Capitulum, ℟. *br. et Hymnus,* 703.

℣. Benedícta tu in muliéribus.

℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Magnificat, Antiphona. VIII G


B E- á-ta es * Ma-rí- a, quæ cre-di-dísti : per-fi- ci- éntur in te quæ dicta sunt ti- bi a Dómi-no, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes. Et fit comm. Pretiosissimi Sanguinis :


Pro commemoratione Pretiosissimi Sanguinis.

Ant. I f

H Abé- bi- tis autem * hunc di- em in mo-numéntum :



et ce-lebrábi- tis e- um so- lémnem Dómi-no in gene-



ra-ti- ó-ni-bus vestris cul-tu sempi- tér-no. E u o u a e.

℣. Te ergo, quǽsumus, tuis fámulis súbveni.

℟. Quos pretióso sánguine redemísti.


Oratio Omnípotens, 951.

Deinde comm. diei Oct. S. JOANNIS BAPTISTÆ : *Ant.* Puer, ℣. Iste puer *et Oratio* Deus qui præséntem diem, *at supra,* 928.


¶ *Ad Completorium et Horas, tonus et doxologia de B. M. V.*

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. VIII G*




E Xsúrgens Ma-rí- a * áb-i- it in mon-tá- na cum



festi-na-ti- óne in ci-vi-tá-tem Ju-da. E u o u a e.

2 Ant. II D




I Ntrá-vit Ma-rí- a * in domum Zacha-rí- æ,



et sa-lu-tá-vit E- lí-sabeth. E u o u a e.

3 Ant. III a



U T audí-vit * sa-lu-ta-ti- ó-nem Ma-rí- æ E- lí-sa-



beth, exsultá- vit infans in ú-te-ro e-jus, et replé-ta est



Spí- ri-tu Sancto, al-le-lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. 1 c 4

B Ene-dicta tu * inter mu- lí- e-res, et bene-dí-



ctus fructus ventris tu- i. E u o u a e.

5 Ant. 1 g 4

E X quo facta est * vox sa-lu-ta-ti- ó-nis tu- æ in



áuri-bus me- is, exsultá-vit in-fans in ú-te-ro me- o,



alle- lú- ia. E u o u a e.

Capitulum, ℟. br. et Hymnus ut in Festis B. M. V., 708.


℣. Benedícta tu in muliéribus.

℟. Et benedíctus fructus ventris tui.


Ad Benedictus, Antiphona.

VIII G

C UM audísset * sa-lu-ta-ti- ónem Ma-rí- æ E-lí-sa-







Oratio.

FAmulis tuis, quǽsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre : † ut quibus beátæ Vírginis partus éxstitit salútis exórdium, * Visitatiónis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.

Et fit comm. SS. PROCESSI ET MARTINIANI *Martyrum : Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

Oratio.

DEus, qui nos sanctórum Mártyrum tuórum Procéssi et Martiniáni gloriósis confessiónibus circúmdas et prótegis : * da nobis et eórum imitatióne profícere, et intercessióne gaudére. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Intrávit María, 954.

Capitulum. *Eccli. 24, 14.*

AB inítio et ante sǽcula creáta sum, † et usque ad futúrum sǽculum non désinam, * et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM.

Antiphona Ut audívit, 954.

Capitulum. *Eccli. 24, 15-16.*

ET sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. † Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus, * et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD NONAM.

Antiphona Ex quo facta est, 955.

Capitulum. *Eccli. 24, 19-20.*

IN platéis sicut cinnamómum et bálsamum aromatízans odórem dedi : † quasi myrrha elécta * dedi suavitátem odóris.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :

℣. Benedícta tu in mulíeribus.
℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Magníficat, Antiphona.

VIII G

BE-á-tam me di-cent * omnes ge-ne-ra-ti-ó-nes, qui-a ancíllam húmi-lem respé-xit De-us, alle-lú-ia.

E u o u a e.

Et non fit comm. sequentis diei infra Octavam.

INFRA OCTAVAM SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

Omnia dicuntur de Communi Apostolorum, 620, *præter sequentia.*

AD LAUDES.

℟. *br.* Constítues eos, 620.
Hymnus Exsúltet *(in tono Laudum),* 624.
℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Benedictus, Antiphona.

VI F

GLo-ri- ó- si * prínci-pes ter- ræ, quómodo in vi- ta su- a di- le- xé- runt se, i- ta et in morte non sunt sepa-rá- ti. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri et Pauli martýrio consecrásti : † da Ecclésiæ tuæ eórum in ómnibus sequi præcéptum, * per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

IN VESPERIS.

Antiphonæ et Psalmi ut in II Vesp. de Communi, 626.
℟. *br.* In omnem terram, 623.
Hymnus Exsúltet *(in tono Vesperarum),* 621.
℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.
℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Magnificat, Antiphona.





6. OCTAVA SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

Duplex majus.

Omnia ut infra Octavam, 958, *sub ritu duplici, præter Orationem seq.; sed in I Vesperis Ant. et Ps. sumuntur de I Vesp. Apost.,* 620.

Oratio.

DEus, cujus déxtera beátum Petrum ambulántem in flúctibus, ne mergerétur eréxit, et coapóstolum ejus Paulum tértio naufragántem de profúndo pélagi liberávit : ✝ exáudi nos propítius, et concéde; * ut ambórum méritis æternitátis glóriam consequámur. Qui vivis et regnas.

10. *SS. Septem Fratrum Martyrum, ac Rufinæ et Secundæ, Virginum et Martyrum.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

Vesperæ de sequenti.

Die 11 Julii.

IN SOLEMNITATE SS. P. N. BENEDICTI ABBATIS.

Duplex I Classis cum Octava communi.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.


Capitulum. *Eccli. 50, 6-7.*

ECce Conféssor magnus, † qui quasi stella matutína in médio nébulæ, et quasi luna plena in diébus suis lucet. * Et quasi sol refúlgens, sic ille effúlsit in templo Dei.

Responsorium breve. VI



SANCTE Pater Be- ne- dí- cte, * In-ter-



cé-de pro no- bis. ℣. Ut digni ef-fi-




ci- ámur promissi- ó-ni-bus Chri- sti. ℣. Gló-ri- a Patri,




Vel, ad libitum, ℟. Sanctíssime, *ad calcem Antiphonarii.*

Tonus simplex pro diebus infra Octavam.

℟. br. VI








Hymnus.

I










cor in astra fi- gens, Co- gis hæ-ré-des fí- e-ri pa-rén- tes; Vas




De- o ple- num, re-pa-rá- re fractum Pro- me- ru- í-sti.



3. Ma- gnus in parvis e-remí-ta membris, Vin-cis æ-tá-tem,



súpe-ras la-bó- rem: Arcta distrí-ctæ ru-dimén-ta vi-t...



Fér- vi-dus imples.


Strage saxórum púerum sepúltum,
Mox ut orásti, prece suscitásti,
Sensus hinc carni, caro sanitáti,
Rédditur æque.

Jure sub blandæ spécie colúmbæ,
Nésciam fellis ánimam sorόris
Summa stelláti penetráre cæli
Cúlmina cernis.


Ipse post clarum réferens triúmphum,
Celsa devícto petis astra mundo;
Luce flammántem radiánte callem
Pállia sternunt.

Glória Patri genitǽque Proli,
Et tibi compar utriúsque semper
Spíritus alme, Deus unus, omni
Témpore sæcli.

Amen.




℣. Amávit e- um Dómi-nus, et ornávit e- um.





Ad Magnificat, Antiphona. I D*











Oratio.


DEus, qui beatíssimum Confessórem tuum Benedictum ómnium justórum spíritu replére dignátus es : * concéde nobis fámulis tuis, ejus Solemnitátem celebrántibus ; ut ejúsdem spíritu repléti, quod te donánte promísimus, fidéliter adimpleámus. Per Dóminum.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. II D



V IR De- i Be- ne- díctus * signum cru- cis




é-di-dit, et vas pestí-fe-ri po-tus i-ta confráctum est,




ac si pro signo lápi-dem de-dísset. E u o u a e.

2 Ant. VIII G



C Omplé-ta o-ra-ti- ó-ne, * tres pe-tras in lo-co pó-



su- it, et omní-pot-ens De- us in montis excél-sa ru-pe




a- quam prodú- xit. E u o u a e.

3 Ant. III g



G Lo-ri- ó-sus * Conféssor Dómi-ni o- ra- ti- ó-nem fá-



ci- ens bene-dicti- ónem de- dit. et la-pis super quem anti-




quus hostis sedé-bat, sú-bi- to le- vá-tus est. E u o u a e.

4 Ant. IV E*



R Egre-di- énte á-nima, * corpúscu-lum pú- e- ri con-




trému- it, et sub ó-cu- lis ómni- um qui áde- rant vivus




ap-pá-ru- it. E u o u a e.


5 Ant. VII a



C UM Plá- cidus * ex aqua tra-he- ré-tur, vi-dit su-per



ca-put su- um Abbá- tis me- ló-tem, qui e- um ab unda re-



du-cé-bat. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 50, 6-7.*

ECce Conféssor magnus, † qui quasi stella matutína in médio nébulæ, et quasi luna plena in diébus suis lucet. * Et quasi sol refúlgens, sic ille effúlsit in templo Dei.

℞. br. VI

A-mávit e- um Dómi-nus, * Et orná- vit e- um.

℣. Sto-lam gló-ri- æ indu- it e- um. ℣. Gló-ri- a Patri,

et Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i Sancto.

Hymnus.

VIII

AUró-ra surgit áu-re- a, Fe- sta restáurans án-

nu- a, Cum Bene-díctus árdu- um Cæ-li scandit pa-

lá- ti- um.


Quanta in summis áccipit
Qui sic in imis cláruit!
Cujus micant prodígia
Per ampla mundi clímata.

Ejus caréntum grátia
Tellus vomit cadávera :
Devótis unda líquida
Sicca lambit vestígia.

Totíus orbis ámbitum
Per solis videt rádium :
Mens in Auctóre pósita
Subjécta cernit ómnia.

Te, Pater alme, pétimus
Pronæ mentis viscéribus,
Ut cælum des ascéndere
Quos terram doces spérnere.


¶ Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum. Amen.





Ad Benedictus, Antiphona. IV E







Oratio.

DEus, qui beatíssimum Confessórem tuum Benedíctum ómnium justórum spíritu replére dignátus es : † concéde nobis fámulis tuis, ejus Solemnitátem celebrántibus ; * ut ejúsdem spíritu repléti, quod te donánte promísimus, fidéliter adimpleámus. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Compléta oratióne, 964. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

AD SEXTAM.

Antiphona Gloriósus, 964.

Capitulum. *Eccli. 50, 3-4.*

IN diébus ipsíus emanavérunt pútei aquárum, † et quasi mare adimpléti sunt supra modum. * Qui curávit gentem suam, et liberávit eam a perditióne.

℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

AD NONAM.

Antiphona Cum Plácidus, 965.

Capitulum. *Eccli. 50, 10-11 et 13-14.*

QUasi vas auri sólidum, ornátum omni lápide pretióso. Quasi olíva púllulans, et cypréssus in altitúdinem se extóllens. † Et circa illum coróna fratrum : quasi plantátio cedri in monte Líbano, * sic circa illum stetérunt quasi rami palmæ, et omnes fílii Aaron in glória sua.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus.
℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia. ℣. ut in Laudibus:


℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.


Ad Magnificat, Antiphona. 1 f

O 









Et fit comm. S. Joannis Gualberti *Abbatis : Ant.* Similábo; ℣. Amávit, 743, *Oratio ut infra.*

¶ *Infra Octavam, Officium fit ut in Festo.* ℣. *autem ad Laudes et Vesperas cantatur in tono communi.*

---

12. S. JOANNIS GUALBERTI, ABBATIS O. N.

Duplex.

Oratio.

INtercéssio nos, quǽsumus Dómine, beáti Joánnis Abbátis comméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Et fit comm. Octavæ (*In Laud.*, ℣. Amávit).

---

13. INFRA OCTAVAM SS. P. N. BENEDICTI.

Semiduplex.

Vesp. de seq., cum comm. Octavæ.

14. S. BONAVENTURÆ, EPISC., CONF. ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex. (m. t. v.)

Ant. O Doctor óptime... beáte Bonaventúra, 665.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Bonaventúram minístrum tribuísti: † præsta, quǽsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

Et fit comm. Octavæ (In Laud., ℣. Amávit).

15. INFRA OCTAVAM SS. P N. BENEDICTI.

Semiduplex.

Vesp. de seq., cum comm. Octavæ.

16. IN COMMEMORATIONE B. M. V. DE MONTE CARMELO.

Duplex majus.

Omnia ut in Festis B. M. V., 703, *præter sequentia.*

IN I VESPERIS.

Ad Magnif. Ant. Sancta María, 705, *in cujus fine dicitur :* quicúmque célebrant tuam solémnem Commemoratiónem.

Oratio ut infra ad Laudes.

Et fit comm. Octavæ.

¶ *Ad Completorium et Horas, tonus et doxologia de B. M. V.*

AD LAUDES.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona.

VI F

CAput tu- um * ut Carmé-lus : et comæ cá-pi-tis tu- i, sic- ut púrpu- ra re- gis vincta caná- li-bus, alle-lú- ia.

E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui beatíssimæ semper Vírginis et Genitrícis tuæ Maríæ singulári título Carméli órdinem decorásti : + concéde propítius; ut cujus hódie Commemoratiónem solémni celebrámus officio, ejus muníti præsídiis, * ad gáudia sempitérna pervenire mereámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Et fit comm. Octavæ.

IN II VESPERIS.

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Ad Magnificat, Antiphona.

I a 2

GLó-ri- a Lí-ba-ni * da-ta est e- i, decor Carmé-li et Sa-ron, alle- lú- ia. E u o u a e.

Et fit comm. Octavæ.

Deinde comm. S. Leonis IV *Papæ et Conf. O. N. : Ant.* Sacérdos et Póntifex, 739, *cum* ℣. Justum, 740; *Oratio* Preces pópuli *ut infra.*

17. INFRA OCTAVAM SS. P N. BENEDICTI.

Semiduplex.

In Laudibus, *pro comm.* S. LEONIS IV : *Ant.* Euge *cum* ℣. Amávit eum, 740.

Oratio.

PReces pópuli tui supplicántis, quǽsumus Dómine, propítius réspice : * et intercessióne beáti Leónis Confessóris tui atque Pontíficis, cujus hódie solémnia cólimus, flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte. Per Dóminum.

Vesp. de seq., cum comm. ut infra.

18. OCTAVA SOLEMNITATIS SS. P. N. BENEDICTI.

Duplex majus.

Omnia ut in die Festo præter Orationem sequentem :

Oratio.

EXcita Dómine in Ecclésia tua Spíritum, cui beátus Pater noster Benedíctus Abbas servívit : † ut eódem nos repléti, studeámus amáre quod amávit, * et ópere exercére quod dócuit. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem.

In I Vesperis, *comm.* SS. SYMPHOROSÆ ET SEPTEM FILIORUM EJUS *Martyrum* : *Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738.

Oratio.

DEus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Symphorósæ et Filiórum ejus natalítia cólere : * da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

Ad Laudes, *pro comm. SS. Martyrum* : *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

In II Vesperis, *comm.* S. VINCENTII A PAULO, *Conf.* : *Ant.* Similábo, ℣. Amávit, 743, *Oratio ut infra.*

19. *S. Vincentii a Paulo, Confessoris.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Serve bone, ℣. Justum, 743.

Oratio.

DEus, qui ad evangelizándum paupéribus, et ecclesiástici órdinis decórem promovéndum, beátum Vincéntium apostólica virtúte roborásti : * præsta, quǽsumus; ut cujus pia mérita venerámur, virtútum quoque instruámur exémplis. Per Dóminum.

20. *SS. Hieronymi Æmiliani, Josephi Calasanctii et Joannis Baptistæ de la Salle, Conf.*

Memoria.

AD VESPERAS.

Ant. 1

O vi- ri * mi-se-ri- córdi- æ, quo-rum non acce-pérunt obli-vi- ó-nem ju-stí- ti- æ, se-men e- ó-rum et fíli- i propter e- os in æ-térnum cum gló- ri- a pérmanent.


℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.


Oratio.

DEus, misericordiárum pater, qui Ecclésiæ tuæ ad sancte fovéndam juventútem beátos Hierónymum, Joséphum et Joánnem Baptístam singulári caritáte providísti : * concéde nobis eórum méritis; ut spíritum adoptiónis, quo fílii tui nominámur et sumus, fidéliter custodiámus. Per Dóminum.

AD LAUDES.

Ant. I







℣. Exsultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

---

21. *S. Praxedis, Virginis.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Veni sponsa Christi, ℣. Spécie tua, 744.

Oratio.

EXáudi nos Deus salutáris noster : * ut sicut de beátæ Praxédis Vírginis tuæ festivitáte gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Símile est, ℣. Diffúsa est, 745.

Vesperæ de sequenti.


22. S. MARIÆ MAGDALENÆ, PÆNITENTIS.

Duplex majus

Omnia de Communi nec Virginis nec Martyris, 684, *præter sequentia.*

IN I VESPERIS.

Hymnus.



VIII P Ater su-pérni lúmi-nis, Cum Magda-lénam réspi-cis,



Flammas amó-ris éxci-tas, Ge-lúque sol-vis pécto-ris.

Amóre currit sáucia
Pedes beátos úngere,
Laváre fletu, térgere
Comis, et ore lámbere.


Adstáre non timet cruci,
Sepúlcro inhǽret ánxia,
Truces nec horret mílites :
Pellit timórem cáritas.

O vera, Christe, cáritas,
Tu nostra purga crímina,
Tu corda reple grátia,
Tu redde cæli prǽmia.


¶ Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Antiphona.




VII a I N di- é- bus il-lis, * mú-li- er quæ e-rat in ci-vi-















Oratio ut infra ad Laudes.

AD LAUDES.

Hymnus.



Æ - térni Pa-tris U-ni-ce, Nos pi- o vultu réspi-ce



In thesáuro repósita
Regis est drachma pérdita;
Gémmaque luce ínclyta
De luto luci réddita.

Jesu dulce refúgium,
Spes una pæniténtium,
Per peccatrícis méritum
Peccáti solve débitum.

Pia mater et húmilis,
Natúræ memor frágilis,
In hujus vitæ flúctibus
Nos rege tuis précibus.

Uni Deo sit glória
Pro multifórmi grátia,
Qui culpas et supplícia
Remíttit, et dat prǽmia. Amen.


Hæc doxologia nunquam mutatur.


℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Benedictus, Antiphona.

VI F







Oratio.

BEátæ Maríæ Magdalénæ, quǽsumus Dómine, suffrágiis adjuvémur : † cujus précibus exorátus, * quatriduánum fratrem Lázarum vivum ab ínferis resuscitásti. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

IN II VESPERIS.

Hymnus ut in I Vesperis.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G 2

MU-li- er, * quæ e-rat in ci-vi- tá-te peccá-trix, áttu-lit a-la-bástrum unguénti : et stans se-cus pe-des Dómi-ni, lá- crimis cœpit ri-gá-re pe-des e- jus, et ca-píl-lis c- pi-tis su- i tergé-bat. E u o u a e.

Et fit comm. S. Apollinaris *Episc. et Mart.* : *Ant.* Iste Sanctus, ℣. Glória, 736, *Oratio ut infra.*

---

23. *S. Apollinaris, Episcopi et Martyris.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737.

Oratio.

DEus, fidélium remunerátor animárum, qui hunc diem beáti Apollináris Sacerdótis tui martýrio consecrásti : * tríbue nobis, quǽsumus, fámulis tuis; ut cujus venerándam celebrámus festivitátem, précibus ejus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum nostrum.

24. IN VIGILIA S. JACOBI, APOSTOLI.

Oratio.

DA, quǽsumus omnípotens Deus : † ut beáti Jacóbi Apóstoli tui, quam prævenímus, veneránda solémnitas * et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

¶ *Si tamen præcedens Oratio dicta jam fuerit in Officio vel Commemoratione de Communi Confessoris Pontificis, tunc dicatur sequens :*

Oratio.

QUǽsumus, omnípotens Deus : † ut beátus Jacóbus Apóstolus, cujus prævenímus festivitátem, tuum pro nobis implóret auxílium; * ut a nostris reátibus absolúti, a cunctis étiam perículis eruámur. Per Dóminum.

Vesp. de sequenti.

---

25. S. JACOBI, APOSTOLI.

Duplex II Classis.

Oratio.

ESto Dómine plebi tuæ sanctificátor et custos : † ut Apóstoli tui Jacóbi muníta præsídiis, * et conversatióne tibi pláceat, et secúra mente desérviat. Per Dóminum.


In II Vesperis, *fit comm.* SS. JOACHIM ET ANNÆ :

Pro commemoratione SS. Joachim et Annæ.

Ant. VII a







℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio Deus qui sanctos, *ut infra ad Laudes.*

---


26. SS. JOACHIM ET ANNÆ, PARENTUM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.


Duplex II Classis.

AD LAUDES ET PER HORAS.


1 Antiphona. VII a








2 Ant. 1 g





3 Ant. VIII G

DAbo Sanctis me- is * locum nomi-ná-tum in regno Patris me- i, di-cit Dóminus. E u o u a e.

4 Ant. I a 2

SAncti spi- ri- tus * et á-nimæ justó- rum, hymnum dí-ci-te De- o, al-le- lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. IV E

SApi- énti- am * Sanctó- rum nar-rant pó-pu- li, et laudes e- ó- rum pronúnti- at omnis ec- clé- si- a. E u o u a e.

Capitulum. *Isaias 56, 1.*

HÆC dicit Dóminus : custodíte judícium, et fácite justítiam : † quia juxta est salus mea ut véniat, * et justítia mea ut revelétur.

℟. br. VI

LÆ-támi-ni in Dómi-no, * Et exsultá- te ju-sti.



℣. Et glo-ri- ámi-ni omnes recti corde. ℣. Gló-ri- a Pa-tri,



et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Hymnus.

II

SUccé- dit nocti lú-ci-fer, Quem mox auró-ra séqui-



tur, So-lis ortum præ- núnti- ans, Lustrántis orbem lúmi-ne.

Christus sol est justítiæ,
Auróra Mater grátiæ,
Quam Anna præit rútilans,
Legis propéllens ténebras.


Anna radix ubérrima,
Arbor et salutífera
Virgam prodúcens flóridam,
Quæ Christum nobis áttulit.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et sancto Spíritu
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Exsultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Benedictus, Antiphona.

III a



E-go sum * De-us patrum vestró-rum, di-cit Dóminus:



Oratio.

DEus, qui sanctos Jóachim et Annam gloriósæ Matris Unigéniti tui paréntes elegísti : † da nobis eórum précibus, * in tuórum consórtio electórum cleméntiam tuam perpétuo collaudáre. Per eúmdem Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Justi confitebúntur, 980. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.

℟. Et gloriámini omnes recti corde.

AD SEXTAM.

Antiphona Dabo Sanctis meis, 981.

Capitulum. *Isaias 56, 7.*

ADdúcam eos in montem sanctum meum, † et lætificábo eos in domo oratiónis meæ : * holocáusta eórum et víctimæ eórum placébunt mihi super altári meo.

℣. Exsúltent justi in conspéctu Dei.

℟. Et delecténtur in lætítia.

AD NONAM.

Antiphona Sapiéntiam, 981.

Capitulum. *Eccli. 2, 19.*

QUI timent Dóminum, inquírent quæ beneplácita sunt ei, † et qui díligunt eum, * replebúntur lege ipsíus.

℣. Justi autem in perpétuum vivent.

℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.

Capitulum. *Isaias 56, 1.*

HÆC dicit Dóminus: custodíte judícium, et fácite justítiam: † quia juxta est salus mea ut véniat, * et justítia mea ut revelétur.

℟. br. VI

Exsúltent justi * In conspéctu De- i. ℣. Et delecténtur in læ-tí-ti- a. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Hymnus.

II

Omnis sanctó-rum cón-ci- o Matrem colláudet Vírginis, De cu-jus pu- er-pé-ri- o, Sa-lus pro-cés-sit hó-mi-nis.

Hæc prolem devotíssime
Pétiit a Patre lúminum,
Et méruit digníssime
Maríam decus vírginum.

Ex Jóachim, quem hábuit
Vitæ virum exímium,
Anna Maríam génuit,
Matrem Regis justítiæ.

Stirps Jesse clara déluit
Evæ matris oppróbrium,
Dum Anna prolem génuit,
Florem sanctórum ómnium.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et sancto Spíritu
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Exsultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magnificat, Antiphona.

I D

¶ *Si I Vesp. de SS. Joachim et Anna dicuntur integræ, sumuntur Ant. ex Laud. cum Ps. de Dom., Capit. et ℟. br. ex II Vesp. et dic. seq. hymn.*

Hymnus.

VIII

Plaude tali natæ :
Vírgini Maríæ;
Ejus genitóri,
Jóachim congáude.

In hac nostra terra
Primo benedícta,
Quæ fuit in Eva
Quondam maledícta.

Ergo sume laudes,
Quas damus ovántes,
Nos ab omni sorde
Tua prece terge.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

℣., 980, *et Ant. ad Magnif.*, 979. *Et fit comm. præced.*

29. *SS. Felicis II, Papæ, Simplicii, Faustini et Beatricis, Martyrum.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738.

Oratio.

PRæsta, quæsumus Dómine : ut sicut pópulus christiánus Mártyrum tuórum Felícis, Simplícii, Faustíni et Beatrícis temporáli solemnitáte congáudet, ita perfruátur ætérna ; * et quod votis célebrat, comprehéndat efféctu. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

30. *SS. Abdon et Sennen, Martyrum.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738.

Oratio.

DEus, qui sanctis tuis Abdon et Sennen ad hanc glóriam veniéndi copiósum munus grátiæ contulísti : * da fámulis tuis suórum véniam peccatórum ; ut Sanctórum tuórum intercedéntibus méritis, ab ómnibus mereántur adversitátibus liberári. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

Vesperæ de sequenti.

31. S. IGNATII, CONFESSORIS.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui ad majórem tui nóminis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsídio militántem Ecclésiam roborásti : † concéde ; ut ejus auxílio et imitatióne certántes in terris, * coronári cum ipso mereámur in cælis. Per Dóminum.

Vesp. de seq., cum commemorationibus ut infra.

Festa Augusti.

1. SANCTI PETRI AD VINCULA.

Duplex majus.


IN I VESPERIS.


Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.
℟. *br.* Constítues eos, 620.


Hymnus.

IV

PEtrus be- á- tus ca-tená-rum láque- os, Christo jubén-
te, ru-pit mi- ra-bí- li-ter : Custos o-ví- lis, et doctor Ec-
clé-si- æ, Pastórque gre-gis, conservá-tor ó-vi- um, Arcet
lupó-rum trucu- léntam rá- bi- em. Gló-ri- a Pa-tri per im-
ménsa sǽcu- la ; Sit ti-bi, Na-te, de-cus et impé- ri- um ;








℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

Ad Magnificat, Antiphona.





Oratio ut infra ad Laudes.

Et fit comm. S. Pauli *Apostoli : Ant.* Sancte Paule Apóstole, ℣. Tu es, *et Oratio* Deus qui multitúdinem, 940.

Deinde comm. S. Ignatii : *Ant.* Hic vir despíciens mundum, ℣. Justum dedúxit, 744, *Oratio* Deus qui ad majórem, 986.

Postea comm. SS. Machabæorum *Martyrum : Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738.

Oratio.

FRatérna nos Dómine Mártyrum tuórum coróna lætíficet : * quæ et fídei nostræ prǽbeat increménta virtútum, et multíplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. VIII G



HEródes rex * appósu- it ut appre-hénde-ret et Pe-




trum : quem cum appre-hendísset, mi-sit in cárce-rem, vo-



lens post Pascha prodú-ce-re e- um pópu-lo. E u o u a e.

2 Ant. III g



PEtrus qui- dem * serva-bá-tur in cárce-re : o-rá-ti- o



autem fi- ébat si-ne inter-missi- ó-ne ab Ecclé-si- a ad



De- um pro e- o. E u o u a e.

3 Ant. VIII a



DIxit Ange-lus ad Pe-trum : * Circúmda ti-bi vesti-



méntum tu- um, et séque-re me. E u o u a e.

4 Ant. VII c 2

M I-sit Dómi-nus * Ange-lum su- um, et li-be-rávit me de manu He- ró-dis, al-le- lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. VII c

T U es Pe-trus, * et super hanc pe-tram ædi- fi-cá- bo Ecclé-si- am me- am. E u o u a e.

Capitulum. *Act. 12, 1-3.*

MIsit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia. † Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. * Videns autem quia placéret Judǽis, appósuit ut apprehénderet et Petrum.

℟. *br.* In omnem terram, 623.

Hymnus.

IV

J AM bo- ne pastor Petre, clemens ácci-pe Vo-ta pre-cántum, et peccá-ti víncu-la Re- sólve ti-bi po-testá-te trá-di-ta, Qua cunctis cælum verbo claudis, á-pe-ris.








℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

Ad Benedictus, Antiphona.









Oratio.

DEus, qui beátum Petrum Apóstolum, a vínculis absolútum, illǽsum abíre fecísti : † nostrórum, quǽsumus, absólve víncula peccatórum; * et ómnia mala a nobis propitiátus exclúde. Per Dóminum.

Et fit comm. S. PAULI *Apost. : Ant.* Sancte Paule, ℣. Tu es *et Oratio* Deus qui, 940. *Deinde comm.* SS. MACHABÆORUM : *Ant.* Vestri capílli, ℣. Exsultábunt, 738, *Oratio* Fratérna nos, 988.

AD TERTIAM.

Antiphona Petrus quidem, 989. *Capitulum e Laudibus.*

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

AD SEXTAM.

Antiphona Dixit Angelus ad Petrum, 989.

Capitulum. *Act. 12, 5.*

PEtrus quidem servabátur in cárcere. † Orátio autem fiébat sine intermissióne * ab Ecclésia ad Deum pro eo.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.

℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

AD NONAM.

Antiphona Tu es Petrus, 990.

Capitulum. *Act. 12, 11.*

ET Petrus ad se revérsus dixit : Nunc scio vere, quia misit Dóminus Angelum suum, † et erípuit me de manu Heródis, * et de omni exspectatióne plebis Judæórum.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus.

℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in II Vesperis de Communi Apostolorum : Dixit Dóminus, 725; Laudáte, 727; Crédidi *et* Dómine probásti me, 728.

℟. br., Hymnus et ℣. ut in I Vesperis.

℣. Tu es Petrus.

℟. Et super hanc petram ædificábo ecclésiam meam.

Ad Magnificat, Antiphona.

VII c





Et fit comm. S. Pauli *Apostoli : Ant.* Sancte Paule Apóstole, ℣. Tu es *et Oratio* Deus qui multitúdinem, 940.

Deinde comm. S. Alphonsi Mariæ de Ligorio *Ep. et Eccl. Doct. : Ant.* O Doctor, ℣. Amávit, 741, *Oratio* Deus qui per beátum *ut infra.*

Postea comm. S. Stephani, *Papæ et Mart. : Ant.* Iste sanctus, ℣. Glória, 736, *Oratio* Deus qui nos *ut infra,* 994.

---

2. S. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO,
EPISCOPI, CONFESSORIS ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex.

(m. t. v., *nisi tamen alicubi I Vesperas habeat.*)

Ant. O Doctor óptime... beáte Alphónse María, 665.

Oratio.

DEus, qui per beátum Alphónsum Maríam Confessórem tuum atque Pontíficem, animárum zelo succénsum, Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti : † quǽsumus; ut ejus salutáribus mónitis edócti et exémplis roboráti, * ad te pervenire feliciter valeámus. Per Dóminum.

In Laudibus, *pro commemoratione* S. STEPHANI *Papæ et Martyris* : *Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Stéphani Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas : * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

---

4. S. DOMINICI, CONFESSORIS.

Duplex majus. (m. t. v.)

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici Confessóris tui illumináre dignátus es méritis et doctrínis : † concéde; ut ejus intercessióne temporálibus non destituátur auxíliis, * et spirituálibus semper profíciat increméntis. Per Dóminum.

Vesp. de seq., cum comm. præced.

---

5. IN DEDICATIONE SANCTÆ MARIÆ.

Duplex majus.

Omnia ut in Festis B. M. V. per annum, 703.

Oratio.

COncéde nos fámulos tuos, quǽsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére : † et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, * a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum.

In I Vesperis, *comm.* S. DOMINICI : *Ant.* Hic vir despíciens mundum, ℣. Justum, 744, *Oratio ut supra.*

Vesp. de seq., cum comm. præced.

6. TRANSFIGURATIO D. N. J. C.

Duplex II Classis.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.

Responsorium breve. VI

G Ló-ri- a et honó-re co-ronásti e- um Dómi-

ne, * Alle- lú- ia, alle- lú- ia. ℣. Et consti- tu- í-sti e- um su-

per ópe-ra mánu- um tu- árum. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o,

et Spi- rí-tu- i Sancto.

Hymnus.

IV

Q Ui-cúmque Christum quǽ-ri- tis, Oculos in al- tum

tól- li- te: Il- lic li-cé-bit ví- se- re Signum per- énnis gló-

ri- æ. 2. Il-lú-stre quiddam cérnimus, Quod nésci- at fi-nem

pa- ti, Su-blíme, celsum, intérmi-num, Antíqui- us cælo et

cha- o. 3. Hic il- le Rex est génti- um, Populíque Rex Ju-

dá- i- ci, Pro-míssus Abráhæ pa-tri, E-júsque in ævum sé-

mi-ni. 4. Hunc et Prophé-tis tésti-bus, Iisdémque signa-

tó- ri-bus, Te-stá-tor et Pater ju-bet Audí-re nos et cré-

de- re. 5. Gló-ri- a ti-bi Dómi-ne, Qui appa-ru- í-sti hó-

di- e, Cum Patre et Sancto Spí-ri- tu, In sempi-térna sǽ-

cu- la. A-men.

℣. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini.
℟. Proptérea decórem índuit te Dóminus.

Ad Magnificat, Antiphona.

IV d

CHristus Je- sus * splendor Patris, et figú-ra substán-ti- æ e-jus, portans ómni- a verbo virtú- tis su- æ, pur-gá-ti- ó-nem pecca-tó- rum fá- ci- ens, in monte excélso glo- ri- ó-sus appa-ré- re hó- di- e di- gná- tus est.

E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Et fit comm. DEDICATIONIS SANCTÆ MARIÆ : *Ant.* Beátam me dicent, ℣. Dignáre me, *Oratio* Concéde nos, 711.

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur et terminantur ut in Festo Epiphaniæ, modo sequenti :*

VIII

GLó-ri- a ti-bi Dómi-ne, Qui appa-ru- ísti hó-di- e, Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sǽ-cu-la.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. I g

ASsúmpsit Je-sus * Petrum, et Ja-cóbum, et Jo-ánnem fratrem e-jus, et du-xit e- os in montem excélsum se-órsum, et transfigu-rá-tus est ante e- os. E u o u a e.

2 Ant. II D

REsplèndu- it * fá-ci- es e-jus sic-ut sol, ve-stiménta autem e- jus facta sunt alba sic-ut nix, alle-lú- ia. E u o u a e.

3 Ant. IV E

ET ecce * appa-ru- é- runt e- is Mó- y-ses et E- lí- as, loquéntes cum Je- su. E u o u a e.

4 Ant. 1 g

R Espóndens autem Petrus, * di- xit ad Je-sum : Dómi-ne, bonum est nos hic es-se. E u o u a e.

5 Ant. VI F

A Dhuc e- o loquén-te, * ec-ce nu-bes lú- ci-da o-bumbrávit e- os. E u o u a e.

Capitulum. *Philipp. 3, 20-21.*


S Alvatórem exspectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, † qui reformábit corpus humilitátis nostræ, * configurátum córpori claritátis suæ.

℟. br. VI


G Lo-ri- ó-sus apparu- isti in conspéctu Dómi-ni, * Alle- lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Proptér-e- a de-có-rem indu- it te Dómi-nus. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Hymnus.

IV



A-mor Je- su dulcíssi-me, Quando cor nostrum ví- si-



tas, Pel- lis mentis ca-lí-gi- nem, Et nos reples dulcé- di- ne.

Quam felix est quem sátias!
Consors patérnæ déxteræ,
Tu vere lumen pátriæ,
Quod omnem sensum súperat.

Splendor patérnæ glóriæ,
Incomprehénsa bónitas,
Amóris tui cópiam
Da nobis per præséntiam.

Glória tibi Dómine,
Qu*i* apparuísti hódie,
Cum Patr*e* et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.


℣. Coróna áurea super caput ejus.
℟. Expréssa signo sanctitátis, glóriæ et honóris.

Ad Benedictus, Antiphona.

VII a



ET ec-ce * vox de nube di- cens : Hic est Fí- li- us



me- us di- lé- ctus, in quo mi-hi complácu- i : ipsum au-



dí- te, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui fídei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne patrum testimónio roborásti, et adoptiónem filiórum perféctam, voce delápsa in nube lúcida, mirabíliter præsignásti : † concéde propítius; ut ipsíus Regis glóriæ nos cohærédes effícias, * et ejúsdem glóriæ tríbuas esse consórtes. Per eúmdem Dóminum.

Et fit, in Laudibus tantum, comm. SS. Xysti II *Papæ,* Felicissimi et Agapiti *Martyrum : Ant.* Vestri capilli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

Oratio.

DEus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Xysti, Felicíssimi et Agapíti natalítia cólere : * da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Resplénduit, 998. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Proptérea decórem índuit te Dóminus, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona Et ecce, 998.

Capitulum. *2 Cor. 3, 18.*

NOS omnes, reveláta fácie glóriam Dómini speculántes, † in eámdem imáginem transformámur a claritáte in claritátem, * tamquam a Dómini Spíritu.

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine, allelúia.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum, allelúia.

AD NONAM.

Antiphona Adhuc eo loquénte, 999.

Capitulum. *Apoc. 21, 10-11 et 23.*

SUstulit me in spíritu in montem magnum et altum, ✝ et osténdit mihi civitátem sanctam Jerúsalem, descendéntem de cælo a Deo, habéntem claritátem Dei : * et lucérna ejus est Agnus.

℣. Magna est glória ejus in salutári tuo, allelúia.

℟. Glóriam et magnum decórem impónes super eum, allelúia.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :

℣. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini.

℟. Proptérea decórem índuit te Dóminus.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G

ET audiéntes * discípuli, cecidérunt in fáciem suam, et timuérunt valde : et accéssit Jesus, et tétigit eos, dixítque eis : Súrgite, et nolíte timére, allelúia. E u o u a e.

Et fit comm. S. Cajetani *Confessoris : Antiphona* Quǽrite primum *ut infra,* 1004.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.

℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Oratio Deus qui beáto Cajetáno, *ut infra,* 1003.

7. S. CAJETANI, CONFESSORIS.

Duplex.

AD LAUDES.

Ad Benedictus, Antiphona.

VIII G

NO-li-te * sol-lí-ci-ti esse di-céntes : Quid mandu-cá-bimus, aut quid bi-bémus? Scit e-nim Pa-ter vester cæ-lé-stis quid vo-bis ne-césse sit. E u o u a e.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio.

DEus, qui beáto Cajetáno Confessóri tuo apostólicam vivéndi formam imitári tribuísti : ✝ da nobis, ejus intercessióne et exémplo, in te semper confídere, * et sola cæléstia desideráre. Per Dóminum.

Et fit, in Laudibus tantum, comm. S. DONATI *Episcopi et Martyris : Ant.* Qui odit, 737.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Oratio.

DEus, tuórum glória Sacerdótum : * præsta, quǽsumus; ut sancti Mártyris tui et Epíscopi Donáti, cujus festa gérimus, sentiámus auxílium. Per Dóminum.

IN II VESPERIS.

Ad Magnificat, Antiphona.

Ant. 1 g

QUǽ-ri-te pri-mum * regnum De- i, et justí-ti- am e-jus : et hæc ómni- a adji- ci- éntur vo- bis.

E u o u a e.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Et fit comm. S. CYRIACI, *Mart.* : *Ant.* Iste sanctus, ℣. Glória, 736. *Oratio ut infra.*

8. *S. Cyriaci, Martyris.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beáti Cyríaci Mártyris tui solemnitáte lætíficas : * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum.

9. IN VIGILIA S. LAURENTII, MARTYRIS.

Oratio.

ADésto Dómine supplicatiónibus nostris : † et intercessióne beáti Lauréntii Mártyris tui, cujus prævenímus festivitátem, * perpétuam nobis misericórdiam benígnus impénde. Per Dóminum.

10. S. LAURENTII, MARTYRIS.


Duplex II Classis cum Octava simplici.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725. ℟. *br., Hymnus et* ℣. *de Communi, 638.*

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.


Ad Magnificat, Antiphona. VIII G



Evi-ta Laurén-ti- us * bonum opus ope- rá-tus est,



qui per signum cru- cis cæcos il-luminá- vit, et the-




sáuros Ecclé- si- æ de-dit paupé-ri-bus. E u o u a e.


Oratio ut infra ad Laudes.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. 1 f



L Auréntius- us * ingréssus est: márty-res confésssi sunt




nomen Dó-mi-ni Je-su Chri-sti. E u o u a e.

2 Ant. VIII G




L Auréntius * bonum opus o-pe-rá-tus est, qui per




signum cru-cis cæcos illumi-ná-vit. E u o u a e.

3 Ant. VIII G



A Dhǽ-sit * á-nima me- a post te, qui- a ca- ro me- a



igne cremáta est pro te, De- us me- us. E u o u a e.

4 Ant. VII c 2




M I-sit Dómi-nus * Ange-lum su- um, et li-be-rávit me




de mé-di- o ignis, et non sum æstu- á- tus. E u o u a e.

5 Ant. VIII G



B E- á-tus Lauréntí- us * o- rábat di- cens : Grá- ti- as





Capitulum. *2 Cor. 9, 6.*

FRatres : Qui parce séminat, parce et metet : ✝ et qui séminat in benedictiónibus, * de benedictiónibus et metet.

℟. *br.* Glória et honóre *et Hymnus* Martyr Dei, 641.

℣. Dispérsit, dedit paupéribus.
℟. Justítia ejus manet in sǽculum sǽculi.

Ad Benedictus, Antiphona.

I D 2









Oratio.

DA nobis, quǽsumus omnipotens Deus, † vitiórum nostrórum flammas exstínguere : * qui beáto Lauréntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Lauréntius * bonum opus, 1006. *Capit. e Laudibus.*

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.

℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

AD SEXTAM.

Antiphona Adhǽsit, 1006.

Capitulum. *2 Cor. 9, 7.*

UNusquísque prout destinávit in corde suo, † non ex tristítia, aut ex necessitáte; * hílarem enim datórem díligit Deus.

℣. Posuísti Dómine super caput ejus.

℟. Corónam de lápide pretióso.

AD NONAM.

Antiphona Beátus Lauréntius, 1006.

Capitulum. *2 Cor. 9, 8-9.*

POtens est autem Deus omnem grátiam abundáre fácere in vobis : † ut in ómnibus semper omnem sufficiéntiam habéntes, abundétis in omne opus bonum, * sicut scriptum est : Dispérsit, dedit paupéribus : justítia ejus manet in sǽculum sǽculi.

℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.

℟. Glóriam et magnum decórem impónes super eum.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in II Vesperis de Communi unius Martyris : Dixit Dóminus, 725; Beátus vir, 726; Laudáte púeri, 727; Crédidi, 728.

℞. *br*. Posuísti *et Hymnus* Deus tuórum mílitum, 638.

℣. Levíta Lauréntius bonum opus operátus est.

℞. Qui per signum crucis cæcos illuminávit.

Ad Magnificat, Antiphona.


VIII G











Et non fit commemoratio sequentis.

¶ *De Octava* S. Laurentii *fit tantum comm. in die ipsa Octava, ut suo loco notatur.*

---

11. *SS. Tiburtii, et Susannæ Virginis, Martyrum.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

Oratio.

SAnctórum Mártyrum tuórum Tibúrtii et Susánnæ nos, Dómine, fóveant continuáta præsídia : * quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per Dóminum.

---

12. *S. Claræ, Virginis.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Veni sponsa Christi, ℣. Spécie tua, 744.

Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster : * ut sicut de beátæ Claræ Vírginis tuæ festivitáte gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Símile est, ℣. Diffúsa est, 745.

---

13. *SS. Hippolyti et Cassiani, Martyrum.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738.

Oratio.

DA, quǽsumus omnípotens Deus : * ut beatórum Mártyrum tuórum Hippólyti et Cassiáni veneránda solémnitas, et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

Vesperæ de Feria, cum comm. S. EUSEBII *Conf. : Ant.* Similábo eum, ℣. Amávit, 743. *Oratio* Deus qui nos, *ut infra.*

¶ *Si hodie fuerit Sabbatum, fit de Vigilia anticipata Assumptionis, ut die sequenti notatur, cum comm. SS. Martyrum.*

14. VIGILIA ASSUMPTIONIS
B. MARIÆ VIRGINIS.

Officium fit de Feria ut in Psalterio, præter Orationem sequentem :

Oratio.

DEus, qui virginálem aulam beátæ Maríæ, in qua habitáres, elígere dignátus es : † da, quǽsumus; ut sua nos defensióne munítos, * jucúndos fácias suæ interésse festivitáti. Qui vivis.

Ad Laudes, *comm.* S. Eusebii *Conf.* : *Ant.* Serve bone, ℣. Justum, 743.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Eusébii Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas : * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Deinde dicitur Suffragium de Omnibus Sanctis :

Suffragium de Omnibus Sanctis.

Ant. VIII

SAncti omnes * intercé-dant pro no- bis ad Dó-minum.

℣. Mirificávit Dóminus sanctos suos.
℟. Et exaudívit eos clamántes ad se.

Oratio.

A cunctis nos, quǽsumus Dómine, mentis et córporis defénde perículis : * et intercedénte beáto Joseph, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, beáto *N.* atque beáto Patre nostro Benedícto, et ómnibus Sanctis, salútem nobis tríbue benígnus et pacem; * ut, destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis, Ecclésia tua secúra tibi sérviat libertáte. Per Dóminum.

Die 15 Augusti.

IN ASSUMPTIONE B. MARIÆ VIRGINIS.

Duplex I Classis cum Octava communi.


IN I VESPERIS.

Ant. de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V.


Capitulum. *Eccli. 24, 11-12.*

IN ómnibus réquiem quæsívi, et in hæreditáte Dómini morábor. † Tunc præcépit, et dixit mihi Creátor ómnium : * et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo.

Responsorium breve. VI



ASSUMPTA est Ma-rí- a in



cæ- lum, * Gaudent Ange-



li. ℣. Laudántes bene-dí-cunt Dómi- num. ℣. Gló-ri- a



Vel, ad libitum, ℟. Vidi speciósam, *ad calcem Antiphonarii.*

Tonus simplex pro diebus infra Octavam.

℟. br. VI







Hymnus Ave maris stella, 704.





Ad Magnificat, Antiphona. 1 f



quasi auróra valde rútilans? Fília Sion, tota formósa et suávis es; pulchra ut luna, elécta ut sol. E u o u a e.

Oratio.

FAmulórum tuórum, quǽsumus Dómine, delíctis ignósce : * ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, Genitrícis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur. Qui tecum vivit et regnat.

¶ *Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V., per totam Octavam, etiam in Festis occurrentibus. Eadem Doxologia dicitur etiam in Hymnis ejusdem metri ad Laudes et Vesperas Festorum, servato tamen tono proprio.*

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. VII a

ASSUMPTA est * María in cælum : gaudent Angeli, laudántes benedícunt Dóminum. E u o u a e.

2 Ant. VIII G

MAría * Virgo assúmpta est ad æthéreum thálamum, in quo Rex regum stelláto sedet sólio.

E u o u a e.

3 Ant. IV A*

IN odórem * unguentórum tuórum cúrrimus: adolescéntulæ dilexérunt te nimis. E u o u a e.

4 Ant. VII c 2

BEnedícta * fília tu a Dómino: quia per te fructum vitæ communicávimus. E u o u a e.

5 Ant. I g 2

PUlchra es * et decóra, fília Jerúsalem: terríbilis ut castrórum ácies ordináta. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 24, 11-12.*

IN ómnibus réquiem quæsívi, et in hæreditáte Dómini morábor. † Tunc præcépit, et dixit mihi Creátor ómnium : * et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo.

℟. br. VI

MA-rí- a Virgo assúmpta est * Ad æthé-re-um thá-lamum. ℣. In quo Rex regum stellá-to sedet só-li- o. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Hymnus.

II

O glo- ri- ó-sa Dó-mi-na, Excél-sa su-per si-de-ra, Qui te cre- á-vit, pró-vi-de Lactásti sacro ú-be-re.

Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine :
Intrent ut astra flébiles,
Cæli fenéstra facta es.

Tu Regis alti jánua,
Et porta lucis fúlgida :
Vitam datam per Vírginem
Gentes redémptæ pláudite.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Exaltáta est sancta Dei Génitrix.
℟. Super choros Angelórum ad cæléstia regna.

Ad Benedictus, Antiphona. 1 g

QUÆ est i-sta, * quæ ascéndit sic-ut auró-ra consúrgens? pulchra ut lu- na, e-lécta ut sol, ter-rí-bi- lis ut castró-rum á-ci- es ordi- ná- ta. E u o u a e.

Oratio.

FAmulórum tuórum, quǽsumus Dómine, delíctis ignósce : † ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, * Genitrícis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur. Qui tecum vivit et regnat.

AD TERTIAM.

Antiphona María, 1015. *Capitulum e Laudibus*.

℣. Exaltáta est sancta Déi Génitrix.
℟. Super choros Angelórum ad cæléstia regna.

AD SEXTAM.

Antiphona In odórem, 1015.

Capitulum. *Eccli. 24, 15-16.*

ET sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. † Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus, * et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℣. Assúmpta est María in cælum, gaudent Angeli.
℟. Laudántes benedícunt Dóminum.

AD NONAM.

Antiphona Pulchra es, 1015.

Capitulum. *Eccli. 24, 19-20.*

IN platéis sicut cinnamómum et bálsamum aromatizans odórem dedi : † quasi myrrha elécta, * dedi suavitátem odóris.

℣. María Virgo assúmpta est ad æthéreum thálamum.
℟. In quo Rex regum stelláto sedet sólio.

IN II VESPERIS.


Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :

℣. Exaltáta est sancta Dei Génitrix.
℟. Super choros Angelórum ad cæléstia regna.

Ad Magnificat, Antiphona. VIII G 2







¶ *Infra Octavam, omnia ut in Festo.* ℣. *autem ad Laudes et Vesperas cantatur in tono communi.*

---

16. INFRA OCTAVAM ASSUMPTIONIS B. M. V.

Semiduplex.

Vesp. de Oct. Assumptionis B. M. V., cum comm. diei Octavæ S. LAURENTII *Martyris : Ant.* Levíta Lauréntius. ℣. Glória, 1005. *Oratio* Excita Dómine, *ut infra.*

17. INFRA OCTAVAM ASSUMPTIONIS B. M. V.

Semiduplex.

In Laudibus, *comm. diei Octavæ* S. LAURENTII *Martyris : Ant.* In craticula, ℣. Dispérsit, 1007.

Oratio.

EXcita Dómine in Ecclésia tua Spíritum, cui beátus Lauréntius Levíta servívit : * ut eódem nos repléti, studeámus amáre quod amávit, et ópere exercére quod dócuit. Per Dóminum nostrum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Vesp. de Octava, cum comm. S. AGAPITI *Martyris : Ant.* Iste sanctus, ℣. Glória, 736. *Oratio ut infra.*

18. INFRA OCTAVAM ASSUMPTIONIS B. M. V.

Semiduplex.

In Laudibus, *comm.* S. AGAPITI *Mart. : Ant.* Qui odit, ℣. Justus ut palma, 737.

Oratio.

LÆtétur Ecclésia tua, Deus, beáti Agapíti Mártyris tui confísa suffrágiis : * atque ejus précibus gloriósis, et devóta permáneat, et secúra consístat. Per Dóminum.

19. INFRA OCTAVAM ASSUMPTIONIS B. M. V.

Semiduplex.

Vesp. de sequenti cum comm. Octavæ : Ant. Hódie, ℣. Exaltáta est, 1018, *Oratio* Famulórum, 1017.

20. S. BERNARDI,

ABBATIS ET ECCLESIÆ DOCTORIS, O. N.

Duplex majus.

Ant. O Doctor óptime... beáte Bernárde, 665.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Bernárdum minístrum tribuísti : † præsta, quǽsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

Commem. Octavæ.

In II Vesperis, *post comm. Octavæ, fit comm.* B. BERNARDI PTOLOMÆI *Abb. O. N. : Ant.* Similábo, ℣. Amávit, 743, *Oratio* Deus qui per beátum, *ut infra* 1022.

In Aliquibus Locis.

Omnia ut supra, præter sequentia :

IN I VESPERIS.

Hymnus.

II

JAM Re- gí- na discú-bu- it, Se-dens post U- ni gé- ni- tum : Nardus odó- rem trí-bu- it, Bernárdus tra- dens spí- ri-tum.

Dulcis Regínæ gústui
Fructus sui suávitas :
Dulcis ejus olfáctui
Nardi Bernárdi sánctitas.

Veni sponsa de Líbano
Coronánda divínitus,
Ut Bernárdus de clíbano
Veníret Sancti Spíritus.

Quæ est ista progrédiens
Velut auróra rútilans?
Quis est iste transíliens
Colles, sanctis conjúbilans?

Hæc glória terríbilis
Sicut castrórum ácies :
Hic grátia mirábilis
Ut Assuéri fácies.

Ora pro nobis Dóminum,
Prædúlcis fumi vírgula :
Inclína Patrem lúminum,
Pastor ardens ut fácula.

Sit Trinitáti glória,
Per quam triúmphus Vírginis
Et Bernárdi felícitas
Manent in cæli cúria. Amen.

¶ *Hæc doxologia nunquam mutatur.*

AD LAUDES.

Hymnus.

II

LActe quondam proflu- éntes, I-te montes vos pro-cul : I-te colles, fu- sa quondam Unde mel- lis flúmina; Isra- el, jactá-re la-te Manna priscum dé-si-ne.

Ecce cujus corde sudant,
Cujus ore prófluunt
Dulcióres lacte fontes,
Mellis amnes ǽmuli :
Ore tanto, corde tanto
Manna nullum dúlcius.

Quæris unde duxit ortum
Tanta lactis cópia,
Unde favus, unde prompta
Tanta mellis suávitas,
Unde tantum manna fluxit,
Unde tot dulcédines.

Lactis imbres Virgo fudit
Cǽlitus puérpera :
Mellis amnes os leónis
Excitávit mórtui :
Manna sylvæ, cælitúmque
Solitúdo próxima.

Doctor o Bernárde, tantis
Aucte cæli dótibus,
Lactis hujus, mellis hujus,
Funde rores désuper;
Funde stillas, pleniore
Jam potítus gúrgite.

Summa summo laus Parénti,
Summa laus et Fílio :
Par tibi sit Sancte manans
Ex utróque Spíritus;
Ut fuit, nunc et per ævum
Compar semper glória. Amen.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona.

1 D

BErnárdus, * Doctor mel-lí-flu- us, amí-cus Sponsi, Vírgi-nis Matris præ- co mi-rí-fi-cus, in cla-ra valle pastor effúl-sit cla-ríssimus. E u o u a e.

IN II VESPERIS.

Hymnus Jam Regína, *ut in I Vesperis.*

Commem. Octavæ; deinde comm. B. BERNARDI PTOLOMÆI *Abbatis O. N. : Ant.* Similábo, ℣. Amávit, 743, *Oratio ut infra.*

21. INFRA OCTAVAM ASSUMPTIONIS B. M. V.

Semiduplex.

In Laudibus, *comm.* B. BERNARDI PTOLOMÆI *Abbatis O. N. : Ant.* Serve bone, ℣. Justum, 743.

Oratio.

DEus, qui per beátum Bernárdum novum anachoréticæ vitæ genus in Ecclésia tua exordíri voluísti : * concéde, quǽsumus; ut ejus vestígiis insisténtes, ætérnæ vitæ prǽmia cónsequi mereámur. Per Dóminum.

Vesp. de seq., cum commem. ut infra.

22. OCTAVA ASSUMPTIONIS B. M. V.

Duplex majus.

Omnia ut in Festo, 1012.

In I Vesperis, *fit comm.* SS. Timothei et Symphoriani *Martyrum : Ant.* Istórum est enim, 738.

℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

AUxílium tuum nobis, Dómine quǽsumus, placátus impénde : * et intercedéntibus beátis Martýribus tuis Timótheo et Symphoriáno, déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

In Laudibus, *comm. SS. Martyrum : Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

¶ *Si hodie fuerit Sabbatum, fit commemoratio Vigiliæ anticipatæ* S. Bartholomæi *Apost. in Laudibus.*

23. IN VIGILIA S. BARTHOLOMÆI, APOSTOLI.

Oratio.

DA, quǽsumus omnípotens Deus : † ut beáti Bartholomǽi Apóstoli tui, quam prævenímus, veneránda solémnitas * et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

¶ *Si tamen præcedens Oratio dicta jam fuerit in Officio vel Commemoratione de Communi Confessoris Pontificis, tunc dicatur sequens :*

Oratio.

QUǽsumus, omnípotens Deus : † ut beátus Bartholomǽus Apóstolus, cujus prævenímus festivitátem, tuum pro nobis implóret auxílium : * ut a nostris reátibus absolúti, a cunctis étiam perículis eruámur. Per Dóminum.

24. S. BARTHOLOMÆI, APOSTOLI.

Duplex II Classis.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui hujus diéi venerándam sanctámque lætítiam in beáti Apóstoli tui Bartholomǽi festivitáte tribuísti : † da Ecclésiæ tuæ, quǽsumus, et amáre quod crédidit, * et prædicáre quod dócuit. Per Dóminum.

28. S. AUGUSTINI,

EPISC., CONF. ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex majus.

Ant. O Doctor óptime... beáte Augustíne, 665.

Oratio.

ADésto supplicatiónibus nostris, omnípotens Deus : † et quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, * intercedénte beáto Augustíno Confessóre tuo atque Pontífice, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum.

In I Vesperis, *comm.* S. HERMETIS *Martyris : Ant.* Iste sanctus, ℣. Glória, 736.

Oratio.

DEus, qui beátum Hermétem Mártyrem tuum virtúte constántiæ in passióne roborásti : * ex ejus nobis imitatióne tríbue pro amóre tuo próspera mundi despícere, et nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum.

In Laudibus, *comm.* S. HERMETIS : *Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737.

Vesp. de sequenti, cum commemorationibus ut infra.

29. IN DECOLLATIONE SANCTI JOANNIS BAPTISTÆ.

Duplex majus.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.
Capitulum, ℟. *br. et Hymnus de Communi unius Martyris,* 638.
℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Ad Magnificat, Antiphona.

1 g

MIsso Heródes * spiculatóre, præcépit amputári caput Joánnis in cárcere: quo audíto, discípuli ejus venérunt, et tulérunt corpus ejus, et posuérunt illud in monuménto. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Et fit comm. S. AUGUSTINI : *Ant.* O Doctor... beáte Augustíne, ℣. Justum, 741, *Oratio* Adésto *ut supra.*

Postea S. SABINÆ *Martyris* : *Ant.* Símile est, ℣. Spécie tua, 746.

Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : * concéde propítius; ut qui beátæ Sabínæ Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. III a

H E-ródes e-nim ténu- it * et li-gávit Jo- ánnem, et



pó-su- it in cárce-rem propter He-ro- dí- a-dem. E u o u a e.

2 Ant. III b


D Omi-ne mi rex, * da mi-hi in di-sco caput



Jo- ánnis Baptí-stæ. E u o u a e.

3 Ant. I f

P U-éllæ saltánti * impe-rávit ma- ter : Ni-hil [illegible]i- ud



pe-tas, ni-si caput Jo- ánnis. E u o u a e.

4 Ant. I D 2

Arguébat * Heródem Joánnes propter Herodíadem, quam túlerat fratri suo Philíppo uxórem. E u o u a e.

5 Ant. IV A

Da mihi in disco * caput Joánnis Baptístæ : et contristátus est rex propter jusjurándum. E u o u a e.

Capitulum, ℟. *br. et Hymnus de Communi unius Martyris,* 641.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Benedictus, Ant. Misso Heródes, *ut in I Vesperis,* 1025.

Oratio.

Sancti Joánnis Baptístæ Præcursóris et Mártyris tui, quǽsumus Dómine, veneránda festívitas, * salutáris auxílii nobis præstet efféctum. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Commem. S. Sabinæ *Martyris : Ant.* Date ei, ℣. Diffúsa est, 747, *Oratio* Deus qui, *ut supra in I Vesperis.*

AD TERTIAM.

Antiphona Dómine mi rex, 1026.

Capitulum. *Jac. 1, 12.*

BEátus vir qui suffert tentatiónem : † quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ, * quam repromísit Deus diligéntibus se.

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

AD SEXTAM.

Antiphona Puéllæ saltánti, 1026.

Capitulum. *Eccli. 15, 3.*

CIbávit illum pane vitæ et intelléctus, † et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum * Dóminus Deus noster.

℣. Posuísti Dómine super caput ejus.
℟. Corónam de lápide pretióso.

AD NONAM.

Antiphona Da mihi in disco, 1027.

Capitulum. *Eccli. 39, 6.*

JUstus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, * et in conspéctu Altíssimi deprecábitur.

℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.
℟. Glóriam et magnum decórem impónes super eum.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi ut in II Vesperis de Communi unius Martyris : Dixit Dóminus, 725; Beátus vir, 726; Laudáte púeri, 727; Crédidi, 728.

Capitulum, ℟. breve et Hymnus de Communi, 638.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G

Mi- sit rex incrédu-lus * mi-nístros de-te-stábi-les : et ampu-tá-ri jus- sit caput Jo- ánnis Baptí-stæ.

E u o u a e.

Et fit comm. SS. Felicis et Adaucti *Martyrum : Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738, *Oratio ut infra.*

---

30. *SS. Felicis et Adaucti, Martyrum.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

Oratio.

MAjestátem tuam Dómine súpplices exorámus : * ut sicut nos júgiter Sanctórum tuórum commemoratióne lætíficas, ita semper supplicatióne defendas. Per Dóminum.

Festa Septembris.

Die 8 Septembris.

IN NATIVITATE B. MARIÆ VIRGINIS.

Duplex II Classis cum Octava simplici.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ et Capit. de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V.

Responsorium breve. VI



A-VE Ma-rí-a, grá-ti- a ple- na: * Dómi-



nus te- cum. ℣. Be-ne-dícta tu in mu-li- é-ri-bus, et be-



ne-díctus fructus ventris tu- i. ℣. Gló-ri- a Patri, et




Fí- li- o, et Spi- ri- tu- i Sancto.

Vel, ad libitum, ℟. Beatíssimæ, *ad calcem Antiphonarii.*

Hymnus Ave maris stella, 704.








Ad Magnificat, Antiphona.









Oratio.

FAmulis tuis, quǽsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre : * ut quibus beátæ Vírginis partus éxstitit salútis exórdium, Nativitátis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.

¶ *Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.*

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. VIII G

N A-tí-vi-tas glo-ri- ó-sæ * Vírgi-nis Ma-rí- æ ex sémi-ne Abra-hæ, ortæ de tri-bu Ju-da, cla-ra ex stirpe Da-vid. E u o u a e.

2 Ant. VII C


N A-tí-vi-tas est hó-di- e * sanctæ Ma-rí- æ Vírgi-nis, cu-jus vi-ta incly-ta cunctas il-lústrat ecclé-si- as. E u o u a e.

3 Ant. VI F

R Egá-li * ex progé-ni- e Ma-rí- a ex-ór- ta re-fúlget : cu-jus pré-ci-bus nos adjuvá- ri, men-te et spi-



4 Ant. VIII G





5 Ant. VII c





Capitulum. *Eccli. 24, 14.*

AB inítio et ante sǽcula creáta sum, † et usque ad futúrum sǽculum non désinam, * et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

℟. *br.* Ave María *et Hymnus* O gloriósa Dómina, 708.
℣. Natívitas est hódie sanctæ Maríæ Vírginis.
℟. Cujus vita ínclyta cunctas illústrat ecclésias.

Ad Benedictus, Antiphona. VIII G

NAti-vi-tá-tem ho- di- érnam * perpé- tu- æ Vir-gi-nis Ge- ni-trí-cis De- i Ma- rí- æ so-lémni-ter ce-le-bré-mus : qua celsi-tú-do thro- ni pro- cés-sit, alle-lú- ia.

E u o u a e.

Oratio.

FAmulis tuis, quǽsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre : † ut quibus beátæ Vírginis partus éxstitit salútis exórdium, * Nativitátis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.

Commem. S. HADRIANI *Martyris, in Laudibus tantum : Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui beáti Hadriáni Mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Natívitas est hódie, 1032. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM.

Antiphona Regáli, 1032.

Capitulum. *Eccli. 24, 15-16.*

ET sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. † Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus, * et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD NONAM.

Antiphona Cum jucunditáte, 1033.

Capitulum. *Eccli. 24, 19-20.*

IN platéis sicut cinnamómum et bálsamum aromatízans odórem dedi : † quasi myrrha elécta, * dedi suavitátem odóris.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :


℣. Natívitas est hódie sanctæ Maríæ Vírginis.
℟. Cujus vita ínclyta cunctas illústrat ecclésias.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 f

NA-tí- vi-tas tu- a, * De- i Gé-nitrix Vir-go, gáu-

di- um annunti- á-vit u-ni-vérso mundo : ex te e-nim









Et non fit comm. seq.

¶ *De Octava Nativitatis B. M. V. nihil fit nec in ipsa die Octava, nisi in ea celebretur aliquod Officium duplex II Classis quod non sit de eadem B. Maria, ut suo loco notatur,* 1050.

SABBATO POST FESTUM NATIVITATIS B. M. V.

Simplex.

Sabbato post Festum Nativit. B. M. V., quod non fuerit impeditum juxta Rubricas, fit Officium S. Mariæ in Sabbato. In eo tamen omnia quæ ex Psalterio accipienda non sunt, sumuntur de ipso Festo Nativitatis :

AD VESPERAS.

Ant. et Psalmi Fer. VI ut in Psalt., 154.

Capit., ℟. *br. et Hymnus,* 712.

℣. Natívitas, *Ant. ad Magnif.* Gloriósæ *et Oratio* Fámulis, 1031.

Et fit Suffragium Sancti omnes, 713.

¶ *Ad Completorium dicuntur Preces.*

AD LAUDES.

Ant. et Psalmi ut in Psalt., 73 *(Cantic. fest.).*
Capit., ℟. *br. et Hymnus*, 708.
℣. Natívitas *et Ant. ad Benedictus* Nativitátem, 1034.
Suffragium Sancti omnes, 713.

AD HORAS.

Omnia ut in Festo Nativitatis.
Ad Primam, Capitulum Regi sæculórum, *et dicuntur Preces.*

---

9. *S. Gorgonii, Martyris.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737.

Oratio.

SAnctus tuus, Dómine, Gorgónius sua nos intercessióne lætíficet : * et pia fáciat solemnitáte gaudére. Per Dóminum.

---

11. *SS. Proti et Hyacinthi, Martyrum.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738.

Oratio.

BEatórum Mártyrum tuórum Proti et Hyacínthi nos, Dómine, fóveat pretiósa conféssio : * et pia júgiter intercéssio tueátur. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.
Vesperæ de sequenti.

---

12. FESTUM SANCTISSIMI NOMINIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Duplex majus.

Omnia ut in Festis B. M. V., 703, *præter sequentia :*

In I Vesperis, *ad Magnificat, Ant.* Sancta María, 705, *in cujus fine dicitur :* quicúmque célebrant tui sancti Nóminis commemoratiónem.

Oratio.

CONcéde, quǽsumus omnípotens Deus : ut fidéles tui, qui sub sanctíssimæ Vírginis Maríæ Nómine et protectióne lætántur; † ejus pia intercessióne a cunctis malis liberéntur in terris, * et ad gáudia ætérna perveníre mereántur in cælis. Per Dóminum.

---


14. EXALTATIO SANCTÆ CRUCIS.


Duplex majus.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.

℟. br. VI








Hymnus.

I

VExíl- la Re- gis pród- e- unt : Fulget Cru-cis mysté-



Quo vulnerátus ínsuper
Mucróne diro lánceæ,
Ut nos laváret crímine,
Manávit unda et sánguine.

Impléta sunt quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicens : In natiónibus
Regnávit a ligno Deus.

Arbor decóra et fúlgida,
Ornáta Regis púrpura,
Elécta digno stípite
Tam sancta membra tángere.

Beáta, cujus bráchiis
Sæcli pepéndit prétium,
Statéra facta córporis,
Prædámque tulit tartári.

¶ O Crux ave, spes única,
In hac triúmphi glória,
Auge piis justítiam,
Reísque dona véniam.

Te summa Deus Trínitas,
Colláudet omnis spíritus :
Quos per Crucis mystérium
Salvas, rege per sǽcula. Amen.


¶ *Stropha* O Crux ave *dicitur flexis genibus; et ultima nunquam mutatur.*


℣. Hoc signum Crucis erit in cælo.
℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit.

Ad Magníficat, Antiphona.









Oratio ut infra ad Laudes.

Et fit comm. SS. CORNELII *Papæ* ET CYPRIANI *Episcopi, Martyrum : Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738.

Oratio.

BEatórum Mártyrum paritérque Pontíficum Cornélii et Cypriáni nos, quǽsumus Dómine, festa tueántur : * et eórum comméndet orátio veneránda. Per Dóminum.


AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. VII c






2 Ant. III a





qui salvásti Petrum in ma-ri, mi-se-ré-re no-bis.




E u o u a e.

3 Ant. I f




ECce Crucem Dómi-ni, * fú-gi-te partes advérsæ : vi-cit le- o de tribu Ju-da, ra-dix David, alle- lú- ia.



E u o u a e.

4 Ant. VII c


NOS autem * glo-ri- á-ri opór- tet in cru-ce Dó-



mi-ni nostri Je-su Chri-sti. E u o u a e.

5 Ant. II D

PER signum Cru-cis * de in-i-mí-cis nostris lí-



be-ra nos De-us no-ster. E u o u a e.

Capitulum. *Philipp. 2, 5-7.*

FRatres : Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu : † qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo : sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, * in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo.

℟. br. VI

HOC signum Cru-cis * E-rit in cæ-lo. ℣. Cum Dó-mi-nus ad ju-di-cándum véne- rit. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fi-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Hymnus Lustris sex, *ut supra,* 386.


℣. Adorámus te Christe, et benedícimus tibi.
℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum.

Ad Benedictus, Antiphona.

I D 2

SUper ómni- a * ligna cedró-rum tu so- la excél-si- or, in qua vi- ta mundi pe- péndit, in qua Chri-





Oratio.

DEus, qui nos hodiérna die Exaltatiónis sanctæ Crucis ánnua solemnitáte lætíficas : † præsta, quǽsumus; ut cujus mystérium in terra cognóvimus, * ejus redemptiónis prǽmia in cælo mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Commem. SS. Cornelii et Cypriani *Martyrum : Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738, *Oratio* Beatórum Mártyrum *ut supra,* 1040.

AD TERTIAM.

Antiphona Salva nos, 1040. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Hoc signum Crucis erit in cælo.
℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit.

AD SEXTAM.

Antiphona Ecce Crucem Dómini, 1041.

Capitulum. *Gal. 6, 14.*

MIhi autem absit gloriári, † nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi : * per quem mihi mundus crucifíxus est, et ego mundo.

℣. Adorámus te Christe, et benedícimus tibi.
℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum.

AD NONAM.

Antiphona Per signum Crucis, 1041.

Capitulum. *Philipp. 2, 8-9.*

HUmiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis. † Propter quod et Deus exaltávit illum, * et donávit illi nomen, quod est super omne nomen.

℣. Omnis terra adóret te, et psallat tibi.
℟. Psalmum dicat nómini tuo Dómine.

Vesperæ de sequenti, cum comm. præcedentis.

¶ *Sicubi tamen hoc Festum habeat II Vesperas integras, omnia dicuntur ut in I Vesperis, præter ℣. et Ant. ad Magnificat ut infra,* 1046.

15. FESTUM SEPTEM DOLORUM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Duplex II Classis.


IN I VESPERIS.

* *Antiphonæ et Capit. de Laud. Psalmi ut in Festis B. M. V.:* Dixit Dóminus, 725; Laudáte, 727; Lætátus sum, 730; Nisi Dóminus, 731.

Responsorium breve.

Fascí-cu-lus myrrhæ * Di-léctus me- us mi-hi. ℣. Inter ú-be- ra me- a commo- rá-bi-tur.


℣. Gló-ri- a Patri, et Fi- li- o, et Spi- rí- tu- i



Hymnus.







Spectátrix áderas supplício, Parens,
Malis uda, gerens cor adamántinum :
Natus funérea péndulus in cruce
Altos dum gémitus dabat.

Pendens ante óculos Natus, atrócibus
Sectus verbéribus, Natus hiántibus
Fossus vulnéribus, quot penetrántibus
Te confíxit acúleis!

Heu! sputa, álapæ, vérbera, vúlnera,
Clavi, fel, áloë, spóngia, lánceа,
Sitis, spina, cruor, quam vária pium
Cor pressére tyránnide!

Cunctis intérea stas generósior
Virgo Martýribus : prodígio novo,
In tantis móriens non móreris, Parens,
Diris fixa dolóribus.

Sit summæ Tríadi glória, laus, honor :
A qua supplíciter sollícita prece,
Posco virgínei róboris æmulas
Vires rebus in ásperis. Amen.

℣. Regína Mártyrum, ora pro nobis.
℟. Quæ juxta crucem Jesu constitísti.

Ad Magnificat, Antiphona.

1 D

N O-li-te * me consi-de-rá-re, quod fusca sim, qui-a de-co-lo-rá-vit me sol : fí-li-i matris me-æ pugnavé-runt con-tra me. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes. Et fit comm. præcedentis :

Pro Commemoratione S. Crucis.

Ant. 1 D

O Crux * bene-di-cta! quæ so-la fu-í-sti di-gna portá-re Regem cæ-ló-rum et Dómi-num, alle-lú-ia. E u o u a e.

℣. Hoc signum Crucis erit in cælo.
℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit.

Oratio.

DEus, qui nos hodiérna die Exaltatiónis sanctæ Crucis ánnua solemnitáte lætíficas : * præsta, quǽsumus; ut cujus mystérium in terra cognóvimus, ejus redemptiónis prǽmia in cælo mereámur. Per eúmdem Dóminum.

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono Passionis,* 384 *et* 387, *cum Doxologia :* Glória tibi Dómine, Qui passus es pro sérvulis.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. VI F


QUO áb- i- it * di- léctus tu- us, o pulchérrima mu- lí- e-rum? quo declinávit di- léctus tu- us? et quærémus e- um tecum. E u o u a e.

2 Ant. I g

RE-cé-di-te a me, * amá-re fle-bo : no-lí- te in- cúmbe-re ut conso- lé-mi-ni me. E u o u a e.


3 Ant. IV A*

NON est e- i spé-ci- es * neque de- cor : et ví-dimus




4 Ant. II D





5 Ant. I f





Capitulum. *Thren. 2, 13.*


CUI comparábo te? vel cui assimilábo te, fília Jerúsalem? cui exæquábo te, et consolábor te, virgo fília Sion? Magna est velut mare contrítio tua.

℟. br.









Hymnus.

II





Nobis salútem cónferant
Deíparæ tot lácrimæ,
Quibus laváre súfficis
Totíus orbis crímina.


Sit quinque Jesu vúlnerum
Amára contemplátio,
Sint et dolóres Vírginis
Ætérna cunctis gáudia.

Glória tibi Dómine,
Qui passus es pro sérvulis,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. María Virgo, per virtútem tot dolórum.
℟. Fac nos gaudére in regno cælórum.

Ad Benedictus, Antiphona.

VIII G





Oratio.

DEus, in cujus passióne, secúndum Simeónis prophetíam, dulcíssimam ánimam gloriósæ Vírginis et Matris Maríæ dolóris gládius pertransívit : † concéde propítius; ut qui dolóres ejus venerándo recólimus, * passiónis tuæ effectum felícem consequámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Et fit, in Laudibus tantum, comm. S. Nicomedis *Martyris : Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737.

Oratio.

ADésto Dómine pópulo tuo : * ut beáti Nicomédis Mártyris tui mérita præclára suscípiens, ad impetrándam misericórdiam tuam semper ejus patrocíniis adjuvétur. Per Dóminum.

¶ *De die Octava Nativitatis B. M. V. nil fit in Officio Septem Dolorum. Sicubi tamen hac die celebretur aliquod Festum nobilius Duplex II Classis, quod non sit B. Mariæ V., de ipsa die Octava fit comm. in Laudibus per Antiphonam,* ℣. *et Orationem de die Festo,* 1034, *ante comm. S. Nicomedis.*

AD TERTIAM.

Antiphona Recédite a me, 1047. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Defecérunt præ lácrimis óculi mei.
℟. Conturbáta sunt ómnia víscera mea.

AD SEXTAM.

Antiphona Non est ei spécies, 1047.

Capitulum. *Thren. 1, 2.*

PLorans plorávit in nocte, † et lácrimæ ejus in maxíllis ejus : * non est qui consolétur eam ex ómnibus caris ejus.

℣. Fascículus myrrhæ diléctus meus mihi.
℟. Inter úbera mea commorábitur.

AD NONAM.

Antiphona Fulcite me flóribus, 1048.

Capitulum. *Thren. 2, 18.*

DEduc quasi torréntem lácrimas per diem et noctem : † non des réquiem tibi, * neque táceat pupílla óculi tui.

℣. Anima mea liquefácta est.
℟. Ut diléctus locútus est.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :
℣. Regína Mártyrum, ora pro nobis.
℟. Quæ juxta crucem Jesu constitísti.

Ad Magnificat, Antiphona.

II D

OPpréssit me do-lor. * et fá-ci- es me- a intú-nu- it a fle-tu, et pálpebræ me- æ ca- li-gavé- runt.

E u o u a e.

Et non fit comm. sequentis.

---

6. SS. Euphemiæ, Virginis, Luciæ et Geminiani, Martyrum.

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

Oratio.

PRæsta Dómine précibus nostris cum exsultatióne provéntum : * ut sanctórum Mártyrum Euphémiæ, Lúciæ et Geminiáni, quorum diem passiónis ánnua devotióne recólimus, étiam fídei constántiam subsequámur. Per Dóminum.

---

17. *S. Hildegardis, Virginis O. N.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Veni sponsa Christi, ℣. Spécie tua, 744.

Oratio.

DEus, qui beátam Hildegárdem Vírginem tuam donis cæléstibus decorásti : * tríbue, quǽsumus; ut ejus vestígiis et documéntis insisténtes, a præséntis hujus sǽculi calígine ad lucem tuam delectábilem transíre mereámur. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Símile est, ℣. Diffúsa est, 745.

---

20. IN VIGILIA S. MATTHÆI, APOSTOLI ET EVANGELISTÆ.

Officium ut in Psalterio, cum Orat. de Vigilia ut infra, nisi venerit in Quatuor Temp.; tunc enim nihil fit de Vigilia, nisi in Missa.

Oratio.

DA, quǽsumus, omnípotens Deus : † ut beáti Matthǽi Apóstoli tui et Evangelístæ, quam prævenímus, veneránda solémnitas, * et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

¶ *Si tamen præcedens Oratio dicta jam fuerit in Officio vel Commemoratione de Communi Confessoris Pontificis, tunc dicatur sequens :*

Oratio.

QUǽsumus, omnípotens Deus : + ut beátus Matthǽus Apóstolus, cujus prævenímus festivitátem, tuum pro nobis implóret auxílium; * ut a nostris reátibus absolúti, a cunctis étiam perículis eruámur. Per Dóminum.

21. # S. MATTHÆI,

APOSTOLI ET EVANGELISTÆ.

Duplex II Classis.

Oratio.

BEáti Apóstoli et Evangelístæ Matthǽi, Dómine, précibus adjuvémur : † ut quod possibílitas nostra non óbtinet, * ejus nobis intercessióne donétur. Per Dóminum.

Et non fit comm. sequentis.

---

22. # *SS. Mauritii et Sociorum, Martyrum.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

Oratio.

ANnue, quǽsumus omnípotens Deus, ut sanctórum Mártyrum tuórum Maurítii et Sociórum ejus nos lætíficet festíva solémnitas : * ut quorum suffrágiis nítimur, eórum natalítiis gloriémur. Per Dóminum.

---

23. # *S. Lini, Papæ et Martyris.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Iste Sanctus, ℣. Glória, 736.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Lini Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas : * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. (Per Dóminum.)

Deinde fit comm. S. THECLÆ, *Virginis et Martyris : Ant.* Veni sponsa Christi, ℣. Spécie tua, 744.

Oratio.

DA, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui beátæ Theclæ Vírginis et Mártyris tuæ natalítia cólimus, et ánnua solemnitáte lætémur, et tantæ fídei proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737.
Deinde comm. S. THECLÆ : *Ant.* Símile est, ℣. Diffúsa, 745.

---

26. *SS. Cypriani et Justinæ, Martyrum.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738.

Oratio.

BEatórum Mártyrum Cypriáni et Justínæ nos, Dómine, fóveant continuáta præsídia : * quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

---

27. *SS. Cosmæ et Damiani, Martyrum.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Cosmæ et Damiáni natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

Die 29 Septembris.

IN DEDICATIONE S. MICHAELIS ARCHANGELI

Duplex I Classis.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.

Capitulum. *Apoc. 1, 1-2.*

SIgnificávit Deus quæ opórtet fíeri cito, † loquens per Angelum suum servo suo Joánni, qui testimónium perhíbuit verbo Dei, * et testimónium Jesu Christi, quæcúmque vidit.

Responsorium breve. VI

A-SCÉNDIT fumus a-róma- tum * In con-spé-ctu Dómi- ni. ℣. De ma-nu Ange- li. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fi- li- o, et Spi- ri- tu- i Sancto.

Vel, ad libitum, ℟. In conspéctu, *ad calcem Antiphonarii.*

Tonus simplex.

℟. br. VI

A-scéndit fumus a-róma-tum * In conspé-ctu Dómi-ni. ℣. De manu Ange- li. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Tempore Paschali.

℟. br. VI

A-scéndit fumus a-róma-tum in conspéctu Dómi-ni, * Alle- lú-ia, alle-lú- ia. ℣. De manu Ange-li. ℣. Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Hymnus.

II

T-Ibi Christe splendor Patris, Vi- ta, virtus córdi- um, In conspéctu Ange- ló- rum Vo- tis, vo-ce psállimus :




Collaudámus venerántes
Omnes cæli mílites :
Sed præcípue primátem
Cæléstis exércitus,
Michaélem in virtúte
Conteréntem zábulum.

Quo custóde procul pelle,
Rex Christe piíssime,
Omne nefas inimíci :
Mundo corde et córpore,
Paradíso redde tuo
Nos sola cleméntia.

Glóriam Patri melódis
Personémus vócibus,
Glóriam Christo canámus,
Glóriam Paráclito,
Qui trinus et unus Deus
Exstat ante sǽcula. Amen.






Ad Magnificat, Antiphona. VIII G










e- jus, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.


DEus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas : * concéde propítius; ut a quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum nostrum.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. II. a*




STe-tit Ange-lus * juxta aram templi, habens thu-rí-




bulum áure-um in ma-nu su- a. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.


2 Ant. VII a



DUM præ-li- a-ré- tur * Mícha- el Archánge- lus cum



dra-có-ne. audí- ta est vox di-cénti- um : Sa-lus De- o



nostro. alle-lú- ia. E u o u a e.

3 Ant. VIII G

ARchánge-le Mícha-el, * consti-tu- i te prínci-pem super omnes á-nimas † su-sci-pi- éndas. *T. P.* † susci-pi- éndas, alle-lú- ia. E u o u a e.

4 Ant. t. pereg.

ANge-li Dómi-ni, * Dóminum bene-dí-ci-te in æ-térnum. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. VII C


ANge-li, Archán-ge-li, * Thro-ni et Domi-na-ti-ó-nes, Princi-pá- tus et Po- testá- tes, Vir- tú- tes cæ-ló- rum, laudá-te Dómi-num de cæ- lis, alle-lú- ia. E u o u a e.

Capitŭlum. *Apoc. 1, 1-2.*


Significávit Deus quæ opórtet fíeri cito, † loquens per Angelum suum servo suo Joánni, qui testimónium perhíbuit verbo Dei, * et testimónium Jesu Christi, quæcúmque vidit.

℟. br. VI


In conspéctu Ange- ló- rum * Psallam ti- bi De- us



me- us. ℣. Ado- rábo ad templum sanctum tu- um, et confi-



té-bor nómi-ni tu- o. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-




rí-tu- i Sancto.


Tempore Paschali.

℟. br. VI

In conspéctu Ange-ló-rum psallam ti-bi De-us me-us,



* Alle- lú- ia, alle- lú- ia. ℣. Ado-rábo ad templum sanctum




tu- um, et confi- tébor nómi- ni tu- o. ℣. Gló- ri- a Patri, et




Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Hymnus.



1 CHriste, sanctó- rum de-cus Ange-ló-rum, Rector humá-



-ni géne-ris et auctor, No- bis æ-tér- num trí-bu- e be-



nígnus Scánde-re cæ-lum.

Angelum pacis Míchael ad istam
Cælitus mitti rogitámus aulam,
Nobis ut crebro veniénte crescant
Próspera cuncta.

Angelus fortis Gábriel, ut hostem
Pellat antíquum, vólitet ab alto,
Sæpius templum véniens ad istud
Vísere nostrum.

Angelum nobis médicum salútis
Mitte de cælis Ráphael, ut omnes
Sanet ægrótos, paritérque nostros
Dírigat actus.

Hinc Dei nostri Génitrix María,
Totus et nobis chorus Angelórum
Semper assístat, simul et beáta
Cóncio tota.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
Patris ac Nati, paritérque Sancti
Spíritus, cujus réboat in omni
Glória mundo.
Amen.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Benedictus, Antiphona. VIII G 2

FActum est * si- lénti- um in cæ-lo, dum dra-co com-mitte-ret bel-lum : et Mícha- el pugná-vit cum e- o, et fe-cit victó-ri- am, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas : † concéde propítius; ut a quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, * ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum nostrum.

AD TERTIAM.

Antiphona Dum præliarétur, 1058. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

AD SEXTAM.

Antiphona Archángele Míchael, 1059.

Capitulum. *Apoc. 5, 11-12.*

AUdívi vocem Angelórum multórum in circúitu throni, et animálium, et seniórum : † et erat númerus eórum míllia míllium, * voce magna dicéntium : Salus Deo nostro.

℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini.
℟. De manu Angeli.

AD NONAM.

Antiphona Angeli, Archángeli, 1059.

Capitulum. *Apoc. 12, 7-8.*


FActum est prælium magnum in cælo : † Míchael et Angeli ejus præliabántur cum dracóne, et draco pugnábat, et ángeli ejus : * et non prævaluérunt, neque locus invéntus est eórum ámplius in cælo.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :

Psalmi de Dominica, 725; *sed, loco ultimi, dicitur Ps.* Confitébor tibi... quóniam, 731.



℣. In conspéctu Ange- ló-rum psallam ti-bi De- us me- us.



℟. Ado-rábo ad templum sanctum tu- um, et con-



fi-tébor nómi-ni tu- o.


Ad Magnificat, Antiphona. I D 2



P Rinceps glo-ri- o- síssi-me. * Mícha- el Archánge-







Deinde fit comm. S. HIERONYMI *Ecclesiæ Doctoris, ut infra.*

---

30. **S. HIERONYMI,**

PRESB., CONF. ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex majus.

Ant. O Doctor óptime... beáte Hierónyme, 665.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiæ tuæ in exponéndis sacris Scriptúris beátum Hierónymum Confessórem tuum, Doctórem máximum providére dignátus es : ✝ præsta, quǽsumus; ut ejus suffragántibus méritis, * quod ore simul et ópere dócuit, te adjuvánte exercére valeámus. Per Dóminum.

Festa Octobris.

2. SS. ANGELORUM CUSTODUM.

Duplex majus.


IN I VESPERIS.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus.


Psalmi de Dominica, 725; *sed, si II Vesp. non sint dicendæ, loco ultimi Psalmi* Laudáte púeri Dóminum, *dicitur Ps. 137.* Confitébor tibi... quóniam, 731.

℟. br. VI

A-scéndit fumus a-róma-tum * In conspéctu Dómi-ni.



℣. De manu Ange- li. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et



Spi-rí-tu- i Sancto.


Hymnus.

VII


CUstódes hómi- num psál-limus An- ge-los, Na-túræ



frá-gi- li quos Pa-ter ád- di-dit Cæ- léstis cómi- tes, insi-









Huc custos ígitur pérvigil ádvola,
Avértens pátria de tibi crédita
Tam morbos ánimi, quam requiéscere
Quidquid non sinit íncolas.

Sanctæ sit Tríadi laus pia júgiter,
Cujus perpétuo númine máchina
Triplex hæc régitur, cujus in ómnia
Regnat glória sǽcula. Amen.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.



sa-lú- tis. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. VIII G

ANgelis su-is * De-us mandá-vit de te, ut cu-stó-di-ant te in ómni-bus vi-is tu-is. E u o u a e.

2 Ant. II D

LAudémus Dómi-num, * quem laudant Ange-li, quem Ché-ru-bim et Sé-raphim Sanctus, Sanctus, Sanctus pro-clámant. E u o u a e.

3 Ant. I f

ANge-li e-ó-rum * semper vi-dent fá-ci-em Patris me-i, qui est in cæ-lis. E u o u a e.

4 Ant. V g

BEne-díctus De- us. * qui mi-sit Ange-lum su- um, et é-ru- it servos su- os, qui cre- di-dé- runt in e- um.

E u o u a e.

5 Ant. III a 2

LAudá-te De- um * omnes Ange- li e- jus, laudá-te e- um omnes Virtú-tes e- jus. E u o u a e.


Capitulum. *Exodi 23, 20-21.*

ECce ego mittam Angelum meum, † qui præcédat te, et custódiat in via, et introdúcat in locum quem parávi. * Obsérva eum, et audi vocem ejus.

℟. br. VI

STe-tit Ange- lus * Juxta a- ram templi. ℣. Habens thu-ríbu-lum áure- um in manu su- a. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Hymnus.



Adésto supplicántium
Tibi reórum cœtui :
Lucísque sub crepúsculum
Lucem novam da méntibus.

Tuúsque nobis Angelus
Signátus ad custódiam,
Hic adsit, a contágio
Qui críminum nos prótegat.

Serpéntis nobis ǽmuli
Calúmnias extérminet,
Ne rete frauduléntiæ
Incáuta nectat péctora.


Metum propéllat hóstium
Nostris procul de fínibus :
Pacem procúret cívium,
Fugétque pestiléntiam.

Deo Patri sit glória,
Qui, quos redémit Fílius,
Et Sanctus unxit Spíritus,
Per Angelos custódiat. Amen.

¶ *Hæc doxologia nunquam mutatur.*

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Ad Benedictus, Antiphona.





Oratio.

DEus, qui ineffábili providéntia sanctos Angelos tuos ad nostram custódiam míttere dignáris : + largíre supplícibus tuis; * et eórum semper protectióne deféndi, et ætérna societáte gaudére. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Laudémus Dóminum, 1067. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.

℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

AD SEXTAM.

Antiphona Angeli eórum, 1067.

Capitulum. *Exodi. 23, 21.*

NEC contemnéndum putes, † quia non dimíttet cum peccáveris : * et est nomen meum in illo.

℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini.

℟. De manu Angeli.

AD NONAM.

Antiphona Laudáte Deum, 1068.

Capitulum. *Exodi 23, 22-23.*

QUod si audíeris vocem ejus, et féceris ómnia quæ loquor, † inimícus ero inimícis tuis, et afflígam affligéntes te. * Præcedétque te Angelus meus.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.

℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :

Psalmi de Dominica, 725; *sed, loco ultimi, Ps.* Confitébor tibi... quóniam audísti, 731.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.

℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII a

S Ancti Ange-li * Cu-stódes nostri, de-féndi-te nos in prǽ-li- o, ut non per-e- á- mus in treméndo ju-dí- ci- o. E u o u a e.

4. S. FRANCISCI, CONFESSORIS.

Duplex majus.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Francísci méritis fœtu novæ prolis amplíficas : † tríbue nobis ex ejus imitatióne terréna despícere, * et cæléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti, cum comm. præcedentis.

5. SS. PLACIDI ET SOCIORUM, MARTYRUM O. N.

Duplex II Classis.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui nos multíplici Sanctórum tuórum festivitáte lætíficas : † præsta, ut quorum commemoratióne gaudémus, * præsídio muniámur. Per Dóminum.

In I Vesperis, *comm.* S. Francisci : *Ant.* Hic vir despíciens mundum, ℣. Justum, 744, *Oratio* Deus, qui Ecclésiam *ut supra.*

In II Vesperis, *fit comm.* S. Brunonis *Confessoris : Ant.* Similábo eum, ℣. Amávit, 743, *Oratio* Sancti Brunónis *ut infra.*

6. S. BRUNONIS, CONFESSORIS.

Duplex.

Oratio.

SAncti Brunónis Confessóris tui, quǽsumus Dómine, intercessiónibus adjuvémur : † ut qui majestátem tuam gráviter delinquéndo offéndimus, * ejus méritis et précibus nostrórum delictórum véniam consequámur. Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti, cum comm. præcedentis.

7. SACRATISSIMI ROSARII B. M. V.

Duplex II Classis.

IN I VESPERIS.

1 Antiphona VIII G 2


QUÆ est ista, * spe-ci- ó- sa sic-ut co- lúmba, qua- si ro- sa plantá- ta super ri- vos aquá- rum?

E u o u a e.

Psalmi ut in Festis B. M. V., 703.

2 Ant. VI F


VIrgo pot-ens * sic-ut turris David : mil-le clýpe- i



E u o u a e.


3 Ant. 1 g


Ave Ma-rí- a, * grá-ti- a plena : Dómi-nus te-cum : be-ne-dícta tu in mu-li- é-ri-bus. E u o u a e.



4 Ant. III a 2

Vi-dérunt e- am * fí- li- æ Si- on vernántem in fló-ri-bus ro-sá-rum, et be- a- tíssimam præ- di-ca-vé- runt.





Capitulum. *Eccli. 24, 25 et 39, 17.*

In me grátia omnis viæ ęt veritátis, † in me omnis spes vitæ et virtútis : * ego quasi rosa plantáta super rivos aquárum fructificávi.

℟. br. VI


Post partum Virgo * Invi- o-lá- ta permansí-sti.





Hymnus.

II





Virgo propínquam sánguine
Matrem Joánnis vísitat,
Qui clausus alvo géstiens
Adésse Christum núntiat.

Verbum, quod ante sæcula
E mente Patris pródiit,
E Matris alvo Vírginis
Mortális infans náscitur.

Templo Puéllus sístitur,
Legíque paret Légifer :
Hic se Redémptor páupere
Prét*i*o redémptus ímmolat.


Quem jam dolébat pérditum,
Mox læta Mater ínvenit
Ignóta doctis méntibus
Edisseréntem Fílium.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Regína sacratíssimi Rosárii, ora pro nobis.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

I D





cre-di- dí- sti Dómi- no : perfécta sunt in te quæ dicta sunt



ti- bi : intercé- de pro no-bis ad Dóminum De- um



nostrum. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Et fit comm. S. BRUNONIS : *Ant.* Hic vir despíciens mundum, ℣. Justum, 744, *Oratio ut supra,* 1072.


¶ *Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.*

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant.
VIII a



LÆtá-re Virgo Ma-ter, * alle- lú- ia : surré-xit Christus



de sepúlcro, al-le-lú- ia. E u o u a e.

2 Ant.
VIII a



Ascéndit De- us * in ju-bi- la- ti- ó- ne, et Dómi-



nus in vo-ce tu-bæ, alle-lú- ia. E u o u a e.

3 Ant. VIII G

SPi-ri- tus Dómi-ni * replé-vit orbem terrá-rum, al- le-lú-ia. E u o u a e.

4 Ant. VII a

ASsúmpta est * Ma-rí- a in cæ-lum : gaudent An-ge- li, laudántes be- ne- dí-cunt Dómi-num, alle- lú- ia. E u o u a e.


5 Ant. VIII G

EX-altá-ta est * Virgo Ma-rí- a super cho-ros An-ge-ló-rum : et in cá-pi-te e-jus co-róna stellá-rum du- ó-de-cim, alle-lú- ia. E u o u a e.


Capitulum. *Eccli. 24, 25 et 39, 17.*

IN me grátia omnis viæ et veritátis, † in me omnis spes vitæ et virtútis : * ego quasi rosa plantáta super rivos aquárum fructificávi.

℟. br. VI







Hymnus.

II





Visus satis mortálibus
Ascéndit ad cæléstia,
Dextræque Patris ássidet
Consors patérnæ glóriæ.

Quem jam suis promíserat,
Sanctum datúrus Spíritum,
Linguis amóris ígneis
Mæstis alúmnis ímpluit.

Solúta carnis póndere
Ad astra Virgo tóllitur,
Excépta cæli júbilo,
Et Angelórum cánticis

Bis sena cingunt sídera
Almæ Paréntis vérticem :
Thróno propínqua Fílii
Cunctis creátis ímperat.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. Et habitáre eam fecit in tabernáculo suo.

Ad Benedictus, Antiphona.

VIII G

SOlemni-tátem ho- di- érnam * sacra-tíssimi Ro-sá-ri- i Ge- nitrí-cis De- i Ma-rí- æ devó-te ce-lebrémus, ut ipsa pro no-bis intercé-dat ad Dómi-num Je-sum Chri-stum. E u o u a e.

Oratio.

DEus, cujus Unigénitus per vitam, mortem et resurrectiónem suam nobis salútis ætérnæ prǽmia comparávit : † concéde, quǽsumus; ut hæc mystéria sacratíssimo beátæ Maríæ Vírginis Rosário recoléntes, * et imitémur quod cóntinent, et quod promíttunt assequámur. Per eúmdem Dóminum.

Et fit, in Laudibus tantum, comm. SS. Sergii, Bacchi, Marcelli et Apuleii, *Mart. : Ant.* Vestri capílli, ℣. Exsultábunt, 738.

Oratio.

SAnctórum Mártyrum tuórum nos, Dómine, Sérgii, Bacchi, Marcélli et Apuléii beáta mérita prosequántur : * et tuo semper fáciant amóre ferventes. (Per Dóminum.)

Deinde, item in Laudibus tantum, comm. S. Marci *Papæ et Conf. : Ant.* Euge, ℣. Justum, 740.

Oratio.

EXáudi Dómine preces nostras : * et interveniénte beáto Marco Confessóre tuo atque Pontífice, indulgéntiam nobis tríbue placátus et pacem. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Ascéndit Deus, 1075. *Capitulum e Laudibus*.

℣. Sancta Dei Génitrix, semper Virgo María.
℟. Intercéde pro nobis ad Dóminum Deum nostrum.

AD SEXTAM.

Antiphona Spíritus Dómini, 1076.

Capitulum. *Eccli. 39, 19.*

FLoréte flores quasi lílium, † et date odórem, et frondéte in grátiam: * collaudáte cánticum, et benedícite Dóminum in opéribus suis.

℣. Post partum Virgo invioláta permansísti.
℟. Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

AD NONAM.

Antiphona Exaltáta est, 1076.

Capitulum. *Eccli. 24, 17-18.*

QUasi cedrus exaltáta sum in Líbano, † et quasi cypréssus in monte Sion: * quasi palma exaltáta sum in Cades, et quasi plantátio rosæ in Jéricho.

℣. Speciósa facta es et suávis.
℟. In delíciis tuis, sancta Dei Génitrix.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, 1072, *præter sequentia*:

Hymnus.

II

TE ge- sti- éntem gáudi- is, Te sáuci- am do- ló- ri-



bus, Te jugi amíctam gló-ri- a, O Virgo Ma-ter, pángimus.

Ave, redúndans gáudio
Dum cóncipis, dum vísitas,
Et edis, offers, ínvenis,
Mater beáta, Fílium.

Ave, dolens, et íntimo
In corde agónem, vérbera,
Spinas, crucémque Fílii
Perpéssa, princeps Mártyrum.

Ave, in triúmphis Fílii,
In ígnibus Parácliti,
In regni honóre et lúmine,
Regína fulgens glória.

Venite gentes, cárpite
Ex his rosas mystériis,
Et pulchri amóris ínclytæ
Matri corónas néctite.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Regína sacratíssimi Rosárii, ora pro nobis.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.


VIII G




B E- á-ta Ma-ter * et intácta Vir- go, glo-ri- ó- sa



Re-gí-na mun-di, sénti- ant o- mnes tu- um ju- vá-



men, qui-cúmque cé-lebrant tu- am sacra-tíssimi Ro-sá-ri- i



so- lemni- tá- tem. E u o u a e.

11. IN FESTO MATERNITATIS B. MARIÆ VIRGINIS.


Duplex II Classis.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ et Capit. de Laudibus. Psalmi de Festis B. M. V., 703.
℟. *br.* Ave María *et Hymnus* Ave maris stella, 703.

℣. Benedícta tu in muliéribus.
℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Magnificat, Antiphona. VII a




Ma-rí- æ semper Vírgi-nis ce- lebré-mus. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

¶ *Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.*

AD LAUDES ET PER HORAS.



tá-sti Cre- a-tó- rem. E u o u a e.

2 Ant. I f

GEnu- ísti * qui te fe- cit, et in æ-tér-num pér-manes Virgo. E u o u a e.

3 Ant. I f

CUM essem párvu-la, * plácu- i Altíssi-mo et de me- is viscé-ri-bus génu- i De- um et hómi-nem. E u o u a e.

4 Ant. VII c 2

BE-ne-dí- cta * fí- li- a tu a Dómi-no : qui- a per te fructum vi- tæ commu-ni-cávimus. E u o u a e.

5 Ant. VII a

VI-dé-runt e- am * fí- li- æ Si- on, et be- á- tam dixé-runt, et re-gí-næ lauda-vé-runt e- am. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 24, 12-13.*


QUI creávit me, requiévit in tabernáculo meo, † et dixit mihi : In Jacob inhábita, * et in eléctis meis mitte radíces.

℟. *br.* Ave María, 708.

Hymnus.

II





Ob pérditum nostrum genus
Primi paréntis crímine,
Ad ínclytum Matris decus
Te Rex suprémus éxtulit.


Cleménter ergo próspice
Lapsis Adámi pósteris :
A te rogátus Fílius
Depónat iram víndicem.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Germinávit radix Jesse, orta est stella ex Jacob.
℟. Virgo péperit Salvatórem, te laudámus Deus noster.


Ad Benedictus, Antiphona.


IV E











Oratio.

DEus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : † præsta supplícibus tuis; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, * ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Genuísti, 1082. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.

℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM.

Antiphona Cum essem párvula, 1082.

Capitulum. *Eccli. 24, 15-16.*

ET sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta similiter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. † Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus, * et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.

℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD NONAM.

Antiphona Vidérunt eam, 1082.

Capitulum. *Eccli. 24, 19-20.*

IN platéis sicut cinnamómum et bálsamum aromatízans odórem dedi : † quasi myrrha elécta, * dedi suavitátem odóris.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, 1081, *præter sequentia* :
℣. Benedícta tu in muliéribus.
℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. f

MAtér-ni-tas tu-a. * De- i Gé-ni-trix Virgo, gáu-di- um annunti- ávit uni-vérso mundo : ex te e-nim ortus est Sol justí- ti- æ, Christus De- us no-ster.

E u o u a e.

14. S. CALLISTI I, PAPÆ ET MARTYRIS.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte defícere : * ad amórem tuum nos misericórditer per Sanctórum tuórum exémpla restáura. Per Dóminum nostrum.

Vesp. a Capit. de sequenti, cum comm. præcedentis.

15. S. TERESIÆ, VIRGINIS.

Duplex.

IN UTRISQUE VESPERIS.

Hymnus.

VIII

REgis su-pérni núnti- a, Domum pa-térnam dé-se-ris, Terris Te-ré-sa bárba-ris Christum da-túra aut sángui-nem.

Sed te manet suávior
Mors, pœna poscit dúlcior :
Divíni amóris cúspide
In vulnus icta cóncides.

O caritátis víctima!
Tu corda nostra cóncrema,
Tibíque gentes créditas
Avérni ab igne líbera.

℣ Sit laus Patri cum Fílio,
Et Spíritu Paráclito,
Tibíque sancta Trínitas,
Nunc et per omne sǽculum.
Amen.

Oratio.

EXáudi nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátæ Terésiæ Vírginis tuæ festivitáte gaudémus; * ita cæléstis ejus doctrínæ pábulo nutriámur, et piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

In I Vesperis, *comm.* S. Callisti : *Ant.* Qui vult veníre, ℣. Justus, 737, *Oratio* Deus qui nos cónspicis *ut supra,* 1085.

AD LAUDES.

Hymnus.

VIII

HÆC est di- es qua, cándidæ Instar co-lúmbæ, cǽ- li-



Sponsíque voces áudiit :
Veni, soror, de vértice
Carméli ad Agni núptias :
Veni ad corónam glóriæ.

Te, sponse Jesu Vírginum,
Beáti adórent órdines,
Et nuptiáli cántico,
Laudent per omne sæculum.
Amen.

¶ *Hæc doxologia nunquam mutatur.*

---

18. S. LUCÆ, EVANGELISTÆ.

Duplex II Classis.

Oratio.

INtervéniat pro nobis, quǽsumus Dómine, sanctus tuus Lucas Evangelísta : † qui crucis mortificatiónem júgiter in suo córpore * pro tui nóminis honóre portávit. Per Dóminum.

---

21. *S. Hilarionis, Abbatis.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Similábo eum, ℣. Amávit, 743.

Oratio.

INtercéssio nos, quǽsumus Dómine, beáti Hilariónis Abbátis comméndet : * ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Serve bone, ℣. Justum, 743.

Dominica ultima Octobris.

IN FESTO
D. N. JESU CHRISTI REGIS


Duplex I Classis.

IN I VESPERIS.

1 Antiphona. VIII G







Psalmi de Dominica, 725.

2 Ant. VIII c






3 Ant. VII a

E Cce vir O-ri- ens * nomen e- jus : se-dé-bit et do-



4 Ant. VIII G

E Cce de-di te * in lu-cem Génti- um, ut sis sa-lus





Capitulum. *Coloss. 1, 12-13.*

FRatres : Grátias ágimus Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine : † qui erípuit nos de potestáte tenebrárum, * et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis suæ.

℟. br. VI

A F-fér-te Dómi- no, * Famí- li- æ po-pu- ló-






Vel, ad libitum, ℟. Tua est poténtia, *ad calcem Antiphonarii.*

Hymnus.







Sceléstа turba clámitat :
Regnáre Christum nólumus :
Te nos ovántes ómnium
Regem suprémum dícimus.

O Christe, Princeps Pácifer,
Mentes rebélles súbjice :
Tuóque amóre dévios
Ovíle in unum cóngrega.


Ad hoc cruénta ab árbore
Pendes apértis bráchiis :
Diráque fossum cúspide
Cor igne flagrans éxhibes.


Ad hoc in aris ábderis
Vini dapísque imágine,
Fundens salútem fíliis
Transverberáto péctore.

Te natiónum Prǽsides
Honóre tollant público,
Colant magístri, júdices,
Leges et artes éxprimant.

Submíssa regum fúlgeant
Tibi dicáta insígnia :
Mitíque sceptro pátriam
Domósque subde cívium.


Glória tibi Dómine,
Qui sceptra mundi témperas,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.





Ad Magnificat, Antiphona. 1 f







Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui in dilécto Fílio tuo, universórum Rege, ómnia instauráre voluísti : * concéde propítius; ut cunctæ famíliæ Géntium, peccáti vúlnere disgregátæ, ejus suavíssimo subdántur império. Qui tecum vivit et regnat.

Et fit Commemoratio Dominicæ occurrentis.

Tonus Hymni ad Completorium.







Doxologia Glória tibi Dómine, Qui sceptra mundi témperas, *etc.*


¶ *Sic cantantur et terminantur Hymni ad Horas.*

AD LAUDES ET PER HORAS.


1 Antiphona. II D









2 Ant. I f







3 Ant. IV A

Ex-i-bunt aquæ vivæ * de Je-rú-sa-lem; et e-rit Dómi-nus Rex super omnem ter-ram. E u o u a e.

4 Ant. VII a

Magni-fi-cá-bi-tur * usque ad términos terræ, et e-rit iste Pax. E u o u a e.

5 Ant. VI F


Gens et regnum * quod non servi-e-rit ti-bi, per-í-bit; et Gen-tes so-li-tú-di-ne vasta-búntur. E u o u a e.


Capitulum. *Coloss. 1, 12-13.*

Fratres : Grátias ágimus Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine : † qui erípuit nos de potestáte tenebrárum, * et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis suæ.

℟. br. VI

Data est mi-hi * Omnis pot-éstas. ℣. In cæ-lo






Hymnus.







Non ille regna cládibus,
Non vi metúque súbdidit :
Alto levátus stípite,
Amóre traxit ómnia.

O ter beáta cívitas
Cui rite Christus ímperat,
Quæ jussa pergit éxsequi
Edícta mundo cǽlitus!

Non arma flagrant ímpia,
Pax usque firmat fœ́dera,
Arrídet et concórdia,
Tutus stat ordo cívicus.

Servat fides connúbia,
Juvénta pubet íntegra,
Pudíca florent límina
Doméstícis virtútibus.

Optáta nobis spléndeat
Lux ista, Rex dulcíssime :
Te, pace adépta cándida,
Adóret orbis súbditus.

Glória tibi, Dómine,
Qui sceptra mundi témperas,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Multiplicábitur ejus impérium.
℟. Et pacis non erit finis.

Ad Benedictus, Antiphona. V a

FEcit nos Deo * et Patri suo regnum, primogénitus mortuórum, et Princeps regum terræ, allelúia.

E u o u a e.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui in dilécto Fílio tuo, universórum Rege, ómnia instauráre voluísti : † concéde propítius; ut cunctæ famíliæ Géntium, peccáti vúlnere disgregátæ, * ejus suavíssimo subdántur império. Qui tecum vivit et regnat.

Commemoratio Dominicæ occurrentis.

AD TERTIAM.

Hymnus.

IV

NUnc Sancte nobis Spíritus, Unum Patri cum Fílio, Dignáre promptus íngeri Nostro refúsus péctori.

Doxologia Glória tibi Dómine, Qui sceptra mundi témperas.

Ant. Dedit ei Dóminus, 1092. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Afférte Dómino, famíliæ populórum.
℟. Affférte Dómino glóriam et impérium.

AD SEXTAM.

Antiphona Exíbunt aquæ vivæ, 1093.

Capitulum. *Coloss. 1, 16-17.*

OMnia per ipsum et in ipso creáta sunt, et ipse est ante omnes, et ómnia in ipso constant. † Et ipse est caput córporis Ecclésiæ, qui est princípium, primogénitus ex mórtuis, * ut sit in ómnibus ipse primátum tenens.

℣. Adorábunt eum omnes reges terræ.
℟. Omnes gentes sérvient ei.

AD NONAM.

Antiphona Gens et regnum, 1093.


Capitulum. *Coloss. 1, 19-20.*

IN ipso complácuit omnem plenitúdinem inhabitáre, et per eum reconciliáre ómnia in ipsum, † pacíficans per sánguinem crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt, * in Christo Jesu Dómino nostro.

℣. Multiplicábitur ejus impérium.
℟. Et pacis non erit finis.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :



℣. Multipli- cá-bi-tur e-jus impé-ri- um.




℟. Et pa-cis non e-rit fi-nis.

Ad Magnificat, Antiphona. VII a




HAbet in vestiménto * et in fémo- re su- o



scriptum : Rex re- gum, et Dóminus domi-nánti- um. Ipsi



gló- ri- a et impé- ri- um in sǽcu-la sæ-cu- ló- rum.



E u o u a e.

Et fit commemoratio Dominicæ occurrentis.

¶ *Si die sequenti celebretur Festum Omnium Sanctorum, tunc Vesperæ dicuntur de eodem Festo cum commemoratione præcedentis ac Dominicæ, et Hymnus* Christe Redémptor *cantatur in tono suo proprio, cum doxologia* Glória tibi Dómine, Qui sceptra mundi témperas. *Ad Completorium vero resumitur tonus Festi D. N. J.-C. Regis,* 1091.

25. *SS. Chrysanthi et Dariæ, Martyrum.*

Memoria.

Ad Vesperas, *Ant.* Istórum est enim, ℣. Lætámini, 738.

Oratio.

BEatórum Mártyrum tuórum Dómine Chrysánthi et Daríæ, quǽsumus, adsit nobis orátio : * ut quos venerámur obséquio, eórum pium júgiter experiámur auxílium. Per Dóminum.

Ad Laudes, *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

27. IN VIGILIA SS. SIMONIS ET JUDÆ, APOST.

Oratio.

Concéde, quǽsumus omnípotens Deus : † ut sicut Apostolórum tuórum Simónis et Judæ gloriósa natalítia prævenímus; * sic ad tua benefícia promeréndа, majestátem tuam pro nobis ipsi prævéniant. Per Dóminum.

28. SS. SIMONIS ET JUDÆ, APOSTOLORUM.

Duplex II Classis.

Oratio.

Deus, qui nos per beátos Apóstolos tuos Simónem et Judam ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti : † da nobis eórum glóriam sempitérnam et proficiéndo celebráre, * et celebrándo profícere. Per Dóminum.

31. IN VIGILIA OMNIUM SANCTORUM.

Oratio.

Dómine Deus noster, multíplica super nos grátiam tuam : † et quorum prævenímus gloriósa solémnia, * tríbue súbsequi in sancta professióne lætítiam. Per Dóminum.

Ad Laudes, non fit Suffragium de Omnibus Sanctis.

Festa Novembris.

Die 1 Novembris.

IN FESTO
OMNIUM SANCTORUM


Duplex I Classis cum Octava communi.

IN I VESPERIS.


Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.

Responsorium breve. VI










rí- tu- i Sancto.


Vel, ad libitum, ℟. Vidi Dóminum, *ad calcem Antiphonarii.*

Tonus simplex pro diebus infra Octavam.


℟. br. VI



EXsúl-tent justi * In conspéctu De- i. ℣. Et de-le-




cténtur in læ-tí-ti- a. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-




rí-tu- i Sancto.

Hymnus.


VIII



CHri- ste Red-émptor ómni- um, Consérva tu- os fá-



mu- los, Be- á- tæ semper Vírgi- nis Pla-cá- tus sanctis



pré- ci-bus.

Beáta quoque ágmina
Cæléstium spiríttuum,
Prætérita, præséntia,
Futúra mala péllite.


Vates ætérni Júdicis,
Apostolíque Dómini,
Supplíciter expóscimus
Salvári vestris précibus.

Mártyres Dei ínclyti,
Confessoréque lúcidi,
Vestris oratiónibus
Nos ferte in cæléstibus.

Chori sanctárum Vírginum,
Monachorúmque ómnium,
Simul cum Sanctis ómnibus
Consórtes Christi fácite.

Gentem auférte pérfidam
Credéntium de fínibus,
Ut Christo laudes débitas
Persolvámus alácriter.

¶ Glória Patri ingénito,
Ejúsque Unigénito,
Una cum Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.



℣. Lætámi-ni in Dómi-no, et exsultá-te justi.




℟. Et glo-ri- ámi-ni omnes re-cti corde.

Ad Magnificat, Antiphona. I D*



ANge-li, Archánge-li, * Thro- ni et Do-mi-na-



ti- ó-nes, Princi-pá-tus et Po- te-stá- tes, Vir- tú- tes : Ché-



ru-bim atque Sé- ra- phim : Patri- árchae et Pro-phé- tæ :

sancti le-gis Doctó- res, Apó-sto- li omnes : Chri-sti Már-

ty-res, sancti Con-fessó- res, Virgi-nes Dó-mi-ni, A- na-

cho- rí- tæ, Sancti-que o- mnes, intercé-

di- te pro no- bis. E u o u a e.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári : * quǽsumus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis intercessóribus largiáris. Per Dóminum.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Antiphona. 1 f

VIDI turbam magnam, * quam dinume-rá-re

nemo pó-te-rat, ex ómni-bus génti-bus, stantes ante thro-

num. E u o u a e.

2 Ant. I f

ET omnes Ange-li * stabant in circú- i-tu thro-ni,

et ce-ci-dé-runt in conspéctu thro- ni in fá-ci- es su- as,

et ado-ravé-runt De- um. E u o u a e.

3 Ant. VIII G

REde-mí-sti nos, * Dómi-ne De- us, in sángui-ne

tu- o, ex o- mni tri- bu, et lingua, et pópu-lo, et na-

ti- ó- ne : et fe-císti nos De- o nostro regnum. E u o u a e.


4 Ant. VIII G

BEne-dí-ci-te Dó- mi-num, * omnes e- lécti e- jus : ági-



5 Ant. VIII G







Capitulum. *Apoc. 7, 2-3.*

ECce ego Joánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem signum Dei vivi : † et clamávit voce magna quátuor Angelis quibus datum est nocére terræ et mari, dicens : Nolíte nocére terræ et mari, neque arbóribus, * quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eórum.

℟. br. VI







Hymnus.

VIII

JE- su salvá-tor sǽ-cu-li, Red- émptis o-pe súbve-ni : Et pi- a De- i Gé-nitrix, Sa-lú- tem posce mí- se-ris.

Cœtus omnes Angélici,
Patriarchárum cúnei,
Et Prophetárum mérita
Nobis precéntur véniam.

Baptísta Christi prǽvius,
Et Cláviger æthéreus,
Cum céteris Apóstolis,
Nos solvant nexu críminis.

Chorus sacrátus Mártyrum,
Conféssio Sacerdótum,
Et virginális cástitas
Nos a peccátis ábluant.

Monachórum suffrágia,
Omnésque cives cǽlici
Annuant votis súpplicum,
Et vitæ poscant prǽmium.


Laus, honor, virtus, glória
Deo Patri, et Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sǽcula. Amen.


℣. Exsultábunt sancti in gló-ri- a.


℟. Lætabúntur in cubí- li-bus su- is.


Ad Benedictus, Antiphona. VII a

TE glo- ri- ó- sus * Aposto- ló- rum cho-rus, te









Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári : † quǽsumus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, * multiplicátis intercessóribus largiáris. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Et omnes Angeli, 1103. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

AD SEXTAM.

Antiphona Redemísti nos, 1103.

Capitulum. *Apoc. 7, 9.*

Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumeráre nemo póterat, ex ómnibus géntibus, et tribubus, et pópulis, et linguis, † stantes ante thronum Dei, in conspéctu Agni, amícti stolis albis, * et palmæ in mánibus eórum.

℣. Exsúltent justi in conspéctu Dei.
℟. Et delecténtur in lætítia.

AD NONAM.

Antiphona Hymnus ómnibus, 1104.

Capitulum. *Apoc.* 7, 12.

Benedíctio, et cláritas, et sapiéntia, et gratiárum áctio, † honor, et virtus, et fortitúdo Deo nostro, * in sǽcula sæculórum. Amen.

℣. Justi autem in perpétuum vivent.
℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :

Psalmi ut in Communi Plurimorum Martyrum : Dixit Dóminus, 725; Beátus vir, 726; Laudáte púeri, 727; Crédidi, 728.

℣. *ut supra ad Laudes :*

℣. Exsultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magnificat, Antiphona. VI F

O quam glo-ri- ó-sum est regnum, * in quo cum Chri-sto gaudent omnes Sancti! a-mícti sto-lis al-bis, se-quúntur A- gnum quo- cúmque i- e-rit.

E u o u a e.

Post Vesperas diei, dicto Benedicámus Dómino, *absolute incipiuntur Vesperæ Defunctorum sub ritu duplici,* 1150. *Omittitur Psalmus* Lauda ánima mea, *et dicitur Oratio* Fidélium *ut infra.*

¶ *Si tamen hodie fuerit Sabbatum, in II Vesperis Omnium Sanctorum fit commemoratio Dominicæ, de qua, die sequenti, fit Officium cum commemoratione Octavæ, et Officium Defunctorum transfertur in sequentem Feriam II, ita ut post Vesperas Dominicæ dicantur Vesperæ Defunctorum.*

¶ *Infra Octavam, Officium fit ut in Festo.* ℣. *autem ad Laudes et Vesperas cantatur in tono communi.*

Die 2 Novembris.

INFRA OCTAVAM OMNIUM SANCTORUM.

Semiduplex.

Ad Laudes et per Horas omnia ut in Festo, 1102.

In Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum.

Duplex.

Post Laudes diei, dicto Benedicámus Dómino, *persolvuntur sub ritu duplici Matutinum et Laudes Defunctorum. In Laudibus, omittitur Psalmus* De profúndis, *et dicitur Oratio sequens :*

Oratio.

Fidélium Deus ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, * piis supplicatiónibus consequántur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

¶ *Ubi vero in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum unum Officium dicitur, omnia ut infra.*

Ubi unum Officium dicitur.

Die 2 Novembris.

IN COMMEMORATIONE
OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM.

Duplex.

AD VESPERAS.

Post Vesperas præcedentis diei, dicuntur sub ritu duplici Vesperæ Defunctorum, ut in Communi Officio Defunctorum, sed omittitur Psalmus Lauda ánima mea; *Oratio* Fidélium *ut supra.*

AD COMPLETORIUM.

Non dicitur Jube domne, *nec Lectio brevis, neque* ℣. Adjutórium nostrum, *neque Oratio Dominica; sed, facta Confessione et Absolutione, statim incipitur a Psalmis consuetis, qui cantantur in tono in directum; et in fine cujuslibet Psalmi dicitur :*

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.
Et lux perpétua * lúceat eis.

Expletis Psalmis, statim subjungitur sub eodem cantu Canticum Nunc dimíttis.

Canticum Simeonis. *Luc. 2. 29-32.*

NUnc dimíttis servum tuum Dómine, * secúndum verbum tuum in pace :

Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum :

Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum :

Lumen ad revelatiónem géntium, * et glóriam plebis tuæ Israel.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Absoluto autem Cantico, dicitur flexis genibus :

Pater noster *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum.
℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

PRopitiáre, quǽsumus Dómine, animábus ómnium famulórum famularúmque tuárum, pro quibus majestátem tuam supplíciter exorámus : † ut per hæc piæ deprecatiónis officia, * perveníre mereántur ad réquiem sempitérnam. Per Dóminum.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat eis.
℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

Et ita absolvitur Completorium, neque aliud adjungitur.

AD LAUDES.

Omnia dicuntur ut in Communi Defunctorum Officio, 1161, *cum Oratione* Fidélium Deus ómnium, *ut supra,* 1108, *sed omittitur Ps.* De profúndis.

AD PRIMAM.

Dictis secreto Pater noster, Ave María, *et* Credo, *absolute incipitur a Psalmis, qui erunt tres consueti de Feria currenti ut in Psalterio; atque in fine cujuslibet Psalmi dicitur* Réquiem ætérnam.

Expletis Psalmis, dicitur flexis genibus :

Pater noster *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum.
℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

SUpplices, Dómine, pro animábus ómnium famulórum famularúmque tuárum preces effúndimus : † ut quidquid conversatióne contraxérunt humána, clemens indúlgeas : * et pœnis eórum finem benígnus impónas. Per Dóminum nostrum.

Deinde in Choro legitur Martyrologium, et ante omnia dicitur :

HAC die Commemorátio Omnium Fidélium Defunctórum : in qua commúnis pia Mater Ecclésia, postquam univérsos fílios suos, jam in cælo lætántes, cóngruis stúduit celebráre præcóniis; mox et omnes adhuc in Purgatório geméntes, válidis apud Dóminum et Sponsum Christum sátagit suffrágiis adjuváre, ut quam cítius váleant ad societátem supernórum cívium perveníre.

Postea dicitur : Tertio (*vel* pridie) Nonas Novembris. Luna... *et continuatur lectio usque ad finem, more solito.*

Deinde, etiam extra Chorum, licet omissa fuerit lectio Martyrologii, subjungitur :

℣. In memória ætérna erunt justi.
℟. Ab auditióne mala non timébunt.

Orémus. *Oratio.*

DEus, véniæ largítor et humánæ salútis amátor : † quǽsumus cleméntiam tuam; ut ánimas ómnium fidélium qui ex hoc sǽculo transiérunt, * beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat eis.
℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

Et ita absolvitur Prima, neque aliud adjungitur.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Dicto secreto Pater noster *et* Ave María, *absolute incipitur a Psalmis, qui erunt de Feria currenti ut in Psalterio; atque in fine cujuslibet Psalmi dicitur* Réquiem ætérnam.

Expletis Psalmis, dicitur flexis genibus :
Pater noster *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum.
℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

FIdélium Deus ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, * piis supplicatiónibus consequántur. Qui vivis et regnas cum Deo.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat eis.
℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

Et ita absolvitur Tertia, Sexta et Nona, neque aliud adjungitur.

¶ *Post Nonam, celebrata Missa, terminatur Officium Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum, et Vesperæ dicuntur de sequenti Officio, ut in I Vesperis Festi.*

---

3. INFRA OCTAVAM OMNIUM SANCTORUM.

Semiduplex.

Vesp. de Octava, cum comm. S. CAROLI *Episc. et Conf. : Ant.* Sacérdos et Póntifex, ℣. Amávit, 739, *Oratio ut infra.*

---

4. INFRA OCTAVAM OMNIUM SANCTORUM.

Semiduplex.

In Laudibus, *comm.* S. CAROLI : *Ant.* Euge, ℣. Justum, 740.

Oratio.

ECclésiam tuam, Dómine, sancti Cároli Confessóris tui atque Pontíficis contínua protectióne custódi : * ut sicut illum pastorális sollicitúdo gloriósum réddidit ; ita nos ejus intercéssio in tuo semper fáciat amóre fervéntes. Per Dóminum.

5-6-7. INFRA OCT. OMNIUM SANCTORUM.

Semiduplex.

Die 7, Vesp. de sequenti die Octava, ut in I Vesp. Festi, cum comm. ut infra.

---

8. OCTAVA OMNIUM SANCTORUM.

Duplex majus.

In I Vesperis, *fit comm.* SS. QUATUOR CORONATORUM *Martyrum : Ant.* Istórum est enim, ℣. Exsultábunt, 738.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : * ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

In Laudibus, *comm.* SS. QUATUOR CORONATORUM : *Ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Lætámini, 738.

Vesp. de sequenti, cum comm. præcedentis tantum.

---

9. IN DEDICATIONE ARCHIBASILICÆ SS. SALVATORIS.

Duplex II Classis.

Omnia ut in Communi Dedicationis Ecclesiæ, 692.

In I Vesperis, *fit comm. diei Octavæ Omnium Sanctorum : Ant.* O quam gloriósum est regnum, ℣. Exsultábunt, 1107. *Oratio* Omnípotens, 1102.

In Laudibus *tantum, comm.* S. THEODORI *Martyris : Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Theodóri Mártyris tui confessióne gloriósa circúmdas et prótegis : * præsta nobis ex ejus imitatióne profícere, et oratióne fulcíri. Per Dóminum.

11. # S. MARTINI, EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Duplex majus.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.

Capitulum et ℟. *br. de Communi,* 654. *Hymnus* Iste Confessor, 656.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.

℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.

II D

O be-á-tum vi-rum! * cu-jus á-ni-ma pa-ra-dí-sum póssidet : unde exsúltant Ange-li, læ-tán-tur Archánge-li : cho- rus Sanctó-rum pro-clámat, turba Vírgi-num in-ví- tat : Mane no-bíscum in æ- térnum. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Et fit comm. S. Mennæ *Mart : Ant.* Iste Sanctus, ℣. Glória, 736.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus, * ut qui beáti Mennæ Mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. VII a

Dixérunt discípuli * ad beátum Martínum : Cur nos, pater, déseris? aut cui nos desolátos relínquis? Invádent enim gregem tuum lupi rapáces.

E u o u a e.

2 Ant. VII c

Dómine, * si adhuc pópulo tuo sum necessárius, non recúso labórem : fiat volúntas tua.

E u o u a e.

3 Ant. VIII G

O virum ineffábilem! * nec labóre victum,



nec morte vincéndum : qui nec mo- ri tímu- it, nec víve-



re re-cu-sá- vit. E u o u a e.

4 Ant. VII a




O - cu- lis ac má-nibus * in cæ-lum semper intέntus,



invíctum ab o-ra-ti- ó- ne spí-ri-tum non re-laxá- bat,

allε- lú- ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

5 Ant. VIII G



MArtí-nus * Abrahæ si-nu lætus excí-pi-tur : Mar-



ti-nus hic pauper et mó-di-cus, cæ- lum dives ingré-di-tur :

hymnis cæ-lésti-bus hono-rá- tur. E u o u a e.

Capitulum, ℟. *breve et Hymnus de Communi,* 659.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.

℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona O beátum virum, *ut in I Vesperis.*

Oratio.

DEus, qui cónspicis quia ex nulla nostra virtúte subsístimus : † concéde propítius; ut intercessióne beáti Martíni Confessóris tui atque Pontíficis, * contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

Deinde comm. S. MENNÆ *Martyris : Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737. *Oratio* Præsta quǽsumus, *ut supra,* 1114.

AD TERTIAM.

Antiphona Dómine, 1115.

Capitulum. *Eccli. 44, 16-17.*

ECce sacérdos magnus, † qui in diébus suis plácuit Deo et invéntus est justus : * et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

AD SEXTAM.

Antiphona O virum ineffábilem, 1115.

Capitulum. *Eccli. 44, 20.*

NON est invéntus símilis illi, † qui conserváret legem Excélsi : * ídeo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam.

℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi.
℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

AD NONAM.

Antiphona Martínus, 1116.

Capitulum. *Eccli. 45, 19-20.*

FUngi sacerdótio, † et habére laudem in nómine ipsíus, * et offérre illi incénsum dignum in odórem suavitátis.

℣. Tu es sacérdos in ætérnum.
℟. Secúndum órdinem Melchísedech.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi ut in II Vesperis de Communi: Dixit Dóminus, 725; Beátus vir, 726; Laudáte púeri, 727; Meménto, 729.

Capitulum et ℟. *br. de Communi,* 654. *Hymnus* Iste Conféssor, 656.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnificat, Antiphona.

1 D

O be- á-tum Pontí- fi-cem! * qui to- tis viscé- ri- bus di- li-gé- bat Christum Re- gem, et non formi-dábat im- pé- ri- i princi- pá- tum: O sanctís-sima á-nima! quam etsi glá-di- us perse-cu-tó- ris non ábstu- lit, palmam tamen martý-ri- i non a-mí- sit. E u o u a e.

Die 13 Novembris.

IN FESTO
OMNIUM SANCTORUM
ORDINIS SS. P. N. BENEDICTI.

Duplex II Classis.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica, 725.

Capitulum. *Isaiæ. 8, 18.*

ECce ego, et púeri mei, quos dedit mihi Dóminus in signum, † et in porténtum Israel a Dómino exercituum, * qui hábitat in monte Sion.

℟. *br.* Exsúltent justi, *de Communi Plurim. Martyrum,* 645.

Hymnus. VIII

A- VETE, so- li- tú-di-nis Claustríque mi- tes ín-co- læ, Qui per- tu- lí-stis ímpi- os Cœ- tus fu-rén-tis tár-ta-ri.

Gemmas et auri póndera,
Et dignitátum cúlmina
Calcástis, et fœdíssima
Quæ mundus offert gáudia.

Vobis olus cibária
Fuére, vel legúmina,
Potúmque lympha præbuit,
Humúsque dura léctulum.

Vixístis inter áspides,
Sævísque cum dracónibus,
Porténta nec tetérrima
Vos terruére dǽmonum.

Rebus procul mortálibus
Mens avolábat férvida,
Divúmque juncta cœ́tui,
Hærébat inter sídera.


Summo Paréntí cǽlitum,
Magnǽque Proli Vírginis,
Sancto simul Paráclito,
Sit summa laus et glória. Amen.

¶ *Hæc doxologia nunquam mutatur.*

℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 D*

E Xsúltet ómni- um * tur- ba fi- dé-li- um pro gló- ri- a almi Patris Be-ne- dí-cti, et e- ó-rum ómni- um qui e-jus vestí-gi- a sunt secú- ti : læ- téntur præ- cí- pu- e ca-térvæ mo-nachó- rum, ce-lebrántes e- ó-rum fe-





Oratio.

COncéde, quǽsumus omnípotens Deus, ut ad melióre vitam sanctórum Monachórum exémpla nos próvocent : * quátenus quorum solémnia ágimus, étiam actus imitémur. Per Dóminum.

AD LAUDES ET PER HORAS.


1 Antiphona. II D







e- jé-ce-rint nomen vestrum tamquam ma- lum propter Fi-



li- um hómi-nis : gaudé- te, et exsultá-te : ecce e-nim



merces vestra multa est in cæ- lis. E u o u a e.

3 Ant.
VI F

GAudent in cæ- lis * á-nimæ Sanctó-rum, qui



Chri- sti vestí- gi- a sunt se- cú- ti : et qui- a pro e-jus



amó- re sæcu- lum spre- vé- runt, íd-e- o cum Chri-sto



exsúltant si-ne fi- ne. E u o u a e.

4 Ant.
t. pereg.

SAncti Dómi- ni * Dómi-num bene- dí- ci- te in

æ-térnum. E u o u a e.

5 Ant. VI F

O quam glo-ri- ó-sum est regnum * in quo cum Chri-sto gaudent omnes sancti! a-mícti sto-lis al-bis, se-quúntur A- gnum quo- cúmque í- e-rit. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiæ 8, 18.*

Ecce ego, et púeri mei, quos dedit mihi Dóminus in signum, † et in porténtum Israel a Dómino exercítuum, * qui hábitat in monte Sion.

℟. *br.* Lætámini, *de Communi Plurim. Martyrum,* 649.

Hymnus.

VIII

Salvéte, cedri Líbani, Plantæ viréntes Ordinis, Quæ prata nunc cæléstia Implétis almo gérmine.

Vos Trinitátis glória
Ætérna circumpléctitur :
Vos aura Matris Vírginis
Mulcet piis favóniis.

Vos Angelórum cúriæ
Cingunt choréa pérpetim,
Et írrigant puríssimi
Æternitátis rívuli.

O ínclytæ propágines,
Vestros juváte fílios :
In valle mæsta débiles
Nos roboráte súrculos.

Sit laus Patri, cum Fílio,
Simúlque dulci Flámini,
Læti quibúscum vívitis
In sempitérno lúmine. Amen.

¶ *Hæc doxologia nunquam mutatur.*

¶ *Ubi ad Matutinum dictus est Hymnus* Jesu Salvátor sǽculi, *ad Laudes dicitur Hymnus* Rex glorióse Mártyrum, *ut in Communi,* 649.

℣. Exsultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Benedictus, Antiphona. 1 g

VOS qui re-liquístis ómni- a, * et secú- ti estis me, céntuplum acci-pi- é- tis, et vi- tam ætér-nam possi-dé-bi-tis. E u o u a e.

Oratio.

COncéde, quǽsumus omnípotens Deus, ut ad meliórem vitam sanctórum Monachórum exémpla nos provocent : † quátenus quorum solémnia ágimus, * étiam actus imitémur. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Beáti éritis, 1121. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

AD SEXTAM.

Antiphona Gaudent in cælis, 1122.

Capitulum. *Eccli. 44, 7.*

OMnes isti in generatiónibus gentis suæ glóriam adépti sunt, * et in diébus suis habéntur in láudibus.

℣. Exsúltent justi in conspéctu Dei.
℟. Et delectèntur in lætítia.

AD NONAM.

Antiphona O quam gloriósum est regnum, 1123.

Capitulum. *Eccli. 44, 13.*

FIlii eórum propter illos usque in ætérnum manent : * semen eórum et glória eórum non derelinquétur.

℣. Justi autem in perpétuum vivent.
℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Communi Plurim. Martyrum : Dixit Dóminus, 725; Beátus vir, 726; Laudáte púeri, 727; Crédidi, 728.


Capitulum, ℟. breve et Hymnus ut in I Vesperis.

℣. Exsultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magnificat, Antiphona. 1 f

IN re- gene-ra-ti- ó-ne, * cum sé-de-rit Fí- li- us hómi- nis in se-de ma- je- stá- tis su- æ, se- dé-bi-tis





Post Vesp. diei, dicto Benedicámus Dómino, *absolute incipiuntur, pro Defunctis O. N., Vesperæ Defunctorum sub ritu duplici,* 1150. *Omittitur Ps.* Lauda ánima mea, *et dicitur Oratio* Deus véniæ largítor *ut infra.*

¶ *Si vero crastina die occurrat Dominica vel Festum de præcepto, vel aliquod Festum Duplex I aut II Classis, Officium Commemorationis omnium Defunct. Ordinis nostri transfertur in diem sequentem similiter non impeditam.*

Die 14 Novembris.

Hac die dicitur Officium de occurrente Feria (vel Festo); ac præterea Officium Defunctorum pro omnibus Defunctis Ordinis nostri.

In Commemoratione Omnium Defunctorum Ordinis nostri.

Duplex.

Post Laudes diei, dicto ℣. Benedicámus Dómino, *absolute incipiuntur Matutinum et Laudes Defunctorum. In Laudibus omittitur Ps.* De profúndis, *et dicitur Oratio sequens :*

Oratio.

DEus, véniæ largítor et humánæ salútis amátor : † quǽsumus cleméntiam tuam; ut nostræ Congregatiónis Fratres, qui ex hoc sǽculo transiérunt, * beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti.

15. S. ALBERTI MAGNI,

EPISC., CONF. ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex.

Antiphona O Doctor... beáte Albérte, 665.

Oratio.

DEus, qui beátum Albértum Pontíficem tuum atque Doctórem. in humána sapiéntia divínæ fídei subjiciénda magnum effecísti : † da nobis, quǽsumus, ita ejus magistérii inhǽrere vestígiis, * ut luce perfécta fruámur in cælis. Per Dóminum.

17. S. GERTRUDIS MAGNÆ,

VIRGINIS O. N.

Duplex II Classis.

IN I VESPERIS.

1 Antiphona. 1 f

IN corde Gertrúdis * inve- ni- é- tis me, di-cit Dómi-nus : compláce- it si- bi in il- la á-nima me- a.

E u o u a e.

Ps. Dixit Dóminus, 725.

2 Ant. II D

SAnctíssima * Chri-sti sponsa di-lé-cto su- o jú-gi-ter adhæré- bat, et u-nus cum il- lo spí-ri- tus e- rat.

E u o u a e.

Ps. Laudáte púeri. 727.


3 Ant. III a 2

QUam pulchra es Gertrú-dis, * et quam de-có- ra in de- lí-ci- is! in qua ju-cúndam si- bi De- us ha-bi-ta-ti- ó-nem præpa- rá- vit. E u o u a e.

Ps. Lætátus sum, 730.

4 Ant. VIII G

VI-vo autem ego, * jam non e- go, vi-vit ve-ro in me Chri-stus: ego e-nim stígma-ta Dómi-ni Je-su in cor-




Ps. Nisi Dóminus, 731.

Capitulum. *Cant. 3, 4.*

INvéni quem díligit ánima mea : † ténui eum, nec dimíttam, donec introdúcam illum in domum matris meæ, * et in cubículum genitrícis meæ.

℟. *br.* Adjuvábit eam, *de Communi Virginum,* 676.

Hymnus.



Quadríma Christo núbilis
In claustra prompte cónvolas;
Spretóque nutrícis sinu,
Sponsi requíris óscula.

Candéntis instar lílii
Odóre mulces sídera,
Et virgináli cælitum
Regem decóre pértrahis.

Qui vivit in sinu Patris
Cinctus perénni glória,
Amánter, ut sponsus, tua
Recúmbit inter úbera.

Amóre Christum vúlneras,
Hic te vicíssim vúlnerat,
Tuóque cordi própria
Inúrit alte stígmata.

O singuláris cáritas,
Et mira commutátio!
Hic corde respírat tuo,
Tu vivis hujus spíritu.

Te sponse Jesu vírginum
Beáta laudent ágmina :
Patri, simul Paráclito,
Par sit per ævum glória. Amen.

* *Hæc doxologia nunquam mutatur.*

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

Ad Magnificat, Antiphona.

1 g

E-gre-di-mi-ni * et vi-dé-te, fí-li- æ Si- on, Gertrú-dem in di- adéma-te quo co-roná-vit il-lam Chri-stus in di- e desponsa-ti- ó-nis il-lí- us, et in di- e læ-tí-ti- æ cordis e- jus. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant. 1 a 2

L Au-da * et lætá-re, fí-li- a Si- on, qui- a ecce e-go vé-ni- o, et ha-bi-tá- bo in mé-di- o tu- i, di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

2 Ant.
IV E


O be-á-ta á-ni-ma, * quæ mé-ru- it esse sedes sa-pi- énti- æ, cu-jus de-lí-ci- æ sunt esse cum fí- li- is hóminum! E u o u a e.

3 Ant.
VII c

A Nnu-lis septem subarrhá-vit me * Dómi-nus me- us Je-sus Chri-stus, et tamquam sponsam de-co-rá- vit me co- ró-na. E u o u a e.

4 Ant.
I g


H Abu- it Gertrú-dis * pot- e-stá- tem cláude-re cæ-lum nú-bi- bus, et ape-rí-re portas e- jus : qui- a lingua



5 Ant. 1 f








Capitulum. *Cant. 3, 4.*


INvéni quem díligit ánima mea : † ténui eum, nec dimíttam, donec introdúcam illum in domum matris meæ, * et in cubículum genitrícis meæ.

℟. *br.* Spécie tua, *de Communi Virginum,* 680.

Hymnus.

II







Ægra cum languet, maniféstus adstat
Cælitum turma comitánte Christus,
Atque divíni récreat jacéntem
Lúmine vultus.

Surge, conclámat, soror atque sponsa,
En tibi pando penetrále cordis,
Ut triumpháli reseráta scandas
Sídera curru.

Ista vox omnes pénetrat medúllas
Atque compáges ánimi resólvit:
Spíritus liber volat in reclúsa
Víscera Christi.

Régios Agni thálamos petén-tem
Júbilans stipat súperum coróna,
Atque compléxus et amíca cantat
Oscula Sponsi.

Vírginum Sponsum, superúmque Regem
Vírginum sanctæ célebrent choréæ,
Et sacram supplex Tríadem per ævum
Orbis adóret. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona.

IV E

O dignissima * Christi sponsa! quam lux prophe-tí- æ illustrá- vit, ze-lus a-postó- li-cus inflammá-vit, láu-re- a vírgi-num co-ro-ná-vit, di-ví-ni amó- ris incéndi- um consummá- vit. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui in puríssimo corde beátæ Gertrúdis Vírginis tuæ jucúndam tibi habitatiónem præparásti : † ejus méritis et intercessióne, cordis nostri máculas cleménter abstérge; * ut digna divínæ majestátis tuæ habitátio éffici mereátur. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona O beáta ánima, 1131. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM.

Antiphona Annulis septem subarrhávit me, 1131.

Capitulum. *Cant. 8, 6.*

POne me ut signáculum super cor tuum, † ut signáculum super bráchium tuum : * quia fortis est ut mors diléctio.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD NONAM.

Antiphona Ancílla fidélis, 1132.

Capitulum. *Cant. 2, 13-14.*

SUrge amíca mea, speciósa mea, et veni : † colúmba mea in foramínibus petræ, in cavérna macériæ, osténde mihi fáciem tuam, sonet vox tua in áuribus meis : * vox enim tua dulcis, et fácies tua decóra.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

IN II VESPERIS.

1 Ant. VIII G

CAsta co-lúmba * ni-dí- fi-cans in cavérna ma-cé-ri- æ sacri lá-te-ris Je-su Chri-sti, mel su- a-víssi-mum de pe-tra sugé- bat. E u o u a e.


Psalmi de Communi Virginum, ut in I Vesperis, 1127.

2 Ant. IV E

LOque-bá-tur Christus * ad di-léctam Gertrú-dem fá-ci- e ad fá-ci- em, sic-ut so-let loqui homo ad a-mí-cum su- um. E u o u a e.

3 Ant. VII a

BE- á-tæ Gertrú-dis verba * di-ví- ni e-rant amó- ris



já-cu-la : lámpa-des e-jus, lámpa-des ignis atque flam-




má-rum. E u o u a e.

4 Ant. VI F



DI-léctæ á-nimam * e cárce-re córpo-ris ex-e-ún-

tem accé- pit Christus in ulnas su- as, et cor su- um



il-li amánter a- pé-ru- it. E u o u a e.

Capitulum, ℟. breve et Hymnus ut in I Vesperis, 1129.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.


Ad Magnificat, Antiphona.

IV E 2

APpa- ru- é-runt * cæ-léstes spí-ri- tus de cæ-lo de-scen-



déntes ad ter-ram, qui Gertrú-dem ad pa- ra-dí- si gáudi- a







Et fit comm. DEDICATIONIS BASILICARUM SS. APOST. PETRI ET PAULI : *Ant.* Sanctificávit, ℣. Hæc est domus Dómini *et Oratio* Deus qui nobis, *ut in Communi,* 696.

---

18. IN DEDICATIONE BASILICARUM SS. APOST. PETRI ET PAULI.

Duplex majus.

Omnia de Communi Dedicationis Ecclesiæ, 697.

In II Vesperis, *comm.* S. PONTIANI *Papæ et Martyris : Ant.* Iste sanctus, ℣. Glória, 736, *Oratio ut infra.*

---

19. *S. Pontiani, Papæ et Martyris.*

Memoria.

Ad Laudes, *Ant.* Qui odit, ℣. Justus, 737.

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : * et quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Pontiáni Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

21. IN PRÆSENTATIONE BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Duplex majus.

Omnia ut in Festis B. M. V., 703, præter sequentia.

IN I VESPERIS.

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII G

B E-á-ta De- i Gé-ni-trix Ma-rí- a, * Virgo perpé- tu- a, templum Dómi- ni, sacrá- ri- um Spi- ri-tus Sancti : so-la si-ne exém-plo placu- í-sti Dómi-no Je- su Christo, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui beátam Maríam semper Vírginem, Spíritus Sancti habitáculum, hodiérna die in templo præsentári voluísti : † præsta, quǽsumus; ut ejus intercessióne, * in templo glóriæ tuæ præsentári mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Et fit comm. S. COLUMBANI *Abbatis : Ant.* Similábo eum, ℣. Amávit, 743.

Oratio.

INtercéssio nos, quǽsumus Dómine, beáti Columbáni Abbátis commédet : * ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

AD LAUDES.

Omnia de Communi.

Deinde fit comm. S. COLUMBANI : *Ant.* Serve bone, ℣. Justum, 743. *Oratio ut supra.*

IN II VESPERIS.

Ad Magnificat, Ant. Beáta Dei Génitrix María *cum* ℣. Dignáre me, *ut supra in I Vesperis.*

Et fit comm. S. CÆCILIÆ *Virginis et Martyris :*

Pro commemoratione S. Cæciliæ, Antiphona.

IV E

EST secrétum, * Va-le-ri- á- ne, quod ti- bi vo- lo dí-ce- re : Ange-lum De- i hábe- o ama- tó- rem, qui ními- o ze-lo custó-dit corpus me- um. E u o u a e.

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.

℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

Oratio ut infra ad Laúdes.

¶ *Si I Vesperæ S. Cæciliæ dicendæ sint integræ, Antiphonæ de Laudibus; Psalmi, Capitulum,* ℟. *breve, Hymnus et* ℣. *de Communi Virginum,* 676; ℣. *et Ant. ad Magnif. ut supra.*

22. # S. CÆCILIÆ, VIRGINIS ET MARTYRIS.

Duplex majus.

AD LAUDES.

1 Ant. I f

CAntánti-bus órga- nis, * Cæ- ci- li- a Dómi-no de-cantábat di- cens : Fi- at cor me- um imma-cu-lá- tum, ut non confúndar. E u o u a e.


2 Ant. VII a

VA-le-ri- á- nus * in cu-bí-cu-lo Cæcí- li- am cum An-ge- lo o- rántem invé- nit. E u o u a e.


3 Ant. III a 2

CÆ-cí-li- a, * fámu-la tu- a, Dó- mi- ne, qua-si a-pis














Capitulum. *2 Cor. 10, 17-18.*

FRatres : Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. † Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est : * sed quem Deus comméndat.

℟. *br. et Hymnus de Communi Virginum,* 680.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona.

1 g

DUM auró-ra * fi-nem da-ret, Cæcí- li- a exclamá-vit di- cens : E-ia! mí- li- tes Christi, abjí-ci-te ópe-ra te-nebrá- rum, et indu- í- mi- ni ar- ma lu- cis.

E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beátæ Cæcíliæ Vírginis et Mártyris tuæ solemnitáte lætíficas : † da, ut quam venerámur offício, * étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona Valeriánus, 1140. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM.

Antiphona Cæcília, 1140.

Capitulum. *2 Cor. 11, 2.*

Æmulor enim vos Dei æmulatióne. † Despóndi enim vos uni viro * vírginem castam exhibére Christo.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD NONAM.

Antiphona Triduánas, 1141.

Capitulum. *Eccli. 51, 13-14.*

DOmine Deus meus, exaltásti super terram habitatiónem meam, et pro morte defluénte deprecáta sum. † Invocávi Dóminum Patrem Dómini mei, ut non derelínquat me in die tribulatiónis meæ, * et in témpore superbórum sine adjutório.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

IN II VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus.

Psalmi de Communi Virginum : Dixit Dóminus, 725; Laudáte púeri, 727; Lætátus sum, 730; Nisi Dóminus, 731.

℟. *br., Capitulum et Hymnus de Communi,* 676.
℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Antiphona.

II D

VIrgo glo-ri- ó-sa * semper Evangé- li- um Christi ge-ré-bat in pécto-re su- o, et non di- é- bus neque nó-ctibus, a collóqui- is di-ví-nis et o-ra-ti- ó-ne ces-sá-bat. E u o u a e.

Et fit commemoratio S. CLEMENTIS *Papæ et Martyris :*

Pro commemoratione S. Clementis, Antiphona.

VIII G

O-rémus omnes * ad Dóminum Je-sum Chri-stum, ut confessó-ri-bus su- is fontis venam apé- ri- at.

E u o u a e.

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beáti Cleméntis Mártyris tui atque Pontíficis solemnitáte lætíficas : * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum.

Deinde comm. S. FELICITATIS *Martyris : Ant.* Símile est, ℣. Spécie tua, 746.

Oratio.

PRæsta, quǽsumus omnípotens Deus : * ut beátæ Felicitátis Mártyris tuæ solémnia recenséntes, méritis ipsíus protegámur et précibus. Per Dóminum.

¶ *Si I Vesperæ S. Clementis dicendæ sint integræ, Antiphonæ de Laudibus; Psalmi de Dominica,* 725. *Capitulum,* ℟. *br. et Hymnus sumuntur de Communi Unius Martyris,* 638. ℣. *et Antiphona ad Magnificat ut supra.*

23. S. CLEMENTIS I, PAPÆ ET MART.

Duplex.

AD LAUDES.

1 Ant. VII d

O - rán- te * sancto Clemén- te, appá-ru- it e- i Agnus De- i. E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit, *cum reliquis,* 721.

2 Ant. VII c

NON me- is mé-ri-tis * ad vos me mi-sit Dómi-nus, vestris co-ró-nis parti-ci-pem me fi- e-ri. E u o u a e.

3 Ant. VII c

VI-di supra montem * Agnum stantem, de sub cu-jus pe-de fons vivus emá- nat. E u o u a e.


4 Ant. VII c

DE sub cu-jus pe-de * fons vivus e-má-nat : flúmi-nis



5 Ant. VIII c





Capitulum. *Jac. 1, 12.*

BEátus vir qui suffert tentatiónem : † quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ, * quam repromísit Deus diligéntibus se.

℟. *br. et Hymnus de Communi Unius Martyris,* 641.


℣. Justus ut palma florébit.

℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.


Ad Benedictus, Antiphona.

1 f









Oratio.

DEus, qui nos ánnua beáti Cleméntis Mártyris tui atque Pontíficis solemnitáte lætíficas : + concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum.

Commem. S. FELICITATIS : *Ant.* Date ei, ℣. Diffúsa est, 747; *Oratio* Præsta quǽsumus *ut supra,* 1144.

AD TERTIAM.

Antiphona Non meis méritis, 1145. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

AD SEXTAM.

Antiphona Vidi supra montem, 1145.

Capitulum. *Eccli. 15, 3.*

CIbávit illum pane vitæ et intelléctus, † et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum * Dóminus Deus noster.

℣. Posuísti Dómine super caput ejus.
℟. Corónam de lápide pretióso.

AD NONAM.

Antiphona Omnes gentes, 1146.

Capitulum. *Eccli. 39, 6.*

JUstus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, * et in conspéctu Altíssimi deprecábitur.

℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.
℟. Glóriam et magnum decórem impónes super eum.

IN II VESPERIS.

Ant. de Laudibus. Psalmi ut in II Vesp. de Communi unius Mart. : Dixit Dóminus, 725; Beátus vir, 726; Laudáte, 727; Crédidi, 728.
A Capitulo fit de sequenti, cum commemorationibus ut infra.

24. S. JOANNIS A CRUCE, CONFESSORIS ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex. (m. t. v.)

Ad Magnif. : Ant. O Doctor... beáte Joánnes, 665.

Oratio.

DEus, qui sanctum Joánnem Confessórem tuum atque Doctórem, perféctæ sui abnegatiónis et crucis amatórem exímium effecísti : † concéde; ut ejus imitatióni júgiter inhæréntes, * glóriam assequámur ætérnam. Per Dóminum nostrum.

In I Vesperis, *fit commemoratio præcedentis :*

Pro commemoratione S. Clementis, Antiphona.

1 f

DEdísti, Dómi-ne, * ha-bi-tácu-lum Márty-ri tu-o Cleménti in ma-ri, in modum templi marmó-re-i, angé-li-cis má-ni-bus præ-pa-rá-tum : i-ter præbens pó-pu-lo terræ, ut e-nár-rent mi-ra-bí-li-a tu-a. E u o u a e.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Oratio Deus, qui nos *ut supra,* 1144.

Deinde comm. S. CHRYSOGONI *Martyris : Ant.* Iste Sanctus, V. Glória, 736.

Oratio.

ADésto Dómine supplicatiónibus nostris : * ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, beáti Chrysógoni Mártyris tui intercessióne liberémur. Per Dóminum.

In Laudibus, *pro comm.* S. CHRYSOGONI : *Ant.* Qui odit, ℣. Justus ut palma, 737.

In II Vesperis, *fit comm.* S. CATHARINÆ *Virginis et Martyris : Ant.* Veni sponsa Christi, ℣. Spécie tua, 744, *Oratio ut infra.*

---

25. *S. Catharinæ, Virginis et Martyris.*

Memoria.

Oratio.

DEus, qui dedísti Legem Móysi in summitáte montis Sínai, et in eódem loco per sanctos Angelos tuos corpus beátæ Catharínæ Vírginis et Mártyris tuæ mirabíliter collocásti : * præsta, quǽsumus; ut ejus méritis et intercessióne, ad montem qui Christus est perveníre valeámus. Qui tecum vivit et regnat.

Ad Laudes, *Ant.* Símile est, ℣. Diffúsa est, 745.

Vesperæ de sequenti.

---

26. S. SILVESTRI, ABBATIS.

Duplex.

Oratio.

CLementíssime Deus, qui sanctum Silvéstrum Abbátem, sǽculi hujus vanitátem in apérto túmulo pie meditántem, ad erémum vocáre, et præcláris vitæ méritis decoráre dignátus es : + te súpplices exorámus; ut ejus exémplo terréna despiciéntes, * tui consórtio perfruámur ætérno. Per Dóminum.

OFFICIUM DEFUNCTORUM

AD VESPERAS.

Quoties Vesperæ vel delationem cadaveris ad Ecclesiam ac Responsorium Subveníte *vel Officium diei currentis non sequantur, dicitur secreto* Pater noster *et* Ave María; *secus absolute incipitur a sequenti Antiphona.*

1 Antiphona. III b

PLACÉBO Dómi-no * in re-gi- ó-ne vi-vó-rum.

E u o u a e.

Psalmus 114.

DIléxi, quóniam exáudiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi : * et in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis : * et perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem et dolórem invéni : * et nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam : † miséricors Dóminus, et justus, * et Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus : * humiliátus sum, et liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam : * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte : † óculos meos a lácrimis, * pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

In fine omnium Psalmorum dicitur :

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Anti-phona.



2 Ant. II D





Psalmus 119.

AD Dóminum cum tribulárer clamávi : * et exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * et a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi, * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.


Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est : † habitávi cum habitántibus Cedar : * multum íncola fuit ánima mea

Cum his qui odérunt pacem eram pacíficus : * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Réquiem ætérnam.

Anti-phona.





3 Ant.
VIII G 2

Dominus * custó-dit te ab omni ma- lo : custó-di- at á-nimam tu- am Dómi-nus. E u o u a e.

Psalmus 120

Levávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum a Dómino, * qui fecit cælum et terram.

Non det in commotiónem pedem tuum : * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te : * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo : * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat introitum tuum et éxitum tuum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Réquiem ætérnam.

Antiphona.

Dóminus custó-dit te ab omni ma- lo : custó-di- at á-nimam tu- am Dómi-nus.

4 Ant.
VIII G

Si in-iqui-tá-tes * observáve-ris Dómi-ne : Dómi-ne, quis susti-né- bit? E u o u a e.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine : * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine : * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est : * et propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.


A custódia matutína usque ad noctem, * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Réquiem ætérnam.

Antiphona.



Si in-iqui- tá-tes observáve-ris Dómi-ne : Dómi-ne,



quis susti-né- bit?

5 Ant. II D



O - pe- ra * mánu- um tu- á-rum, Dómi-ne, ne



despí- ci- as. E u o u a e.

Psalmus 137.

COnfitébor tibi Dómine in toto corde meo : * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi : * adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua et veritáte tua : * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero

te, exáudi me : * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ : * quia audiérunt ómnia verba oris tui :

Et cantent in viis Dómini : * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, et humília réspicit : * et alta a longe cognóscit.


Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me : † et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, * et salvum me fecit déxtera tua.


Dóminus retríbuet pro me : † Dómine misericórdia tua in sǽculum : * ópera mánuum tuárum ne despícias.


Réquiem ætérnam.

Antiphona.












Ad Magnificat, Antiphona. VII c

O







Preces infrascriptæ dicuntur flexis genibus, similiter et ad Laudes.
Pater noster *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

¶ *Sequens Psalmus* Lauda ánima mea *non dicitur in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum, nec Omnium Defunctorum Ordinis nostri, neque in die obitus seu depositionis Defuncti, neque quandocumque Officium fit ritu duplici; alias semper dicitur.*

Psalmus 145.





Nolíte confídere in princípibus : * in fíliis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, et revertétur in terram suam : * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, † spes ejus in Dómino Deo ipsíus : * qui fecit cælum et terram, mare, et ómnia quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sǽculum, † facit judícium injúriam patiéntibus : * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos : * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elísos, * Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádvenas, † pupíllum et víduam suscípiet: * et vias peccatórum dispérdet.
Regnábit Dóminus in sǽcula, Deus tuus Sion, * in generatiónem et generatiónem
Réquiem ætérnam.

Deinde dicitur:

℣. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimam ejus [ánimas eórum].
℣. Requiéscat in pace [Requiéscant in pace]. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dicitur, semper in tono simplici, Oratio conveniens ex iis quæ sequuntur; deinde ℣℣. Réquiem ætérnam *et* Requiéscant *ut infra,* 1160.

In die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum.

Oratio.

FIdélium Deus ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum: † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, * piis supplicatiónibus consequántur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

In die Commemorationis Omnium Defunctorum Ordinis nostri.

Oratio.

DEus, véniæ largítor et humánæ salútis amátor: † quǽsumus cleméntiam tuam; ut nostræ Congregatiónis Fratres qui ex hoc sǽculo transiérunt, * beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Dóminum.

In die depositionis Defuncti.

Oratio.

ABsólve, quǽsumus Dómine, ánimam fámuli tui *N.*, ut defúnctus sǽculo tibi vivat : † et quæ per fragilitátem carnis humána conversatióne commísit, * tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Dóminum.

Si fuerit femina, dicitur : ánimam fámulæ tuæ *N.*, ut defúncta.

Si autem sit præsens Defuncti cadaver, dicitur sequens Oratio :

Oratio.

DEus, cui próprium est miseréri semper et párcere, te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui *N.* (fámulæ tuæ *N.*), quam hódie de hoc sǽculo migráre jussísti : † ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci ; * ut quia in te sperávit et crédidit, non pœnas inférni sustíneat, sed gáudia ætérna possídeat. Per Dóminum.

In die tertio, septimo et trigesimo depositionis Defuncti.

Oratio.

QUǽsumus Dómine, ut ánimæ fámuli tui *N.* (fámulæ tuæ *N.*), cujus depositiónis diem tértium (*vel* séptimum, *vel* trigésimum) commemorámus, † Sanctórum atque electórum tuórum largíri dignéris consórtium ; * et rorem misericórdiæ tuæ perénnem infúndas. Per Dóminum.

In Anniversario.

Oratio.

DEus indulgentiárum Dómine : † da ánimæ fámuli tui *N.* (fámulæ tuæ *N.*, *vel* animábus famulórum famularúmque tuárum), cujus (quorum) anniversárium depositiónis diem commemorámus, * refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Dóminum.

Pro defuncto Summo Pontifice.

Oratio.

DEus, qui inter summos sacerdótes fámulum tuum *N.* ineffábili tua dispositióne connumerári voluísti : † præsta, quǽsumus; ut qui Unigéniti Fílii tui vices in terris gerébat, * sanctórum tuórum Pontíficum consórtio perpétuo aggregétur. Per eúmdem Dóminum.

Pro defuncto Episcopo.

Oratio.

DEus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum *N.* pontificáli fecísti dignitáte vigére : † præsta, quǽsumus; * ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Dóminum.

Si fuerint plures, dicitur in numero plurali.

¶ *Pro Episcopo Cardinali defuncto, dicatur :* fámulum tuum *N.* Episcopum Cardinálem pontificáli fecísti dignitáte, etc.

Pro Presbytero Cardinali (Episcopo) defuncto : fámulum tuum *N.* Presbýterum Cardinálem pontificáli fecísti, etc.

Pro Presbytero (vel Diacono) Cardinali (Sacerdote) defuncto : fámulum tuum *N.* Presbýterum (Diáconum) Cardinálem sacerdotáli fecísti, etc.

Pro Diacono autem Cardinali, qui in ordine Presbyteratus non fuerit constitutus, dicatur Oratio Inclina Dómine, *quæ habetur paulo infra, hoc modo :* ut ánimam fámuli tui *N.* Diáconi Cardinális, quam de hoc sǽculo, etc.

Pro defuncto Sacerdote.

Oratio.

DEus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum *N.* (fámulos tuos *N.* et *N.*) sacerdotáli fecísti dignitáte vigére : † præsta, quǽsumus; * ut eórum quoque perpétuo aggregétur (aggregéntur) consórtio. Per Dóminum.

Vel alia Oratio.

PRæsta, quǽsumus Dómine : † ut ánima fámuli tui *N.* Sacerdótis, quem in hoc sǽculo commorántem, sacris munéribus decorásti, * in cæléstí sede gloriósa semper exsúltet. Per Dóminum.

Pro uno Defuncto.

Oratio.

INclína Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur : † ut ánimam fámuli tui *N.*, quam de hoc sǽculo migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas, * et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum.

Pro una Defuncta.

Oratio.

QUǽsumus Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ *N.* : † et a contágiis mortalitátis exútam, * in ætérnæ salvatiónis partem restítue. Per Dóminum.

Pro defunctis fratribus, propinquis et benefactoribus.

Oratio.

DEus, véniæ largítor et humánæ salútis amátor : † quǽsumus cleméntiam tuam; ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres qui ex hoc sǽculo transiérunt, * beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Dóminum.

Pro pluribus Defunctis.

Oratio.

DEus, cui próprium est miseréri semper et párcere : † propitiáre animábus famulórum famularúmque tuárum, et ómnia eórum peccáta dimítte; * ut mortalitátis vínculis absolútæ, transíre mereántur ad vitam. Per Dóminum.

Vel alia Oratio.

ANimábus, quǽsumus Dómine, famulórum famularúmque tuárum misericórdiam concéde perpétuam : † ut eis profíciat in ætérnum, * quod in te speravérunt et credidérunt. Per Dóminum.

Pro patre et matre.

Oratio.

DEus, qui nos patrem et matrem honoráre præcepísti : † miserére cleménter animábus patris et matris meæ, eorúmque peccáta dimítte; * meque eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére. Per Dóminum.

Si fit pro pluribus, dicatur animábus paréntum nostrórum, *et ubi dicitur* meque, *dicatur* nosque.

Si pro patre tantum, dicatur ánimæ patris mei, *vel* nostri.

Si pro matre tantum, dicatur ánimæ matris meæ, *vel* nostræ.

In Officio Defunctorum per Annum.

Oratio.

DEus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulos tuos pontificáli seu sacerdotáli fecísti dignitáte vigére : † præsta, quǽsumus; * ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio.

DEus, véniæ largítor et humánæ salútis amátor : † quǽsumus cleméntiam tuam; ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres qui ex hoc sǽculo transiérunt, * beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas.


FIdélium Deus ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, * piis supplicatiónibus consequántur. Qui vivis et regnas cum Deo.

Post Orationem dicitur (semper plurali numero) :

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

Deinde Cantores :





℣. Requi- éscant in pa- ce. ℟. Amen.

AD LAUDES.

Quoties Laudes a Matutino separentur, dicitur secreto Pater noster *et* Ave María : *secus absolute incipitur a sequenti Antiphona.*

1 Antiphona. 1 f





Psalmus 50.

MIserére mei Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea : * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco : * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci : * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti : * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor : * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam : * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis : * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua : * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui : * et spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas : * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ : * et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries : * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique : * holocáustis non delectáberis.


Sacrifícium Deo spíritus contribulátus : * cor contrítum et humiliátum Deus non despícies.

Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion : * ut ædificéntur muri Jerúsalem.


Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes et holocáusta : * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Réquiem ætérnam.

Anti-phona.



2 Ant. VIII G





Psalmus 64.

Te decet hymnus, Deus, in Sion : * et tibi reddétur votum in Jerúsalem.

Exáudi oratiónem meam : * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos : * et impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus quem elegísti et assumpsísti : * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domus tuæ : * sanctum est templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exáudi nos, Deus, salutáris noster, * spes ómnium fínium terræ, et in mari longe.

Præparans montes in virtúte tua, accínctus poténtia : * qui contúrbas profúndum maris, sonum flúctuum ejus.

Turbabúntur gentes, et timébunt qui hábitant términos a

signis tuis : * éxitus matutíni, et véspere delectábis.

Visitásti terram et inebriásti eam : * multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis, † parásti cibum illórum : * quóniam ita est præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus : * in stillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ : * et campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscent speciósa desérti : * et exsultatióne colles accingéntur.

Indúti sunt aríetes óvium, † et valles abundábunt fruménto : * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Réquiem ætérnam.

Antiphona. Exáudi Dómi-ne o-ra-ti- ónem me- am : ad te omnis ca- ro vé-ni- et.

3 Ant. VII c transpos. ME suscé- pit * déxte-ra tu- a, Dómi-ne.

Ps. De- us, De- us me- us. E u o u a e.

Psalmus 62.

DEus, Deus meus, * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta et ínvia et inaquósa : † sic in sancto appárui tibi, * ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas : * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea : * et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea : * et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, † in matutínis meditábor in te : * quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhǽsit ánima mea post te : * me suscépit déxtera tua.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, † introíbunt in inferióra terræ : * tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, † laudabúntur omnes qui jurant in eo : * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.


Réquiem ætérnam.

Antiphona.



4 Ant. II D





Canticum Ezechiæ.

Isaiæ 38, 10-20.

EGO dixi : In dimídio diérum meórum, * vadam ad portas ínferi.

Quæsívi resíduum annórum meórum : * dixi : Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non aspíciam hóminem ultra, * et habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta est, et convolúta est a me, * quasi tabernáculum pastórum.

Præcísa est velut a texénte vita mea : † dum adhuc ordírer, succídit me : * de mane usque ad vésperam fínies me.

Sperábam usque ad mane : * quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea.

De mane usque ad vésperam fínies me : † sicut pullus hirúndinis sic clamábo, * meditábor ut colúmba.

Attenuáti sunt óculi mei, * suspiciéntes in excélsum.

Dómine vim pátior, respónde pro me. * Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum ipse fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos, * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine, si sic vívitur et in tálibus vita spíritus mei, † corrípies me et vivificábis me. * Ecce in pace amaritúdo mea amaríssima.

Tu autem eruísti ánimam meam ut non períret : * projecísti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, † neque mors laudábit te : * non exspectábunt qui descéndunt in lacum veritátem tuam.


Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut et ego hódie : * pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine salvum me fac : * et psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.

Réquiem ætérnam.

Antiphona.





5 Ant. VII a



Psalmus 150.

LAudáte Dóminum in sanctis ejus : * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ : * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro : * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus : + laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis : * omnis spíritus laudet Dóminum.

Réquiem ætérnam.


Antiphona.



Omnis spí-ri-tus laudet Dóminum.



℣. Audí-vi vo-cem de cæ-lo di-céntem mi-hi.



℟. Be- á-ti mórtu- i qui in Dómino mo-ri- úntur.

Ad Benedictus, Antiphona. II D




E-go sum * re-surrécti- o et vi-ta : qui cre-dit



in me, é-ti- am si mórtu- us fú- e-rit, vi-vet : et omnis



qui vi-vit et cre-dit in me, non mo-ri- é-tur in æ- térnum.



E u o u a e.


Deinde flexis genibus : Pater noster *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

Psalmus 129.

¶ *Hic Psalmus non dicitur in die depositionis Defuncti, neque quandocumque Officium ritu duplici recitatur.*



Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine : * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est : * et propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Deinde dicitur :

℣. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimam ejus [ánimas eórum].
℣. Requiéscat in pace [Requiéscant in pace]. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Deinde dicitur Oratio vel Orationes Officio congruentes, ac ℣℣. Réquiem ætérnam *et* Requiéscant *ut supra in Vesperis,* 1156 *et* 1160.

¶ *In Exsequiis defuncti, præsente corpore, ad finem Officii post Antiphonam Cantici, dicta Oratione cum longa conclusione, quando immediate sequuntur Exsequiæ vel Missa aut Absolutio, omittuntur* ℣℣. Réquiem ætérnam *et* Requiéscant in pace.

In Obitu Fratrum.

¶ *Cum accipitur nuntium obitus alicujus ex Fratribus nostris, quamprimum cantatur in Choro Responsorium sequens :*

℟. iv

SUbve-ní-te * Sancti De- i, occúrri- te

Ange- li Dómi- ni : * Susci-pi- éntes á-nimam e-

jus : † Offe-réntes e- am in conspé- ctu Al- tís-

si- mi. ℣. Susci-pi- at te Christus, qui vo-cá-vit

te, et in sinum Abrahæ Ange- li de-dú- cant te.



Susci-pi- éntes á-nimam e- jus: offe-réntes e- am



in conspé- ctu Al- tíssi- mi. ℣. Réqui- em



æ-térnam do-na e- i Dómi- ne, et lux perpé-tu- a



lú- ce-at e- i. † Offe-réntes e- am in con-



spé- ctu Al- tíssi- mi.

RESPONSORIA BREVIA
ET VERSICULI
DE COMMUNI SANCTORUM
IN FESTIS SOLEMNIORIBUS.


PRO APOSTOLIS
EXTRA TEMPUS PASCHALE.

Responsorium breve in Vesperis. VI


CONSTITU-ES e- os princi- pes * Su- per omnem ter- ram. ℣. Mémo-res e-runt nómi-nis tu- i, Dó- mi- ne. ℣. Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

Versiculi.

In I Vesperis :




℣. In omnem terram e-xi-vit sonus e- ó-rum.




℟. Et in fi-nes orbis terræ verba e- ó-rum.

In Laudibus et II Vesperis :



℣. Annunti- a-vé-runt ó-pe-ra De- i.




℟. Et facta e-jus intel-le-xé-runt.

PRO APOSTOLIS ET MARTYRIBUS

TEMPORE PASCHALI.

Responsorium breve in Vesperis. VI



LUX perpé- tu- a lucé- bit sanctis tu- is Dómi-




ne. * Alle- lú-ia, al-le- lú- ia. ℣. Et æ-térni- tas




Versiculi.

In I Vesperis :




In Laudibus et II Vesperis :



PRO UNO MARTYRE

EXTRA TEMPUS PASCHALE.


Responsorium breve in Vesperis. VI





Versiculi.

In I Vesperis :



In Laudibus et II Vesperis :







PRO PLURIBUS MARTYRIBUS

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

Responsorium breve in Vesperis. VI








Versiculi.

In I Vesperis :



In Laudibus et II Vesperis :







PRO CONFESSORE PONTIFICE.

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

Responsorium breve in Vesperis. VI









℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

Versiculi.

In I Vesperis :




℣. Amá-vit e- um Dómi-nus, et orná-vit e- um.



℟. Stó-lam gló-ri- æ índu- it e- um.

In Laudibus et II Vesperis :



℣. Justum de-dú-xit Dómi-nus per vi- as rectas.




℟. Et osténdit il-li regnum De- i.


TEMPORE PASCHALI.


Responsorium breve in Vesperis.


VI



E - légit e- um Dóminus sa-cer-dó-tem si- bi.








Versiculi.

In I Vesperis :



In Laudibus et II Vesperis :




PRO CONFESSORE NON PONTIFICE.

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

Responsorium breve in Vesperis. VI










Versiculi, *ut supra pro Confessore Pontifice,* 1175.


TEMPORE PASCHALI.

Responsorium breve in Vesperis.









Versiculi, *ut supra pro Confessore Pontifice,* 1176.


PRO VIRGINIBUS ET NON VIRGINIBUS:

EXTRA TEMPUS PASCHALE.


Responsorium breve in Vesperis. VI



A Dju-vá- bit e- am * De- us vul-tu su-



o. ℣. De- us in mé-di- o e-jus, non commo-vé-bi- tur.



℣. Gló-ri- a Patri, et Fi- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

Versiculi.

In I Vesperis :




℣. Spé-ci- e tu- a et pulchri-tú-di-ne tu- a.



℟. Inténde, próspe-re pro-céde, et regna.

In Laudibus et II Vesperis :



℣. Dif-fú-sa est grá- ti- a in lá-bi- is tu- is.




℟. Proptér-e- a be-ne-di-xit te De- us in æ- térnum.

Si fuerint plures Virgines.

In Vesperis et Laudibus :




℣. Addu-céntur Re-gi Virgi-nes post e- am.



℟. Pró-ximæ e-jus affe-réntur ti-bi.

Si fuerint plures Martyres non Virgines.

In Vesperis et Laudibus :




℣. Glória et ho- nó-re coronásti e- as Dómi-ne.
℟. Et constituísti eas super ópera mánuum tu- á- rum.


TEMPORE PASCHALI.

Responsorium breve in Vesperis.


VI



A D-juvá-bit e-am De-us vul-tu su- o.



* Alle- lú-ia, al-le- lú- ia. ℣. De- us in mé-di- o e-jus,



non commo-vé-bi- tur. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o,



et Spi- rí- tu- i Sancto.

Versiculi.

In I Vesperis :



℣. Spécie tua et pulchritúdine tu- a, al-le- lú- ia.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna, al-le- lú- ia.

In Laudibus et II Vesperis :



℣. Diffúsa est grátia in lábiis tu- is, alle- lú- ia.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum, alle- lú- ia.

Si fuerint plures Virgines.


In Vesperis et Laudibus :



℣. Adducéntur Regi Vírgines post e- am, alle- lú-ia.
℟. Próximæ ejus afferéntur ti-bi, alle- lú-ia.

Si fuerint plures Martyres non Virgines.

In Vesperis et Laudibus :



℣. Glória et honóre coronásti eas Dómi-ne, alle- lú-ia.
℟. Et constituísti eas super ópera
mánuum tu- á- rum, alle- lú-ia.

PRO BEATA MARIA VIRGINE.

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

Responsorium breve in Vesperis. VI

A - ve Ma-rí- a, grá- ti- a ple- na : * Dómi- nus te- cum. ℣. Bene-dícta tu in mu-li- é-ri-bus, et be- ne-díctus fructus ventris tu- i. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

Versiculi.

In utrisque Vesperis :

℣. Digná-re me laudá-re te, Virgo sa-crá-ta.
℟. Da mihi virtú- tem contra ho-stes tu- os.

In Laudibus :

℣. Dif-fú-sa est grá-ti- a in lá-bi- is tú- is.


℟. Proptér-e- a be-ne-dí-xit te De- us in æ- térnum.

TEMPORE PASCHALI.

Responsorium breve in Vesperis.



A - ve Ma-rí- a, grá-ti- a plena, Dó-mi- nus te- cum :



* Alle- lú-ia, al-le- lú- ia. ℣. Bene- dícta tu in mu-



li- é- ri- bus, et bene- díctus fructus ventris tu- i.



℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

Versiculi.

In utrisque Vesperis :



℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacrá-ta, al-le- lú- ia.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tu- os, al-le- lú- ia.

In Laudibus :

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tu- is, alle- lú-ia.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum, alle- lú-ia.

RESPONSORIA PROLIXA

IN I VESPERIS

FESTORUM SOLEMNIUM.

Juxta Rubricas generales Breviarii Monastici, relinquitur arbitrio cujuscumque Congregationis, in I Vesperis Festorum solemnium, juxta morem antiquum, recitare seu canere in Choro post Capitulum, loco ℟. brevis, Responsoria prolixa consueta et approbata; ideo, hic proposita sunt aliquot Responsoria, ex Officio desumpta vel e Breviario Pauli V excerpta, quæ, si placuerit, cantari poterunt.

In Nativitate Domini.


Responsorium. IV


JUDÆ-A * et Je-rú-sa-lem; no-lí- te ti-


mé- re: * Cras egre- di- émi-ni, et Dó- mi-nus

e- rit vo-bís- cum.

℣. Constántes estó- te, vi-dé-bi- tis auxí- li- um









In Circumcisione Domini.


Resp. II













tris tu- i. * Qui- a. ℣. Gló- ri- a Pa-tri, et Fí-




li- o, et Spi-rí- tu- i San- cto. * Qui- a.

In Epiphania Domini.


Resp. V



I L-lumi-ná- re, * il- lumi-ná- re, Je-




rú- sa- lem, qui- a ve- nit lux tu-



a : * Et gló- ri- a Dó- mi- ni super




te orta est.




℣. Et ambu- lábunt gentes in lú- mi-ne tu- o et



reges in splendó-re ortus tu- i. * Et gló- ri-






In Ascensione Domini.


Resp. II













In Festo Pentecostes.

Resp. II



R Eplé- ti sunt * o- mnes Spi- ri- tu San-




cto : et cœpé- runt lo- qui, pro- ut Spí- ri-tus San-



ctus dabat é- loqui il- lis : * Et convé- nit mul-



ti-tú- do di-cénti- um, al-le-




lú- ia. ℣. Loque-bán-tur vá-ri- is linguis Apósto- li



magná- li- a De- i. * Et convé- nit. ℣. Gló-




ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i San-




cto. * Et convé- nit.

In Festo SS. Trinitatis.

Resp. II



B Ene-díctus * Dómi-nus, De- us Is-




ra- el, qui fa- cit mi-ra-bi-li- a magna



so- lus : * Et be- ne-dí-ctum no- men




ma-jestá- tis e- jus in æ- tér-



num. ℣. Replé- bi-tur ma-jestá-te e-jus omnis ter- ra :



fi- at, fi- at. * Et be- ne-di-



ctum. ℣. Gló- ri- a Pa-tri, et Fi- li- o, et Spi-rí-tu-





i Sancto. * Et be- ne-di-ctum.

In Festo SS. Corporis Christi.

Resp. VI
















In Festo SS. Cordis Jesu.

Resp. IV



go di- lé-xi vos : * Mané- te in di-le- cti- ó-

ne me- a. ℣. Si præcépta me- a servavé- ri-

tis, mané- te in di- lecti- ó-ne me- a, sic-ut et ego

Patris me- i præ-cépta servá- vi, et má-ne- o in e- jus

di- lecti- ó- ne. * Mané- te. ℣. Gló-ri- a

Pa-tri, et Fi- li- o, et Spi-rí- tu- i San- cto.

* Mané- te.

In Dedicatione Ecclesiæ.

Resp. II

F Undá- ta est * domus Dó-mi-ni supra vér-




ti- cem mónti- um, et ex- altá-ta est super



omnes col- les. * Et vé-ni- ent ad e- am omnes gen-




tes, et di- cent : Gló-ri- a ti- bi Dómi-



ne. *T. P.* Alle- lú- ia. ℣. Ve-ni- én- tes autem vé-ni- ent



cum exsul-ta-ti- ó- ne, portántes ma-ní- pu-los



su- os. * Et vé-ni- ent. ℣. Gló- ri- a Pa-tri, et Fí-



li- o, et Spi-rí- tu- i San- cto. * Et vé-ni- ent.


In Conceptione Immaculata B. M. V.


Resp. VIII




N I- hil * inqui- ná-tum in e- am in-













In Festo S. Scholasticæ, Virginis.

Resp. II


















In Festis S. Joseph, Sponsi B. M. V.

Resp. IV



su- am : * Amen di- co vo-bis quó-ni- am super

ómni- a bona su- a consti- tu- et

e- um. *T. P.* Alle- lú- ia. ℣. Qui custos

est Dó-mi-ni su- i, glo- ri- fi- cá- tur.

* Amen. ℣. Gló-ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, et Spi-

rí- tu- i San- cto. * Amen.

In Festis SS. P. N. Benedicti, Abbatis.

Resp. 1

S Anctís- si- me * Confés- sor Christi, Be-

ne- dí- cte, mona- chó- rum pa- ter et

dux : * Intercé- de pro

nostra omni- úmque sa-lú- te. *T. P.* Alle-

lú- ia. ℣. Devó- tæ ple-bi súbve-ni san-

cta intercessi- ó- ne, ut tu- is adjú-ta pré-ci-bus, regna

cæ-lésti- a conse- quâ- mur. * Intercé- de.

℣. Gló- ri- a Pa-tri, et Fi- li- o, et Spi- rí-

tu- i San- cto. * Intercé- de.

In Annuntiatione Beatæ Mariæ Virginis.


Resp. VI

GAude Ma- rí- a * Vir- go, cunctas hǽ- reses



so-la in- ter- emí- sti, quæ Gabri- é- lis Archánge- li


dictis cre- di- dísti : * Dum Virgo De- um et hómi-


nem genu- í- sti, et post par-tum Virgo, in- vi- o-


lá- ta perman-sí- sti. T. P. Alle- lú- ia. ℣. Ga-


bri- é- lem Archánge-lum sci- mus di- ví-ni-tus te esse af-


fá-tum : ú- te-rum tu- um de Spí-ri- tu Sancto cré-dimus


impre-gná- tum : e-ru-béscat Judǽ-us infe- lix, qui


di-cit Christum ex Jo-seph sémi- ne esse na-tum.


* Dum Virgo. ℣. Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-



ri- tu- i Sancto. * Dum Virgo.

In Nativitate S. Joannis Baptistæ.

Resp.
VIII


PRæcúrsor Dómi-ni * ve- nit, de quo i- pse




te- stá- tur : * Nullus ma-jor inter na-tos mu-



li- e- rum Jo- án- ne Ba- ptí- sta. ℣. Hic




est e-nim prophé-ta. et plus quam prophé- ta,



de quo Sal- vá- tor a- it. * Nullus. ℣. Gló-



ri- a Pa-tri, et Fi- li- o, et Spi-rí- tu- i



San- cto. * Nul-lus.

In Festo SS. Apostolorum Petri et Pauli.

Resp. VIII

TU es * pastor ó- vi- um, princeps A- po-

sto- ló- rum; ti-bi trá-di-dit De- us ómni-

a regna mun- di: * Et íd- e- o ti-bi trá- di-


tæ sunt claves re- gni cæ- ló- rum.

℣. Quodcúmque li-gáve-ris super terram, e-rit li-gá-

tum et in cæ- lis; et quodcúmque sólve-ris super terram

e-rit so-lú-tum et in cæ- lis. * Et íd-


e- o. ℣. Gló-ri- a Pa-tri, et Fi- li- o, et Spi-



ri- tu- i San- cto. * Et id- e- o.

In Assumptione Beatæ Mariæ Virginis.

Resp. III



V I-di * spe-ci- ó- sam sic-ut co- lúm- bam



ascendéntem dé-super ri-vos aquá- rum, cu-jus in-




æstimá- bi- lis odor e-rat ni- mis in vesti-mén-



tis e- jus. * Et sic- ut di- es ver- ni circúm-



dabant e- am flo- res ro-sá- rum et li- li- a convál-




li- um. ℣. Quæ est i- sta quæ ascéndit per de-



sértum sic-ut vírgu-la fu- mi, ex a-romá-ti-bus myr-








In Nativitate Beatæ Mariæ Virginis.

Resp. IV











devo- tissime ce-le- bré- mus. * Ut ipsa. ℣. Gló-ri-

a Pa-tri, et Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i

San- cto. * Ut ipsa.

In Dedicatione S. Michaelis, Archangeli.

Resp. VIII

IN conspé-ctu * Ange-ló-rum psal- lam

ti- bi, et ad- o-rá- bo ad templum san-

ctum tu- um * Et con- fi-té- bor nó-mi-

ni tu- o, Dómi- ne. *T.P.* Alle- lú- ia.

℣. Su- per mi-se-ri-córdi- a tu- a et ve- ri- tá-te

tu- a : quó-ni- am magni- fi-cásti super nos nomen san-

ctum tu- um. * Et con- fi-té- bor. ℣. Gló-

ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i

San- cto. * Et con- fi- té- bor.

In Festo D. N. Jesu Christi Regis.

Resp. II

TU- a est * po-tén-ti- a, tu- um re- gnum,


Dómi- ne : tu es super omnes gen- tes : * Da

pa-cem, Dó-mi- ne, in di- é- bus no- stris.

℣. Cre- á- tor ómni- um, De- us, terrí-bi- lis et for- tis,









In Festo Omnium Sanctorum.


Resp. 1

















sex a-læ u-ni, et sex a- læ ál- te- ri.



* Et e- a. ℣. Gló-ri- a Pa-tri, et Fi-



li- o, et Spi-rí- tu- i San- cto. * Et



e- - a.

TONI COMMUNES

I. In principio Horarum.

1. *Tonus communis.*

Ad omnes Horas, exceptis Vesperis Solemnioribus.

DE-US, in adju-tó-ri- um me- um in-tende. ℟. Dómi-ne, ad adjuvándum me festí-na. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i San-cto : Sic-ut e-rat in princí-pi- o, et nunc, et semper, et in



sǽcu-la sæcu-ló-rum. Amen. Alle-lú- ia.


A Septuagesima usque ad Pascha, loco Allelúia, *dicitur :*




Laus ti-bi, Dómine, Rex ætérnæ gló-ri- æ.

Alter Tonus, *ad libitum,* in Vesperis et Laudibus.


Ad Laudes et Vesperas in Dominicis et Festis, loco Toni præcedentis, potest ad libitum usurpari Tonus sequens, ut in aliquibus locis :




D E- us, in adju-tó- ri- um me- um inténde.




℟. Dómi-ne, ad adjuvándum me festí-na. Gló-ri- a Patri, et




Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto. Sic-ut e-rat in princí-



pi- o, et nunc, et semper, et in sǽcu- la sæcu- ló-rum.



Amen. Alle-lú- ia. *Vel :* Laus ti-bi, Dómi-ne, Rex æ-térnæ



gló- ri- æ.

2. *Tonus solemnis.*

In Festis solemnioribus, ad Vesperas tantum.

D E- us, in adju- tó- ri- um me- um inténde.

℟. Dómi-ne, ad adjuvándum me festí- na. Gló-ri- a Patri,

et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto : Sic-ut e-rat in prin-

ci-pi- o, et nunc, et semper, et in sǽcu-la sæcu-ló- rum.

Amen. Al-le-lú- ia. *Vel :* Laus ti-bi, Dómi-ne, Rex æ-térnæ

gló- ri- æ.

AD COMPLETORIUM.

℣. Convérte nos, De- us, sa-lu-tá-ris noster. ℟. Et avérte i- ram

tu- am a no-bis. ℣. De- us, in adju-tó-ri- um, etc. *ut sup.*, 1205.

II. De Cantu Psalmorum.

A. — *DE PARTIBUS PSALMODIÆ.*

Psalmus quilibet cum Antiphona cantandus, in ipso Modo Antiphonæ cantari debet.

Tot sunt enim Toni regulares Psalmorum, quot Modi cantionum, id est octo, quibus adjungendi sunt Toni speciales, ut infra notatur, 1218.

In singulis Tonis habentur *inchoatio*, *tenor*, *flexa* (si in versiculo locus sit flexæ), et *clausulæ*, quarum prior seu *mediatio* in medio versiculo, id est in primæ distinctionis fine, altera seu *terminatio* in fine secundæ distinctionis invenitur.

1. Inchoatio. — Inchoatio est melodiæ incisio quæ, initio psalmi, finem Antiphonæ cum tenore conjungit.

Pro inchoatione cujusque Toni regula est, ut syllabæ textus aptentur singulis notis vel neumis cantus prout obveniunt.

Psalmi intonandi sunt a Cantore cum inchoatione proprii Toni, ad omnes Horas, etiam in Officio feriali vel pro Defunctis. Versiculi sequentes incipiuntur recto tono in chorda tenoris.

Si duo vel plures Psalmi, vel plures ejusdem Psalmi divisiones substant eidem Antiphonæ, etiamsi dicendi sint sub distinctis *Gloria Patri*, non fit nova intonatio in initio cujusque Psalmi vel divisionis, sed tantum in primo versu primi Psalmi qui sequitur Antiphonam.

In Canticis ex Evangelio, *Benedictus*, *Magnificat*, *Nunc dimittis*,[1] inchoatio fit ad singulos versus, etiam in Officio feriali vel pro Defunctis. Intonatio primi versus *Magnificat*, propter suam brevitatem, plerumque fit in primis inchoationis notis, absque mediationis modulatione; in Modis vero II et VIII, fit cum intonatione propria, ut loco proprio notatur.

Quando Antiphona est tantum inchoanda ante psalmum (ut in Semiduplicibus et infra, et ad Horas minores), si prima ejus verba sunt eadem ac prima verba Psalmi et ex ipso Psalmo desumpta, Psalmus incipi debet in chorda tenoris, ab eo verbo in quo desinit inchoatio Antiphonæ. — Si Antiphona componitur ex integro primo versu Psalmi, ut Ant. *Ecce quam bonum* in Feria III ad Vesp., Cantor in Officio Duplici incipit Psalmum cum inchoatione a secundo versu (nisi in fine Antiphonæ addatur *Alleluia;*

[1] Ad *Nunc dimittis* in Sabbato Sancto versiculus *Quod parasti*, et item ad Cantica Evangelii in Officio Defunctorum versiculi *Requiem æternam* ac *Et lux perpetua*, ratione textus deficientis, incipiendi sunt in chorda tenoris.

tunc enim resumitur Psalmus a primo versu). — Si vero Antiphona componitur ex priore parte primi versus usque ad asteriscum, Chorus statim prosequitur verba Psalmi, Cantore præeunte.

2. Tenor. — Tenor ex omnibus notis constat quæ, tum post inchoationem usque ad mediationem, tum a mediatione usque ad clausulam, et quidem uno spiritu nisi occurrat flexa, concinuntur.

Tenor est semper in dominanti chorda Modi Antiphonæ, exceptis tamen Tono Peregrino, ubi cantatur alternative in *la* et *sol*, et Tono Irregulari, ubi cantatur in nota finali Antiphonæ.

Tertii Modi tenor erat primitive in chorda ♮; sed a sæculo XII ubique prævaluit usus chordæ C in Psalmodia. Cum uterque usus titulos quamvis diversos habet ut retineri possit, in *Tonis Communibus* servata est ad libitum utraque traditio; ratione tamen antiquitatis et modalitatis, in corpore *Antiphonarii* tenor inscriptus est in chorda ♮.

3. Flexa. — Si longior est prior pars versiculi, semiclausula dividitur quam *flexam* vocant, quia ad ducendum spiritum vox paululum flectit atque quiescit.

Flexa regulariter fit demittendo vocem ad tonum vel semiditonum, secundum chordam tenoris, ut infra notatur per singulos Tonos; unico semper constat accentu, et vox deprimenda est in ultima syllaba, ac etiam in penultima si dictio sit dactylica.

4. Mediatio. — Mediatio est clausula melodica quæ in primæ distinctionis fine invenitur.

Pro Canticis *Magnificat* et *Benedictus*, in singulis Tonis, potest ad libitum usurpari in Solemnitatibus mediatio solemnis, magis ornata, quæ notatur infra, post Tonos Psalmorum, 1220-1222.

5. Terminationes. — In plerisque Tonis habentur variæ terminationes seu Differentiæ, quæ respective respondent variis incisionibus melodicis quibus Antiphonæ inchoantur, ita ut ex fine versiculi facilior evadat transitus ad Antiphonam, quando resumi debet.

In eodem Tono unaquæque Differentia designatur per litteram ultimæ notæ suæ respondentem et cum ipso Modo Antiphonæ inscriptam : id est **A** pro *la;* **B** pro *si;* **C** pro *ut;* **D** pro *re;* **E** pro *mi;* **F** pro *fa;* **G** pro *sol;* majusculam, quando respondet chordæ finali Modi; secus, minusculam. Si plures Differentiæ ejusdem Toni terminantur in eadem nota, distinguuntur per numerum litteræ adjunctum : v. g. in I Modo, g, g^2, g^3, g^4, g^5.

Insuper conveniens terminatio semper in fine Antiphonæ notatur sub litteris : E u o u a e (= *sæculórum. Amen*).

Psalmus quilibet terminari debet in Differentia quam Antiphona postulat. Attamen, ex omnibus Differentiis in *Antiphonario* ad fidem codicum inscriptis, nonnullæ ad libitum relictæ sunt: quarum loco usurpari possunt, arbitrio cujusque Monasterii, illæ Differentiæ pro unoquoque casu infra designatæ, in Tonis Psalmorum.

De Regulis concordantiarum melodiæ cum textu in clausulis, tam mediationibus quam terminationibus, infra dicetur, 1223.

B. — *TONI PSALMORUM.*

PRIMUS MODUS.

PRimus Modus sic incí-pi-tur, et sic flécti-tur, † et sic me- di- á- tur : *

Differentiæ :

D
Atque sic fi-ní- tur.

D*
Atque sic fi-ní- tur.


D²
Atque sic fi- ní- tur.

a
Atque sic fi-ní- tur.

a²
Atque sic fi-ní- tur.

vel ad libitum

a³
Atque sic fi-ní- tur.



Atque sic fi-ní- tur. Atque sic fi-ní- tur.



Atque sic fi-ní- tur. Atque sic fi-ní- tur.




Atque sic fi-ní- tur. Atque sic fi-ní- tur.


Loco Differentiæ D potest ad libitum usurpari Differentia D*
» » a² » » » » a³
» » g³ » » » » g²
» » g⁴ » » » » g
» » g⁵ » » » » g

Mediatio duplici accentu melodico constat; omnes vero Differentiæ unico accentu cum duabus notis præparationis (cum una tantum in Diff. g⁵*).*

SECUNDUS MODUS.



SEcúndus Modus sic incí-pi-tur, et sic fléc-ti-tur, †



et sic me di- á- tur: * atque sic fi- ní-tur.




MAgní- fi-cat * á-nima... Et exsultá-vit...

Mediatio et terminatio unico accentu constant, terminatio vero cum una nota præparationis.

Ad Cantica Evangelii in tono solemni potest ad libitum adhiberi Differentia D* sequens :


D* (*vel* A*)



Hæc Differentia unico accentu constat, sed cum duabus neumis præparationis.

TERTIUS MODUS.

1° *Tonus in tenore antiquo.*





Differentiæ :







Differentiæ a³ et g² nonnisi cum Canticis evangelicis usurpantur, et earum loco possunt ad libitum adhiberi respective Differentiæ a² et g.

Omnes clausulæ, tam mediatio quam terminationes, duplici accentu constant.

2° *Tonus recentior,*

ubique receptus et diuturno usu probatus.

TErti- us Modus sic incí-pi-tur, et sic flécti-tur, † et sic me- di- á- tur : *

Differentiæ :

a Atque sic fi-ní- tur. b Atque sic fi-ní- tur.

a² Atque sic fi-ní- tur. g. Atque sic fi-ní- tur.

a³ Atque sic fi-ní- tur. g² Atque sic fi-ní- tur.

Differentiæ a³ et g² nonnisi cum Canticis evangelicis usurpantur, et earum loco possunt ad libitum adhiberi respective Diff. a² et g.

Mediatio duplici accentu constat; omnes Differentiæ unico accentu, cum una (a *et* b) *vel duabus* (a², a³, g *et* g²) *notulis (vel neumis) præparationis.*

QUARTUS MODUS.

vel usu recentiori

Quartus Mo-dus Quartus Mo-dus sic incí- pi- tur, et sic fléctitur, † et sic me-di- á- tur: *

Differentiæ:

E
Atque sic fi- ní- tur.

E[2]
Atque sic fi- ní- tur.

d
Atque sic fi- ní- tur.

d[2]
Atque sic fi- ní- tur.

a
Atque sic fi- ni- tur.

g
Atque sic fi- ní- tur.

Quando Antiphona notatur cum E* vel E[2]*, possunt ad libitum adhiberi respective Differentiæ sequentes:

E*
Atque sic fi- ní- tur.

E[2]*
Atque sic fi- ní- tur.

Loco Differentiarum d et d^2 possunt ad libitum usurpari respective Differentiæ E et E^2.

Loco Differentiarum solemnium E^2, E^2* et d^2 possunt ad libitum usurpari respective Differentiæ simplices E, E* et d.

Mediatio unico accentu constat cum duabus notulis præparationis; Differentiæ unico accentu cum tribus notulis (vel neumis) præparationis, excepta Diff. g, in qua transitus fit directe a tenore ad accentum, absque nota præparante.

Quartus Modus « alteratus »,

seu cum alteratione chromatica.

Adsunt quædam Antiphonæ speciales, omnes quidem ejusdem typi, v. g. *Benedicta tu*, *Ex Ægypto*, etc., quæ intra Modorum seriem usu receptam annumerari nullatenus possunt, utpote alteratione chromatica revera insignitæ, et inde nullius Modi sunt. Ad fidem tamen codicum, et ratione similitudinis quæ tam in suæ clausulæ finalis quam in psalmi modulatione viget, quarto Modo de facto assignatæ sunt, sed cum nota discretiva « alterationis ». In corpore *Antiphonarii* sub italico charactere, v. g. *IV A*, inscriptæ sunt.

vel usu recentiori

Quartus Modus | Quartus Modus | sic inci-pi-tur, et

sic flécti-tur, † et sic me-di-á- tur: *

Differentiæ:

A

Atque sic fi-ní- tur.

A

Atque sic fi-ní- tur.

c


Atque sic fi-ní- tur.


Quando Antiphona notatur cum A*, potest ad libitum adhiberi Differentia sequens :




Mediatio unico accentu constat cum duabus notulis præparationis; Differentiæ unico accentu cum tribus notulis præparationis, excepta Diff. c, *in qua transitus fit directe a tenore ad accentum, absque nota præparante.*

QUINTUS MODUS.






Differentiæ :



Mediatio unico, terminationes vero duplici accentu constant.

SEXTUS MODUS.



vel ad libitum

sic me- di- á- tur : * | et sic me-di- á- tur : *

F (vel C)

Atque sic fi-ní- tur.

Mediatio duplici accentu constat (mediatio ad libitum unico cum una nota præparante); terminatio vero unico accentu cum duabus notis (vel neumis) præparationis.

SEPTIMUS MODUS.

SEptimus Modus sic incí-pi-tur, et sic fléctí-tur, † et

sic me- di- á- tur : *

Differentiæ :

a

Atque sic fi-ní- tur.

c

Atque sic fi-ní- tur.

c²

Atque sic fi-ní- tur.

d


Atque sic fi-ní- tur.

Mediatio et terminationes duplici accentu constant.

OCTAVUS MODUS.




O-ctávus Mo-dus sic incí-pi-tur, et sic flécti- tur, † et




sic me-di- á- tur : *

Differentiæ :



Atque sic fi-ní- tur. Atque sic fi-ní- tur.



Atque sic fi-ní- tur. Atque sic fi-ní- tur.

Loco Differentiæ G² potest ad libitum usurpari Differentia G
» » a » » » » c




MAgní-fi-cat * á-nima... Et exsultá-vit...

Mediatio et terminationes unico accentu constant, terminationes vero cum duabus notulis præparationis.

TONI SPECIALES.

1. *Tonus Peregrinus.*





HIC Tonus sic incí-pi-tur, et sic flécti-tur, † et



Mediatio unico accentu constat cum tribus notis præparationis; terminatio vero unico accentu cum una nota præparationis.

2. *Tonus Irregularis.*







Mediatio unico accentu constat; ad clausulam finalem, singulis notis singulæ syllabæ, prout occurrunt, tribuantur, sine acceptione qualitatis vel accentus; ubi tamen magis placuerit, terminatio fieri potest cum duobus accentibus, ut in Diff. b *tertii Modi in tenore antiquo.*

3. *Tonus in Directum.*

Tonus in directum usurpatur pro omnibus quibuslibet Psalmis qui sine Antiphona cantantur.





Mediatio unico accentu constat cum duabus notulis præparationis; terminatio vero fit recta ac protracta voce.

AD CANTICA EVANGELII

Mediatio solemnis.

Hic notatur tantum prima pars versiculorum, cum secunda pars semper in tono psalmodiæ cantetur.

1° Clausulæ unius accentus, cum tribus neumis præparationis, et superveniente anticipata.

Modi I et VI.



Canticum Magnificat.

MAGNIFICAT.


Et ex sultávit	spí-	ri-	tus	me-	us.
Quia respéxit humilitátem	an-	cíl-	læ	su-	æ.
Quia fecit mihi	ma-	gna	qui	pótens	est.
Et misericórdia ejus a progéni-	e	in	pro	gé-ni-	es.
Fecit poténtiam in	brá-	chi-	o	su-	o.
Depósuit pot-	én-	tes	de	se-	de.
Esuriéntes	im	ple-	vit	bo-	nis.
Suscépit Israel	pú-	e-	rum	su-	um.
Sicut locútus est	ad	pa-	tres	no-	stros.
Glória	Pa-	tri,	et	Fí-li-	o.
Sicut erat in princípio,	et	nunc,	et	sem-	per.

Canticum Benedictus.

BENEDICTUS Dómi	nus	De-	us	Is-ra-	el.
Et eréxit cornu	sa-	lú-	tis	no-	bis.
Sicut locútus est	per	os	san-	ctó-	rum.
Salútem ex in-	i-	mí-	cis	no-	stris.
Ad faciéndam misericórdiam cum	pá-	tri-	bus	no-	stris.
Jusjurándum quod jurávit ad Abra-	ham	pa-	trem	no-	strum.
Ut sine timóre de... nostró	rum	li-	be-	ra-	ti.
In sanctitáte et justíti-	a	co-	ram	i-	pso.
Et tu, puer, prophéta Altís-	si-	mi	vo-	cá-be-	ris.
Ad dandam sciéntiam salú-	tis	ple-	bi	e-	jus.
Per víscera misericórdi-	æ	De-	i	no-	stri.
Illumináre his qui... et in um	bra	mor-	tis	se-	dent.

2° Clausulæ unius accentus, cum tribus neumis præparationis.

Modi II, IV, V, VIII.



Canticum Magnificat.

MA-	GNI-	FICAT.						
Et	ex-	sultávit	spí	ri-	tus	me-		us.
Qui-	a	respéxit humilitátem	an-	cíl-	læ	su-		æ.
Qui-	a	fecit mihi	ma-	gna	qui	pót-	ens	est.
Et	mi	sericórdia ejus a progéni-	e	in	pro-	gé-	ni-	es.
Fe-	cit	poténtiam in	brá-	chi-	o	su-		o.
De-	pó-	suit pot-	én-	tes	de	se-		de.
E-	su-	riéntes	im-	plé-	vit	bo-		nis.
Sus	cé-	pit Israel	pú-	e-	rum	su-		um.
Sic-	ut	locútus est	ad	pa-	tres	no-		stros.
Gló-	ri-	a	Pa-	tri,	et	Fí-	li-	o.
Sic-	ut	erat in princípio,	et	nunc,	et	sem-		per.

Canticum Benedictus.

BE-	NE-	DICTUS Dómi-	nus	De-	us	Is-	ra-	el.
Et	e-	réxit cornu	sa	lú-	tis	no-		bis.
Sic-	ut	locútus est	per	os	san	ctó-		rum.
Sa-	lú-	tem ex in-	i-	mí	cis	no-		stris.
Ad	fa-	ciéndam misericórdiam cum	pá-	tri-	bus	no-		stris.
Jus-	ju-	rándum quod jurávit ad Abra-	ham	pa-	trem	no-		strum.
Ut	si-	ne timóre, de manu... nostró-	rum	li-	be-	rá-		ti.
In	san-	ctitáte et justíti-	a	co-	ram	i-		pso.
Et	tu,	puer, prophéta Altís-	si-	mi	vo-	cá-	be-	ris.
Ad	dan-	dam sciéntiam salú-	tis	ple-	bi	e-		jus.
Per	ví-	scera misericórdi-	æ	De-	i	no-		stri.
Il-	lu-	mináre his qui... et in um-	bra	mor-	tis	se-		dent.

3° Clausulæ duplicis accentus.

Modi III et VII.

III *antiquus.*

III *recentior.*

VII.

Canticum Magnificat.

MA-	GNI-	FICAT.						
Et	ex-	sultávit	spí-	ri-	tus		me-	us.
Qui-	a	respéxit humilitátem an-	cíl-		læ		su-	æ.
Qui-	a	fecit mihi	ma-	gna	qui	pót-	ens	est.
Et	mi-	sericórdia ejus a progénie	in		pro-	gé-	ni-	es.
Fe-	cit	poténtiam in	brá-	chi-	o		su-	o.
De-	pó-	suit pot-	én-	tes	de		se-	de.
E-	su-	riéntes im-	plé-		vit		bo-	nis.
Sus-	cé-	pit Israel	pú-	e-	rum		su-	um.
Sic-	ut	locútus est ad	pa-		tres		no-	stros.
Gló-	ri-	a	Pa-	tri,	et	Fi-	li-	o
Sic-	ut	erat in princípio, et	nunc,		et		sem-	per.

Canticum Benedictus.

BE-	NE-	DICTUS Dóminus	De-		us	Is-	ra-	el.
Et	e-	réxit cornu sa-	lú-		tis		no-	bis.
Sic-	ut	locútus est per	os		san-		ctó-	rum.
Sa-	lú-	tem ex ini-	mí-		cis		no-	stris.
Ad	fa-	ciéndam misericórdiam cum	pá-	tri-	bus		no-	stris.
Jus-	ju-	rándum quod... ad Abraham	pa-		trem		no-	strum.
Ut	si-	ne timóre, de... nostrórum	li-		be-		rá-	ti.
In	san-	ctitáte et justítia	co-		ram		i-	pso.
Et	tu,	puer, prophéta Altíssi-	mi		vo-	cá-	be-	ris.
Ad	dan-	dam sciéntiam salútis	ple-		bi		e-	jus.
Per	ví-	scera misericórdiæ	De-		i		no-	stri.
Il-	lu-	mináre his qui... et in umbra	mor-		tis		se-	dent.

C. — REGULÆ CONCORDANTIARUM MELODIÆ CUM TEXTU IN CLAUSULIS.

§ I. De clausulis melodicis earumque structura.


Omnes fere clausulæ in Tonis Communibus usurpatæ ad duo genera reduci possunt, prout uno vel duplici accentu melodico constant.

Cum cantus gregorianus ex dictione latina originem ducit, in qua, post acutam, vox semper deponitur in syllaba gravi (v. g. *mé-o*), sequitur in clausulis post quemvis accentum melodicum requiri saltem unam notam depositionis ac remissionis. Unde clausulæ unius accentus, i. e. spondaicæ [1], duabus notis essentialibus constare debent, elevationis scilicet et remissionis (/ .); et clausulæ duplicis accentus, i. e. dispondaicæ, quatuor notis (2 × 2) : duabus scilicet acutis, quarum singulas sequuntur singulæ notæ remissionis (/ . / .).


In clausulis vero, a tenore ad accentum gressus fit tum directe, id est absque nota præparante, tum sub una, duabus vel tribus notulis præparationis; in quo altero casu prima nota præparationis semper fit infra tenorem.

Ex dictis facile dignoscitur an uno vel duplici accentu regulariter constet unaquæque clausula :

a) **Unico accentu** constant omnes duarum notularum clausulæ, et insuper omnes clausulæ prolixiores quarum prima nota est *infra* tenorem :



b) **Duplici accentu** constant omnes quatuor notularum clausulæ, quarum prima est *supra* tenorem :



In Tonis Psalmorum supra descriptis, indicata est structura singularum clausularum, tam mediationum quam terminationum.

§ II. De concordantia melodiæ cum textu.


Regula unica : **Unico accentui melodico (vel duobus accentibus melodicis) respondere debent ultimus (vel duo ultimi) accentus latini textus. Singulis vero notis accentum præparantibus singulæ syllabæ, prout occurrunt, tribuantur, sine acceptione qualitatis vel accentus.**

Post unumquemque accentum una nota accidentalis seu « superveniens » (nota excavata ▫) haberi potest, nempe si dictio sit dactylica, at non

[1] Notandum quod in omnibus hisce regulis, verba « *spondeus* » et « *dactylus* » non in sensu prosodico sed tonico usurpantur ; unde spondeus habetur pro « *paroxytonus* », et dactylus loco « *proparoxytonus* ».

nisi una, cum accentus, ut docet Tullius Cicero, numquam « a postrema syllaba citra tertiam » inveniri possit. Unde :

a) Unius accentus clausulæ duabus vel tribus ad summum syllabis constituuntur :



b) Duplicis accentus clausulæ, ubi semper duplex pars distingui debet, quatuor syllabis vel sex ad summum constituuntur :




Exempla concordantiarum melodiæ cum textu juxta regulas hic et infra expositas inveniuntur in Synopsi generali, 1226-1227.

§ III. De syllabis supervenientibus.


In clausulis dactylicis, syllaba superveniens cantari debet in eadem chorda ac sequens syllaba :



exceptis, in ultimo accentu, casu semitoni descendentis (*do-si* ♮, *fa-mi*), et de cetero omnibus septimi Modi terminationibus :



Quæ regula servanda est etiam in « supervenientibus anticipatis ». In clausulis enim ubi penultimo loco adest *clivis* (et item in terminatione secundi Modi, quamvis loco *clivis* habeatur *podatus*), ipsa dactylicæ dictionis penultima syllaba sibi hanc penultimam neumam adsciscit; tunc ipsi syllabæ acutæ tribuenda est nota superveniens, quæ ideo « superveniens anticipata » vocatur, et indicatur signo ⁀, quod et neumam et ipsam supervenientem afficit :



§ IV. De quibusdam clausulis syllabicis.

a) In prolixioribus verbis, secunda syllaba tonicum accentum antecedens secundario afficitur accentu; huic syllabæ tribui debet, casu requirente, accentus clausulæ melodicæ : *Redémptiónem.*

b) Item, **ultima dactylici verbi syllaba** secundario accentu afficitur, cui, casu requirente, tribuitur accentus melodicus : **gé***nui*, **ór***di*ném.

c) Quando desinit textus in **monosyllabica voce** :

1° ultimus accentus, in hoc casu, est accentus dictionis quæ præcedit, si hæc spondaica sit : v. g. *ingr***éssus** *sum, in***dú***tus est ;*

2° si vero dictio hæc dactylica sit, ultimus accentus censendus est in ultima syllaba dactyli (accentus secundarius) : v. g. *génuí te, vivífi***cá** *me ;*

3° si tamen textus desinit cum duabus monosyllabis, ultimus accentus censendus est in priore monosyllaba : v. g. *mandávit* **dé** *te.*

Aliter diceres : monosyllabica vox in ultimo loco posita semper accentu privatur. Unde cum hæc spondeum sequitur, ambo simul efficere putantur dactylum : v. g. *Fáctus sum = Dóminus ;* cum autem dactylum sequitur, ambo simul efficere censentur dispondeum : v. g. *génuí te = Déus méus.*

d) Omnes **hebraicæ dictiones** habendæ sunt perinde ac si latina verba essent, et ideo in penultima vel antepenultima syllaba acuuntur.

e) Inde, **in omnibus clausulis monosyllabicis vel hebraicis,** tam in mediationibus quam in terminationibus, modulatio solita integra servatur, quippe cum hic modus psallendi vel cantandi sit in exsecutione multo facilior, et genuinæ traditioni simul ac clausularum gregorianarum structuræ solus plane consentaneus :

Dó- mi-no | mé- o.
vo-vit De- o | Já- cob.
De- us | Is- ra- el.
man-da- vit | dé te.

§ V. De clausulis abbreviatis ratione textus deficientis.

Quando pro clausula integra deest numerus sufficiens syllabarum in textu, tam in mediationibus quam in terminationibus, hæc tantum pars clausulæ adhibetur cui textus aptari potest, servatis regulis, omissis primis notis pro quibus non est textus :

Qui fa-cit hæc. Bonus es tu. Et tímu- i. Et salva me. Laus Isra-el.

N. B. — *In omnibus Tonis Communibus : Capitulis, Lectionibus, Orationibus, etc., nisi aliter notetur, sequendæ sunt omnes supradictæ regulæ concordantiarum melodiæ cum textu, servatis servandis.*

EXEMPLA CONCORDANTIARUM MELODIÆ CUM TEXTU.

Clausulæ unius accentus.

Regula : Unico accentui melodico respondere debet ultimus accentus latini textus; singulis vero notis accentum præparantibus tribuantur singulæ syllabæ, prout occurrunt.

absque nota præparationis — IV g

sub una nota præparationis (1) — Pereg.

sub duabus notis præparationis (2) — VIII G

sub tribus notis præparationis (3) — IV A

§ II.	sede	a	déx-	tris	**mé-**		is.
	annuntiábit	pó-	pu-	lo	**sú-**		o.
	sapiénti-	æ	ti-	mor	**Dó-**	mi-	ni.
	in	sǽ-	cu-	lum	**sǽ-**	cu-	li.
	scabéllum	pé-	dum	tu-	**ó-**		rum.
§ IV. b)		vi-	vi-	fi-	**cá**		me.
c) 1		mé-	a	lau-	**dá-**	bunt	te.
2	lucífe-	rum	gé-	nu-	**í**		te.
3	a	sǽ-	cu-	lo	**tú**		es.
d)	vó-	vit	Dé-	o	**Já-**		cob.
	ór-	di-	nem	Mel-	**chí-**	se-	dech.

sub tribus notis præparationis et superveniente anticipata — IV E

sede	a	déx-	tris		**mé-**	is.
in	sǽ-	cu-	lum	**sǽ-**	cu-	li.
a	sǽ-	cu-	lo		**tú**	es.
	mé-	a	lau-	**dá-**	bunt	te.

Clausulæ duplicis accentus.

Regula : Duobus accentibus melodicis respondere debent duo ultimi accentus latini textus.

V a

VII a

§ II.		sede a	déx-		tris	mé-		is.
		annuntiábit	pó-	pu-	lo	sú-		o.
		sapiéntiæ	tí-		mor	Dó-	mi-	ni.
		in	sǽ-	cu-	lum	sǽ-	cu-	li.
		scabéllum	pé-	dum	tu-	ó-		rum.
§ IV.	a)	et congre-	gá-		ti-	ó-		ne.
	b)	longitúdi-	ném		di-	é-		rum.
	c) 1	lábia	mé-	a	lau-	dá-	bunt	te.
	c) 2	lucíferum	gé-		nu-	í		te.
	c) 3	a	sǽ-	cu-	lo	tú		es.
	d)	vóvit	Dé-		o	Já-		cob.
	d)	órdi-	ném		Mel-	chí-	se-	dech.

III. Alleluia

Tempore Paschali, nisi aliter notetur.

1° IN FINE ANTIPHONARUM.

I. Alle- lú- ia. II. Alle-lú- ia. III *et* IV Alle- lú- ia. IV. Alle-lú- ia.

V *et* VI. Alle-lú- ia. VII *et* VIII. Alle-lú- ia. Pereg. Alle-lú- ia. Irreg. Alle-lú- ia.

2° IN FINE RESPONSORIORUM.

I.

Alle- lú- ia.

II.

Alle- lú- ia.

III.

Alle- lú- ia.

IV.

Alle- lú- ia.

V.

Al-le- lú- ia.

VI.

Alle- lú- ia.

VII.

Al- le- lú- ia.

VIII.

Alle- lú- ia.

IV. Gloria Patri

in Responsoriis per octo Modos,


nisi aliter notetur.

I.


Gló- ri- a Pa- tri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i San- cto.


II.


Gló- ri- a Pa- tri, et Fí- li- o, et Spi-rí-


tu- i San- cto.


III.


Gló- ri- a Pa- tri, et Fí- li- o, et Spi-


rí- tu- i San- cto.


IV.


Gló-ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, et Spi-rí-


tu- i San- cto.


V.



Gló-ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, et Spi- rí-



tu- i San- cto.

VI.



Gló- ri- a Pa- tri, et Fí- li- o, et Spi- rí-











V. De Cantu Hymnorum.

A. — *DE TONO HYMNORUM.*

1° *Ad Laudes et Vesperas.*

Ad Laudes et Vesperas, Hymni semper cantandi sunt in Tono assignato, etiamsi mutetur Doxologia.

Attamen in Festis Sanctorum quæ a Nativitate Domini usque ad Epiphaniam, et toto Tempore Paschali usque ad Pentecosten occurrunt, omnes Hymni iambici cantandi sunt in Tonis alterutri Tempori respective propriis, qui videlicet in Octava Nativitatis, 251-285, notantur, vel in Ordinario de Tempore Paschali, 473, indicantur.

2° *Ad Horas Minores et Completorium.*

1. In Officiis de Tempore, et in Festis doxologiam propriam non habentibus.

a) **Per annum,** ad Horas Minores et Completorium, cantantur Hymni in uno ex quinque Tonis in Psalterio positis, pro qualitate præsentis diei vel Festi, nisi aliter notetur.

b) **Tempore Adventus, Quadragesimæ et Passionis,** nisi aliter notetur, Hymni cantandi sunt in Tonis pro tempore assignatis, exceptis tamen Festis I et II classis, ubi resumitur Tonus pro Festis solemnibus vel majoribus in Psalterio assignatus.

c) **Tempore Nativitatis Domini et Tempore Paschali,** fit ut infra, in Festis doxologiam propriam habentibus.

2. In Festis doxologiam propriam habentibus.

In Festis quæ doxologiam propriam habent et per totam Octavam — communem vel privilegiatam, non autem simplicem, — Tonus proprius pro Horis minoribus et Completorio assignatur; qui Tonus servandus est in Festis Sanctorum occurrentibus, nisi aliter notetur. (Notandum quod, ad Laudes et Vesperas, Festa illa quæ occurrunt tonum Hymni sui proprii semper servant, ut supra dictum est, etiamsi mutanda sit doxologia.)


Regula generalis : **Doxologia propria — eaque sola — semper secumfert Tonum suum proprium, et quidem ad Horas et Completorium tantum, nunquam vero ad Laudes et Vesperas.**

B. — *DE SYLLABIS HYPERMETRICIS.*

Syllabæ hypermetricæ seu supervenientes (charactere cursivo seu italico scriptæ) semper eliduntur tam in recitatione quam in cantu Hymnorum, salva quidem integritate sensus.

C. — AMEN, *IN FINE HYMNORUM.*

In fine Hymnorum, nisi aliter notetur, sic cantatur *Amen* per octo Modos, incipiendo in ultima nota Hymni :



VI. Toni Versiculorum.

1. *Tonus communis.*


Ad Laudes et Vesperas post Hymnum, præterquam in Solemnitatibus :



℣. Ve-sper-tí-na o-rá- ti- o ascéndat ad te Dómi-ne.
℟. Et descéndat super nos mi- se- ri- cór-di- a tu- a.

2. *Tonus solemnis.*


In Festis solemnioribus, ad Vesperas vel etiam ad Laudes, cantatur ℣. in sequenti Tono magis ornato, qui notatur propriis locis :



℣. No-tum fe-cit Dóminus, alle- lú- ia.
℟. Sa-lu- tá-re su- um, alle- lú- ia.

3. *Tonus simplex.*

Omnes Versiculi præter eos qui supra memorantur, id est : in Horis minoribus, ad Commemorationes in Laudibus et Vesperis, etc., cantantur in tono simplici, nisi aliter notetur, ut infra :




℣. Os ju- sti me-di- tá- bi-tur sapi- énti- am.
℟. Et lingua e-jus loqué-tur ju- dí-ci- um.

Quando Versiculus est solito longior, ut accidit in Precibus post ℣. *Pretiósa ad Primam, vel post Litanias Sanctorum, potest in eo fieri flexa †, et metrum *, eodem modo quo fiunt flexa et metrum in Tono Capituli, ut infra.*

Omnes illæ clausulæ unico accentu constant.


¶ *Tribus ultimis diebus Majoris Hebdomadæ ad Laudes, et in Officio Defunctorum ad Laudes et Vesperas, post psalmos cantatur ℣. in Tono sequenti, qui etiam notatur propriis locis :*



℣. Audí-vi vo-cem de cæ- lo di- cén- tem mi- hi.
℟. Be- á-ti mórtu- i qui in Dómino mo- ri- ún- tur.


Hæc clausula duplici accentu constat.

VII. Tonus Capituli.




B Ene-díctus De- us, et Pa-ter Dómi-ni nostri Je-su

Flexa




Chri- sti, † Pa-ter mi-se-ri-cordi- á-rum, et De- us to-tí- us con-

Metrum



so-la- ti- ó- nis : * qui conso-lá-tur nos in omni tri-bu-la-

Punctum



ti- óne no- stra. ℟. De- o grá-ti- as.

Omnes clausulæ unico accentu constant, metrum vero cum duabus syllabis præparationis.

Omittitur flexa, si textus brevior sit vel alio modo non permittat.

Clausulæ interrogativæ :


Si loco flexæ vel metri, vel alibi in Capitulo occurrit interrogatio, cantatur ut infra, cum antepenultima syllaba semper in nota inferiore la, nullo habito respectu ad accentum :




C U- I compa-rá-bo te? vel cu- i assimi- lábo te,



fí- li- a Je-rú-sa-lem? Cu- i exæquábo te, et conso-lábor te,




virgo fí- li- a Si- on? Magna est vel-ut ma-re contrí-




ti- o tu- a.


Sed si venerit interrogatio in fine Capituli, servatur semper tonus puncti finalis, quasi non esset punctum interrogativum :



... semet-ípsum óbtu-lit imma-cu-lá-tum De- o, * emundá-bit



consci- énti- am nostram ab o-pé-ri-bus mórtu- is, ad ser-




vi- éndum De- o vi-vén- ti? ℟. De- o grá-ti- as.


VIII. Tonus Lectionis brevis

AD COMPLETORIUM.

Lector incipit :





Benedictio.






Lectio brevis.










IX. Tonus Orationis.


1. *Tonus solemnis.*

Ad Laudes et Vesperas, *sequenti tono semper utendum est, etiam pro Orationibus Commemorationum.*

Ante Orationem, cantatur a Superiore :


Supplicatio Litaniæ.






Ký-ri- e e-lé- i-son.

Oratio Dominica.







men tu- um : advé-ni- at regnum tu- um : fi- at vo-lúntas




tu- a, sic-ut in cæ-lo et in terra : panem nostrum quo-ti-



di- á-num da no-bis hó-di- e : et dimít-te no-bis dé-bi-ta no-




stra, sic-ut et nos dimít-timus de-bi-tó-ri-bus nostris : et ne



nos indú-cas in tenta-ti- ó-nem. ℟. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario :



DOmi-nus vo- bís-cum. ℟. Et cum spí-ri-tu tu- o.

Oratio.

, *Flexa*



O-rémus. Concé-de, quǽsumus omní-pot-ens De- us : *



ut nos U-ni-gé-ni-ti tu- i nova per carnem Na- tí-vi- tas lí-

, *Punctum*



be-ret, quos sub peccá-ti jugo ve-tústa sérvi-tus te- net.



Per e- úmdem Dómi-num nostrum Je-sum Christum Fí- li- um



tu- um : qui te-cum vi-vit et regnat in u-ni-tá-te Spí-ri-tus



Sańcti De- us, per ómni- a sǽcu-la sæcu-ló-rum. ℟. Amen.

Alia Conclusio.

vel


QUI vi-vis et regnas cum De- o Patre | Qui te-cum vivit et regnat | in u-ni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De- us, per ómni- a, etc.

Omnes clausulæ unico accentu constant, punctum vero cum duabus notis præparationis.

¶ *In ipsa Oratione fit flexa tantum, in fine primæ distinctionis; post flexam, tenor non statim, sed mediante unius toni intervallo, resumi debet. Si Oratio sit solito longior, ut Oratio* A cunctis, *flexa fieri potest in ipso corpore Orationis semel vel pluries, prout fert textus.*


Pro Commemorationibus.

Pro Commemorationibus ad Laudes et Vesperas, cantatur ℣. *in Tono simplici cum Oratione in Tono solemni, ut sequitur :*




℣. No-tum fe-cit Dómi-nus, alle-lú- ia.
℟. Sa-lu- tá-re su- um, alle-lú- ia.

Deinde :




O-rémus. Concé-de, quǽsumus, etc., *ut supra.*

¶ In choro Monialium, *loco* Dóminus vobíscum, *dicitur :*



℣. Dómi-ne, exáudi o-ra-ti- ónem me- am.




℟. Et cla-mor me-us ad te vé-ni- at. *Deinde :* O-rémus, etc.


2. *Tonus Simplex.*


Ad Horas Minores et Completorium, *servatur sequens Tonus simplex Orationis; qui insuper adhibetur per totum Officium Defunctorum, necnon post Antiphonam de B. M. V. in fine Officii, et in quibuscumque precibus et benedictionibus, nisi aliter notetur.*


Ad Horas minores, ante Orationem dicitur :


Supplicatio Litaniæ et Oratio Dominica.













Deinde dicitur :



Oratio.




O- rémus. Ví-si-ta, quǽsumus Dómi-ne, ha-bi-ta-ti- ó-



nem istam, et omnes insí-di- as in-imí-ci ab e-a longe

, *Flexa*



re-pél- le : † Ange-li tu-i sancti há-bi-tent in e- a, qui

' *Metrum*



nos in pa-ce custó-di- ant: * et be-ne-dícti- o tu-a sit super

, *Punctum*



nos sem-per. Per Dómi-num nostrum Je-sum Christum Fí-li- um



tu- um : † qui te-cum vi-vit et regnat in u-ni-tá-te Spí-ri-tus



Sancti De- us, * per ómni- a sǽcu-la sæcu-ló-rum. ℟. Amen.

Omnes clausulæ unico accentu constant, metrum vero cum duabus notis præparationis.


¶ *In fine Orationis ante conclusionem, fit semper punctum per diapente; ipsa vero conclusio cadit per semiditonum. Sed si Oratio careat conclusione proprie dicta (ut Oratio* Deus qui salútis, *post Antiphonam* Alma Redem-

ptóris), *Oratio terminatur in semiditono, ita ut semper semiditonus cantetur ante* ℟. Amen.


¶¶ *Flexa regulariter fieri debet in fine primæ distinctionis; omittitur tantum quando Oratio est brevior. Metrum nunquam omittendum est.*

Aliæ Conclusiones :

In conclusionibus quæ incipiunt : Qui vivis et regnas, Qui tecum vivit et regnat, *non fit flexa, bene vero metrum :*



In minori conclusione, nec flexa nec metrum fieri debet :



¶ Preces ad Primam et Completorium *cantantur in Tono simplici Versiculorum; Confessio vero, sive ad Primam sive in principio Completorii, non cantatur unquam, sed tota dicitur, cum* ℣℣. Misereátur *et* Indulgéntiam, *voce recta et paulisper depressa.*

N. B. — In hoc Antiphonario, Oratio Officii, quæ semper ad Laudes reperitur, duplici notatur signo : cruce scilicet (†) et asterisco (*). *In Tono simplici*, crux indicat locum flexæ, et asteriscus locum metri (et ideo, pro cantu Orationis ad Horas minores, semper ad Laudes recurrendum est). *In Tono solemni*, flexa fieri debet ad crucem, et nihil de asterisco curandum. — Si crux desit, tunc in Tono simplici non datur flexæ locus, sed metro tantum, in Tono autem solemni fit flexa ad asteriscum.

Orationes quæ non dicuntur nisi in Vesperis et Laudibus, et ideo semper in Tono solemni cantantur, ut puta Commemorationes et etiam Oratio Officii quando in I Vesperis Festorum solemnium iterum inserta est, notantur asterisco tantum.

X. In Fine Horarum.

AD LAUDES ET VESPERAS.

Post Orationem, vel ultimam Commemorationem, repetito Dóminus vobiscum *in eodem Tono ac antea, cantatur a Cantore* ℣. Benedicámus Dómino, *in uno ex Tonis infrascriptis, pro qualitate diei vel Festi.*

Postea dicitur voce recta et paulalum depressa :

℣. Fi-dé-li- um á-nimæ per mi-se-ri-córdi- am De- i requi- é- scant in pa-ce. ℟. Amen.

Pater noster *totum secreto. Deinde, si discedendum est a Choro :*

℣. Dómi-nus det no-bis su- am pa-cem.
℟. Et vitam ætérnam. Amen.


Tunc dicitur Antiphona B. M. V. pro tempore, cum ℣. *et Oratione in Tono simplici. Deinde :*

℣. Di-ví-num auxí- li- um máne- at semper no-bíscum.
℟. Et cum frátribus nostris abséntibus. Amen.


¶ *Si Officium pontificaliter peragatur, tunc non dicitur* ℣. Fidélium *nec Antiphona B. M. V., sed post* ℣. Benedicámus Dómino, *Prælatus dat Benedictionem, dicens :* Sit nomen Dómini benedíctum, etc.

AD HORAS MINORES.

Post Orationem, repetito ℣. Dóminus vobiscum *in eodem Tono ac antea, Hebdomadarius cantat* ℣. Benedicámus *et* Fidélium *ut sequitur :*







et reliqua ut supra ad Laudes et Vesperas.

Ad Primam post ℣. Pretiosa.

Versiculi et Orationes dicuntur in Tono simplici ut supra, 1232 *et* 1239; Kýrie eléison *vero cantatur ut sequitur :*



Ad Benedictionem Dóminus nos benedicat, *fit flexa, metrum et punctum ut in Lectione brevi, et per diapente ut supra dicitur* Et Fidélium. — *Deinde dicuntur recto tono* Commemorátio ómnium fratrum *et* Requiéscant in pace, *necnon et Preces pro Defunctis. Ubi tamen cantantur dictæ Preces, Ps.* De profúndis *cantatur in Tono in directum,* ℣℣. *et Oratio in Tono simplici; ad ultimum* ℣. Requiéscant in pace *respondetur* Amen *(et item ad Horas minores Officii Defunctorum, die 2 Novembris) ut in Tono simplici Orationis.*

¶ *Ad Horam minorem quæ Missam Pontificalem immediate præcedit,* ℣. Benedicámus Dómino *a Cantoribus cantatur in Tono Laudum ejusdem diei vel Festi, nec additur* ℣. Fidélium ánimæ.

AD COMPLETORIUM.

Post ℣. Benedicámus Dómino, *ut supra, Superior dat benedictionem, recta quidem et protracta voce dicens, in eadem chorda ac ultima syllaba verbi præcedentis :* Benedícat et custódiat nos, etc.

Deinde Antiphona B. M. V. et reliqua, ut supra ad Laudes et Vesperas.

XI. Benedicamus Domino

ad Laudes et Vesperas.

I. IN SOLEMNITATIBUS.

In I Vesperis :

II

B E-ne-di-cámus Dó- mi-

no. ℟. De- o grá- ti- as.

Ad Laudes :

II

B E-ne- di- cámus Dó- mi- no.

℟. De- o grá- ti- as.

In II Vesperis :

VIII

B Ene-di-cá- mus Dó-mi-no.

℟. De- o grá- ti- as.

Vel, ad libitum, in Festis Sanctorum :

V

B Ene-di cámus Dó-

mi- no. ℟. De- o grá- ti- as.

¶ In Pascha Domini, *ac in Feriis II et III Paschæ (sicut et per totam Octavam), dicitur* ℣. Benedicámus Dómino, allelúia, allelúia, *ut infra notatur*, 1249.

II. IN FESTIS MINUS SOLEMNIBUS.

In utrisque Vesperis :

VIII

B Ene-di-cámus Dó- mi-no.

℟. De- o grá- ti- as.

Ad Laudes :


VIII


B Ene-di-cámus Dó- mi-no.

℟. De- o grá- ti- as.

III. IN DUPLICIBUS MAJORIBUS.


In utrisque Vesperis :






Ad Laudes :





IV. IN DUPLICIBUS.

In utrisque Vesperis :



Ad Laudes :



¶ *In omnibus Festis B. M. V., cujuscumque sint ritus, et infra eorum Octavas, loco præcedentium Tonorum adhibetur Tonus proprius, ut infra :*

V. IN FESTIS B. MARIÆ VIRGINIS.

I

B Ene-di-cá-mus Dómi-no.

℟. De- o grá-ti- as.

¶ In Officio autem B. M. V. in Sabbato, *usurpatur Tonus sequens :*

VIII

B Ene-di-cámus Dó- mi-no. ℟. De- o grá- ti- as.

VI. INFRA OCTAVAS.

1. *Privilegiatas.*

VIII

B Ene-di-cá- mus Dó- mi-no. ℟. De- o grá- ti- as.

Per Octavas Paschæ, Ascensionis et Pentecostes, servatur Tonus de Tempore Pasch., ut infra, 1249.

2. *Communes.*

I

B Ene-di-cámus Dó- mi-no. ℟. De- o grá- ti- as.

Hic Tonus adhibetur etiam in die Octava simplici, et in Vigilia Epiphaniæ.

¶ *In ipsa vero die Octava (Dupl. maj.) omnium Festorum solemnium quæ non sunt de B. M. V., cantatur* ℣. Benedicámus *ut in Dupl. majoribus.*

VII. IN DOMINICIS.

1. *Per annum.*

I

B Ene-di-cámus Dó- mi-no.

℟. De- o grá- ti- as.

2. *Tempore Adventus et Quadragesimæ.*

IV

B Ene-di-cámus Dó- mi- no. ℟. De- o grá- ti- as.

¶ Tempore Paschali, *tam in Dominicis quam in Feriis,* ℣. Benedicámus *cantatur ut infra, in Officiis de Tempore T. Pasch.,* 1249.

VIII. IN FERIIS.

1. *Per annum.*

Ad Laudes :

IV

B Ene-di-cámus Dó-mi-no. ℟. De- o grá- ti- as.

Ad Vesperas :

I

B Ene-di-cámus Dómi-no. ℟. De- o grá-ti- as.

2. *Tempore Adventus et Quadragesimæ,*

ac in Vigiliis et Feriis IV Temporum.

IV

BEne-di-cámus Dómi-no. ℟. De- o grá-ti- as.

IX. IN OFFICIIS DE TEMPORE, TEMPORE PASCHALI.

Per totum Tempus Paschale, *tam in Dominicis quam in Feriis, Tonus sequens adhibetur quandocumque fit Officium de Tempore, nisi sit Duplex I Classis. In Festis vero Sanctorum, servatur Tonus pro qualitate Festi.*

VII

BEne-di-cámus Dó- mi-no.

℟. De- o grá- ti- as.

¶ In Pascha vero Domini et per Octavam, *ad Laudes et Vesperas, et etiam in Sabbato ante Septuagesimam ad Vesperas tantum,* ℣. Benedicámus Dómino *cantatur in Tono sequenti, ut propriis locis notatur :*

VIII

BEne-di-cámus Dómi-no, alle-lú- ia, alle- lú- ia.
℟. De- o grá-ti- as, alle-lú- ia, alle- lú- ia.

N. B. *In fine Horæ Minoris quæ Missam Pontificalem præcedit, cantatur* ℣. Benedicamus *in Tono Laudum ejusdem diei vel Festi.*

APPENDIX.


—

Pro Gratiarum actione.

Hymnus. III et IV.



TE De- um laudámus : * te Dómi-num confi-té-




mur. Te æ-térnum Patrem omnis terra vene-rá- tur.



Ti- bi omnes Ange- li, ti- bi cæ- li et u- nivérsæ pot-e-




stá- tes : Ti-bi Ché-ru-bim et Sé-raphim incessábi- li voce




proclá- mant : Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dómi-nus De- us





Sá-ba- oth. Ple-ni sunt cæ-li et terra ma-jestá-tis gló-ri- æ


tu- æ. Te glo-ri- ó-sus Aposto-ló-rum cho- rus, Te Pro-



phe-tá-rum laudá-bi-lis núme- rus, Te Márty-rum candi-dá-tus



laudat exérci- tus. Te per orbem terrárum sancta confi-



té-tur Ecclé- si- a, Patrem imménsæ ma-jestá- tis; Vene-


rándum tu- um ve-rum et ú-ni-cum Fí- li- um; Sanctum


quoque Pa-rácli-tum Spí-ri- tum. Tu Rex gló-ri- æ, Chri-ste.


Tu Patris sempi-térnus es Fí- li- us. Tu, ad li-be-rándum


susceptú-rus hómi-nem, non horru- ísti Vír-gi-nis ú-te-rum.


Tu, de-vícto mortis a-cú-le- o, ape-ru- ísti cre-dénti-bus



regna cæ-ló- rum. Tu ad déxte-ram De- i sedes, in gló- ri- a


Pa- tris. Judex cré-de-ris es-se ventú- rus. Te ergo quǽ-



sumus, tu- is fámu-lis súbve-ni, quos pre-ti- ó-so sángui-ne



re-demí- sti. Æ-térna fac cum sanctis tu- is in gló-ri- a


nume-rá- ri. Salvum fac pópu-lum tu- um, Dómi-ne, et



bé-ne-dic hæ-re- di-tá-ti tu- æ. Et re-ge e- os, et ex-



tólle il-los usque in æ-tér- num. Per síngu-los di- es


be-ne- dí-cimus te. Et laudámus nomen tu- um in sǽcu- lum,











℣. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.
℟. Laudémus et superexaltémus eum in sǽcula.
℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli.
℟. Et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in sǽcula.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.


Orémus. *Oratio.*

DEus, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infinítus est thesáurus : † piíssimae majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; * ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad prǽmia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Invocatio Spiritus Sancti.

Hymnus.



Qui Paráclitus díceris,
Donum Dei altíssimi,
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere,
Dextræ Dei tu dígitus,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus :
Ductóre sic te prǽvio
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium,
Te utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.

¶ Glória Patri Dómino,
Natóque, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sǽcula. Amen.

¶ *Quando prædictus Hymnus cantatur more votivo seu extra Officium, in fine, loco doxologiæ præcedentis, dicitur ad libitum :*

Sit laus Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
Nobísque mittat Fílius
Charísma Sancti Spíritus. Amen.


℣. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur.
℟. Et renovábis fáciem terræ.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : † da nobis in eódem Spíritu recta sápere, * et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

In honorem SS. Cordis Jesu.

Hymnus.



Amor coégit te tuus
Mortále corpus súmere,
Ut novus Adam rédderes
Quod vetus ill*e* abstúlerat.

Ill*e* amor almus ártifex
Terræ, marísqu*e* et síderum,
Erráta patrum míserans,
Et nostra rumpens víncula.

Non corde discédat tuo
Vis ill*a* amóris ínclyti :
Hoc fonte gentes háuriant
Remissiónis grátiam.

Percúss*um* ad hoc est láncea,
Passúmqu*e* ad hoc est vúlnera,
Ut nos laváret sórdibus
Unda fluént*e* et sánguine.

Glória tibi Dómine,
Qui Corde fundis grátiam,
Cum Patr*e* et Sancto Spíritu
In sempitérna sǽcula. Amen.

Hymnus En ut supérba críminum, 563.

Hymnus Cor arca legem cóntinens, 567.

℣. Hauriétis aquas in gáudio.
℟. De fóntibus Salvatóris.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui nobis in Corde Fílii tui, nostris vulneráto peccátis, infinítos dilectiónis thesáuros misericórditer largíri dignáris : † concéde, quǽsumus; ut illi devótum pietátis nostræ præstántes obséquium, * dignæ quoque satisfactiónis exhibeámus offícium. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Litaniæ.


IV

Kýri- e e-lé- i-son. *ij.* Christe e-lé- i-son. *ij.* Ký-ri- e e-lé- i-son. *ij.* Christe audi nos. *ij.* Christe exáudi nos. *ij.*


Pa- ter de cæ- lis De- us, mi-se-ré-re no- bis.
Fi- li Red- émptor mundi De- us, mi-se-ré-re no- bis.
Spí- ri- tus San- cte De- us, mi-se-ré-re no- bis.
Sancta Trí- ni- tas u-nus De- us, mi-se-ré-re no- bis.


1. Cor Je-su, Fí-li- i Patris æ-tér- ni, * mi-se-ré-re no- bis.


2. Cor Jesu, in sinu Vírginis Matris a Spíritu Sancto for- má- tum,
3. Cor Jesu, Verbo Dei substantiáliter u- ní- tum,
4. Cor Jesu, majestátis in- fi- ní- tæ,
5. Cor Jesu, templum De- i san- ctum,
6. Cor Jesu, tabernáculum Al- tís- si- mi,
7. Cor Jesu, domus Dei et por- ta cæ- li,
8. Cor Jesu, fornax ardens ca- ri- tá- tis,
9. Cor Jesu, justítiæ et amóris re- ce- ptá- cu- lum,
10. Cor Jesu, bonitáte et amó- re ple- num,
11. Cor Jesu, virtútum ómnium a- býs- sus,
12. Cor Jesu, omni laude di- gníssi- mum,
13. Cor Jesu, rex et centrum ómni- um cór-di- um,
14. Cor Jesu, in quo sunt omnes thesáuri sapiéntiæ et sci- én- ti- æ,
15. Cor Jesu, in quo hábitat omnis plenitúdo divi- ni- tá- tis,
16. Cor Jesu, in quo Pater sibi bene complá- cu- it,
17. Cor Jesu, de cujus plenitúdine omnes nos ac- cé- pi- mus,




18. Cor Jesu, desidérium cóllium ætérnórum.
19. Cor Jesu, pátiens et multæ misericórdiæ.
20. Cor Jesu, dives in omnes qui invocant te.
21. Cor Jesu, fons vitæ et sanctitátis.
22. Cor Jesu, propitiátio pro peccátis nostris.
23. Cor Jesu, saturátum opprόbriis.
24. Cor Jesu, attritum propter scélera nostra.
25. Cor Jesu, usque ad mortem obédiens factum.
26. Cor Jesu, láncea perforátum.
27. Cor Jesu, fons totíus consolatiónis.
28. Cor Jesu, vita et resurréctio nostra.
29. Cor Jesu, pax et reconciliátio nostra.
30. Cor Jesu, victima peccatórum.
31. Cor Jesu, salus in te sperántium.
32. Cor Jesu, spes in te moriéntium.
33. Cor Jesu, delíciæ sanctórum ómnium.









℣. Jesu mitis et húmilis Corde.
℟. Fac cor nostrum secúndum Cor tuum.

Orémus. *Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus, réspice in Cor dilectíssimi Fílii tui, et in laudes et satisfactiónes quas in nómine peccatórum tibi persólvit, † iísque misericórdiam tuam peténtibus, tu véniam concéde placátus, * in nómine ejúsdem Fílii tui Jesu Christi. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

In honorem B. Mariæ Virginis.


Ant. VII



SUB tu- um præ-sí-di- um confú-gimus, * sancta De- i



Gé-ni-trix : nostras depre-ca- ti- ó-nes ne despí- ci- as in ne-



cessi-tá-ti-bus : sed a per-í-cu-lis cunctis lí-be-ra nos sem-




per, Virgo glo-ri- ó- sa et be- ne- dí-cta.


Ad Benedictionem SS. Sacramenti.

Ante Benedictionem.


Hymn.




TAntum ergo Sacraméntum Ve-ne-rémur cérnu- i :




Et antíquum do-cuméntum Novo ce-dat rí-tu- i : Præstet




fi-des suppleméntum Sénsu- um de- féctu- i. Ge-ni-tó-



ri, Ge-ni-tóque Laus et ju-bi-lá-ti- o, Sa-lus, honor, vir-




tus quoque Sit et be-ne-dícti- o : Pro-ce-dénti ab utró-



que Compar sit laudá-ti- o. Amen.

Alter Tonus.

Hymn. V



TAntum ergo Sacraméntum Ve-ne-rémur cérnu- i



Et antíquum do-cuméntum Novo ce-dat rí-tu- i : Præ-



stet fi-des suppleméntum Sénsu- um de- féctu- i.

Ge-ni-tó-ri, Ge-ni-tóque Laus et ju-bi- lá- ti- o, Sa- lus,

honor, virtus quoque Sit et be-ne-dícti- o: Pro-ce-

dénti ab utróque Compar sit laudá-ti- o. A- men.

℣. Panem de cælo præstitísti eis.
℟. Omne delectaméntum in se habéntem.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti: † tríbue, quǽsumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári; * ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas in sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

Post Benedictionem.

Hymnus.

I transpos.

TE de-cet laus, * te de-cet hymnus, ti-bi gló-ri- a

De- o Patri et Fi- li- o, cum Sancto Spi-ri- tu, in sǽ-cu-

la sæcu-ló- rum. A- men.

Alter tonus.

II

TE de-cet laus, * te de-cet hymnus, ti-bi gló-ri- a

De- o Patri et Fí- li- o, cum Sancto Spí- ri-tu, in sǽcu-

la sæcu-ló- rum. A- men.

PRECES REGULARES.

PRO SEPTIMANARIIS COQUINAE.

Pro Servitoribus egredientibus.

Qualibet Dominica, mane Servitores egredientes cantant hunc versum in Tono in directum :

℣. Benedíctus es Dómine Deus, * qui adjuvísti me, et consolátus es me.

Et ter repetitur tam a Servitoribus quam a Choro.

Postea, Superior vel Sacerdos hebdomadarius dicit :

℣. Salvos fac servos tuos. ℟. Deus meus sperántes in te.

℣. Convértere Dómine úsquequo.

℟. Et deprecábilis esto super servos tuos.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio.

DEus, cui humílium semper accépta sunt vota animárum, réspice propítius super horum fratrum nostrórum obséquia, et ad tuam eos fac pertíngere grátiam : † ut qui peráctæ hebdómadæ servítia devóta mente complevérunt, * pleníssimam atque largíssimam véniam consequántur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

¶ *Alibi dicitur sequens Oratio :*

COncéde, quǽsumus omnípotens Deus : † ut his fámulis tuis pro expléto offício * merces tribuátur ætérna. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Pro Servitoribus ingredientibus.

Servitores ingredientes cantant :

℣. Deus, in adjutórium meum inténde : * Dómine, ad adjuvándum me festína.

Et hoc ter repetitur ab omnibus.

℣. Salvos fac servos tuos. ℟. Deus meus sperántes in te.
℣. Mitte eis Dómine auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eos.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

Mísericors ac piíssime Deus, qui ubíque fámulos tuos tuéris et ádjuvas : † horum fratrum nostrórum in bonum accúmula votum, auge desidérium; * ut recto corde frátribus suis impéndant servítium. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

¶ *Alibi dicitur sequens Oratio :*

Concéde, quǽsumus omnípotens Deus : † ut hi fámuli tui suscéptum officium * mente devóta perfíciant. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

BENEDICTIO LECTORIS.

Post Missam Conventualem, finita Sexta, Lector ter cantat :

℣. Dómine, ✠ lábia mea apéries, * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Et ter repetitur ab omnibus.

℣. Salvum fac servum tuum. ℟. Deus meus sperántem in te.
℣. Mitte ei Dómine auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eum.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

Aufer ab hoc fámulo tuo, quǽsumus Dómine, spíritum elatiónis et ignorántiæ : † ut replétus spíritu humilitátis et sciéntiæ, * intelléctum sacræ cápiat lectiónis. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

¶ *Alibi, dictis* Dómine lábia mea apéries *et* ℣. Salvum fac servum *ut supra, dicitur :*

℣. Mittat tibi auxílium de Sancto.
℟. Et de Sion tueátur te.
℣. Dóminus custódiat te ab omni malo.
℟. Custódiat ánimam tuam Dóminus.

Et sine Orémus :

DOminus custódiat intróitum tuum et éxitum tuum : * et áuferat a te spíritum elatiónis. Qui vivit et regnat in sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

PRECES PRO ITINERANTIBUS.

Pro Itinerante, antequam e Monasterio exeat.

℣. Salvum fac servum tuum. ℟. Deus meus sperántem in te.
℣. Vias tuas Dómine demónstra ei.
℟. Et sémitas tuas édoce eum.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

ADésto, quǽsumus Dómine, supplicatiónibus nostris : † et viam fámuli tui in salútis tuæ prosperitáte dispóne; * ut inter omnes viæ et vitæ hujus varietátes tuo semper protegátur auxílio. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Pro eodem, redeunte ab itinere.

Superior vel Sacerdos hebdomadarius absolute dicit :

Orémus, fratres, Deum omnipoténtem, ut hujus fratris nostri revérsio sit cum ejus salúte.

Pater noster *totum secreto.*

℣. Salvum fac servum tuum. ℟. Deus meus sperántem in te.
℣. Convértere Dómine úsquequo.
℟. Et deprecábilis esto super servum tuum.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus, miserére fámulo tuo : † et si quid in eo per viam subripúerit visus vel audítus malæ rei vel otiósi sermónis, * totum ineffábili pietáte propitiátus indúlge. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

¶ *Pro pluribus dicuntur Preces in plurali numero.*

INDEX ALPHABETICUS

ANTIPHONARUM, HYMNORUM, RESPONSORIORUM, PSALMORUM ET CANTICORUM.

Numerus in initio lineæ positus indicat modum cujusque Antiphonæ vel Hymni.

Antiphonæ.

Hymni.

Responsoria brevia.

Responsoria prolixa.

Versiculi
in cantu solemni.

Psalmi.

Index Canticorum.

Cantica.

Symbolum.

Varia.








INDEX ALPHABETICUS

FESTORUM ET OFFICIORUM









DOMINI, B. MARIÆ VIRGINIS ET SANCTORUM.

INDEX GENERALIS.

ERRATA.

Pag.	Lin.	*Errata.*	*Sic corrige.*
110	3	 E u o u a e.	 E u o u a e.
113	4	 ve-rax	 ve-rax
233	2	 vé-ni-et	 vé-ni-et
272	4	 incombústum	 incombústum
291	6	MAría	MÁria
307	5	 vis	 vis
313	2	 Laudá-te	 Laudá-te
341	5	 vi-ta	 vi-ta

Pag.	Lin.	*Errata.*	*Sic corrige.*
361	3	calceamén-ta	calceamén-ta
448	1	á-nimam	á-nimam
451	1	allelú-ia	allelú-ia
531	1	au-tem	au-tem
550	ult.	allelú- ia. E u o u a e.	allelú- ia. E u o u a e.
551	1	pa-nes	pa-nes
555	4	E u o u a e.	E u o u a e.
574	ult.	*et Vesperas*	*et II Vesperas*

Pag.	Lin.	*Errata.*	*Sic corrige.*
583	3	 su- is	 su- is
696	3	 invo-cá- tur	 invo-cá- tur
698	1	 Be- ne	 Be- ne
713	1	te esse	te esse
824	3	 et Doctor	 et Doctor
830	1	 fe-cístis	 fe-cístis
852	3	 Bene-díctus	 Bene-díctus
954	3	VIII G*	VIII G
989	6	 E u o u a e.	 E u o u a e.